

ESPOSIZ.  
REPUBBLICA

160  
N  
32.

BIBL.NAZ.NAPOLI



*Ritorn  
entro s... 1766.*

*ex libr. P. Ph. Ag=*  
*1766.*

~~xxxiv~~ x. 21.

W A ~~0000~~

106

C

20

SALOMONIS van TIL  
THEOL DORDRAC.

PHOSPHORUS  
PROPHETICUS  
seu  
MOSIS & HABAKUKI  
VATICINIA

Novo ad istius Canticum & hujus librum Prophe-  
ticum Commentario illustrata, & cum justâ  
rerum historiâ accuratiâ collata.

*Hicce accedit*  
DISSERTATIO PARADOXA  
Theologico-Chronologica  
de  
ANNO, MENSE & DIE  
NATI CHRISTI.



LUGDUNI-BATAVORUM,  
Apud IORDANUM LUCHTMANS, 1700.  
Cum Privilegio DD. Ordinum Hollandie.

*Opus impressum juxta  
Canones Ecclesiasticos.*

VIRO FORTISSIMO  
GENEROSSISSIMO ILLUSTRISSIMO  
HADRIANO GUSTAVO  
Comiti IIII FEDDORIS,

BARONI de LEUTH, MEYSWYK & EYSDEN &c.  
Domino in DORTH & STAVENISSE &c:  
Militiae Foederati Belgii Praeposito Ge-  
nerali Majori, Legionis equestris TRI-  
BUNO, nec non Comitatui urbique Zut-  
phaniorum Praefecto.



ILLUSTRISSIME COMES.

**Q**uod in animum induxerim hasce  
nostras lucubrationes Propheticas  
illustri Tuo nomini inscribere, fecit  
argumenti nobilitas: attingunt enim  
duo nobilissima scripturæ Prophe-  
ticæ specimina, à nobis pro viribus illustrata, &  
cum historiis, ad rerum prædictarum implemen-  
tum

## D E D I C A T I O.

tum facientibus, collata. Prius ex Mōse desumptum, exhibet nobis canticum, Deo dictante à Viro Dei exceptum, atque in cynosuram omnium prophetiarum sequentium populo Dei traditum, quo viarum Dei, circa Ecclesiam servandarum, teneat compendium, atque articulorum doctrinæ propheticæ rudimentum. Hujus meditatio Davidi ejusque in poësi sacrâ coöperariis, sèpè materiam præbuit, pluribus sermonibus amplificandam, & pigmentis poëticis ornandam: *Prophetis* autem varia argumenta (prout temporum ferebat ratio) Spiritu eos incitante penitus inquirenda, novisque circumstantiis (ex novis revelationibus haustis) investienda. Alterum adjeci specimen, ex minorum Prophetarum volume assumptum; librum nempe HABAKUKI; quò illustremus Prophetarum sequentium methodum, utque illi spem, ex divino hoc cantico conceptam, novis visionum enarrationibus concionibusque, sub certis temptationibus vacillantem, exixerint, & fata populi, in priori delineata, quando opus erat, novo lumine exposuerint: omnia suis accommodantes consiliis, & pro variatione temptationis, nec non rerum exigentiâ, applicantes.

Hæc dum molior, adversus obnitentium prævisa studia me confirmant dicta Petri, 2 Petr. 1: 19-21. quibus Propheticam Scripturam ab utilitate suâ peculiari commendaturus, in hunc modum scribit.

## D E D I C A T I O.

scribit. Βέβαιοις τὸν πεφρήνητον λόγον, ὡς κα-  
 λῶς ποιῆται πεσέχοντες, ὡς λύχνῳ Φαίνοντες ἐν αὐχμηρῷ  
 πότῳ, ἕως εἰημέρᾳ Αγρυπνίᾳ, καὶ ΦΩΣΦΟΡΟΣ αἰνεῖται ἐν  
 ταῖς καρδίαις υμῶν. Τύπον πεῖται γινώσκοντες, ὅπερ πᾶσαι πε-  
 φρήναι χραφῆς ιδίαις θηλαύσεσσαις εἰ γίνεται: οὐ γὰρ θελήματι αἰν-  
 Θρωπος ηὔχθη πᾶσῃ πεφρήναι, αλλ' ὅταν πνέματος αγίας  
 Φερόμενος ἐλάλησεν εἰς αἴρου Θεῖς αὐτῷ. Nemo jure  
 Doctori in Ecclesiâ vitio vertet, quod juxta cum  
 aliis S. Scripturæ literis etiam scripta meditetur  
 Prophetica, suasque meditationes placido coöpe-  
 rariorum judicio submittat: quippe quæ magnam  
 sacrarum literarum partem constituunt, & commu-  
 nem cum cæteris libris canonicas auctorem Spiritum  
 Dei agnoscunt. Hisce qui attendunt, Petro teste,  
 bene faciunt; nec suā laude sunt defraudandi. Qui  
 ab iis avertunt oculos, lucernam Dei in obscuro loco  
 splendentem pudendâ supinitate negligunt. Sunt  
 fateor Lucifugæ, qui scripturam Propheticam ni-  
 miæ arguunt obscuritatis, quàm ut se huic abyssō  
 immittere audeant: verum eos cum Petro non  
 sentire palam est, qui ad hanc luceim *Phosphorum*  
*oriri in cordibus nostris* asseruit; imò hi potius ex  
 ejusdem sententiâ suam inconsiderantiam in operis  
 divini accusationem convertunt. Si cuiquam obscu-  
 ri videantur Prophetarum sermones, id totum *at-*  
*tentionis neglectui & humanæ incuriaæ tribuendum*:  
 quod legentes nimium festinent, aut mentem

## DEDICATIO.

præjudiciis excoecatam hisce admovereant : qui si in piâ attentione & timore Dei mentem Dei indagare instituerent pergerentque , ex tenebris eluctarentur , diemque sibi lucescere experirentur. Quod Judæorum Magistri & Antichristi Satellites in iis non inveniant , quæ inveniunt Christiani & Orthodoxi , dum illi Christum , hi veram Ecclesiam exinde cognoscere non addiscunt ; hoc eorum præjudiciis tribuendum , quæ illis sunt velamento , ne videnda videant. Habet se nostro judicio scriptura Prophetica picturæ instar , à manu ingeniössimi artificis proœctæ , quæ multa in sinu aut in umbris recondita continet , à multis spectatoribus non observata ; sed quâm primum ab alio vel digito monstrantur , & ad omnem repræsentaminis rationem referuntur , sponte in sensus incurunt , adeò ut obstupescat se ista proprio Marte non observasse primus spectator.

Videbar mihi , ILL. COMES , eam (longo inquisitionum usu ) sensum Propheticum eruendi methodum invenisse , quæ similem indicandi fructum pollicetur : quâque omnis in libris illis textura succinctius & evidenter reseratur , quâm quidem in aliorum commentariis fieri solet . Hanc secuti scripta Prophetico-Poëtica in Psalterio Davidis aggressi sumus , quorum expositionem lingua vernacula deditimus ; ea autem non sine fructu legi indies

## D E D I C A T I O.

dies non sine animi gaudio intelligimus. Abhinc multi mihi auctores fuerunt, ut eadem methodo specimina quædam Prophetica, sed Latio sermone ederem, exterorum in gratiam, si fortè hæc methodus etiam Ecclesiæ universalí prodesse queat. Nefas duxi talentum meum qualemque sub modio occultare, qui ædificandæ Ecclesiæ Christi consecratus sum; nihil metuens hominum, sacra ista minus reverenter tractantium, judicia. Sufficit mihi, quod juxtâ analogiam fidei, & normam spei hæc, quæ pertractavi, excusserim: neque quicquam trididerim, quod non cum historiâ viarum Dei consentiat. Cæterùm conabar sapientiam Dei glorificare in verbo Dei, eam ubique ex occasione dicendorum & sine docentium Prophetarum justificando.

Diu multumque cogitavi, ILL. COMES, aliquid in grati animi ~~περιμένειν~~ Tuo Illustri nomini inscribere, qui me ante aliquot annos vultu tam blando, tamque sereno exceperisti: nunc autem in opere, Exteris æquè ac Nostratisbus destinato, hanc ansam arripio, quò plures sint gratitudinis meæ testes, & in pluribus terrarum locis. Tibi dicatum velim, quod Tibi ob argumenti nobilitatem ingratum non fore, sat scio; cui post tot pro Patriæ & Ecclesiæ libertate exantatos in bello labores, & probatam in armis dexteritatem nunc volupe est in  
sacris

## DEDICATIO.

sacris consenserere, & quod reliquum est temporis in sacrarum literarum meditationem impendere. Benignum Tuum de me meisque laboribus judicium currenti calcar addidit; atque hactenus & Tuo patrocinio debet Lector, si quicquam per nostras lucubrations proficiat. Tantos studiorum Mæcenates diu sospites conservet Deus! Tibique Nestoris annos concedat, qui modestos sacrarum literarum ruspatores amare non cessas. Vive itaque diu, & vive Deo, ac hilari fronte hanc sinceri nostri amoris hypothecam ac tesseram excipe. Ita vovet animitus

## ILLUSTRISSIMI NOMINIS TUI CULTOR

Dordraci vi. Kal. Aprilis,  
A. D. MDCC.

SALOMON van TIL.

Præ-

P R A E F A T I O .  
L E C T O R I  
B E N E V O L O  
S A L U T E M .

**C**onsilium nostrum in hisce nostris lucubratio-  
nibus edendis scire qui aves? Candide Le-  
ctor, paucis accipe. Anni jam modò plures  
elapsi sunt, à quo lingua vernacula nostram  
in scripta Prophetica introductionem in lucem emisimus,  
in quā non solum studii propheticī tuebamur dignitatem  
& utilitatem, verū etiam ad piorum in isto exercitio  
meliorem manuductionem utilissimas præscripsimus regu-  
las hermeneuticas, eum in modum assertas, & exemplis  
illustratas, ut vel ipsi contradicentes fateri coacti fue-  
rint, eas locis fuisse confirmatas, quæ extra contro-  
versiam posita erant: undē videbantur à nobis postula-  
re, ut expositiones controversas juxta easdem decidere,  
& nostras applicationes per eas demonstrare tentemus,  
quò ista disciplina ad majorem evēhatur certitudinem.  
Hoc saltē cum à nobis flagitārunt, qui ad nostrum ad-  
volabant gymnasium, partim Sacrolancte Theologiae  
Studiosi, partim sacri ministerii Candidati, majororum  
profectorum causā collegia nostra exegetica frequentan-  
tes,

P R A E F A T I O.

tes, & quæ ad calamum effundebamus dictata avidè excipientes. Sic intra proprios parietes nata sunt hermeneutico-analytica, ad variarum prophetiarum illustrationem & demonstrationem spectantia; omisis quandoque notis criticis & philologicis, ubique obviis, ad tempus lucrandum; nonnunquam additis, sed strictim, ubi id videbatur magis necessarium: quæ proin eò solum tendebant, ut in iis saltem observarent regulas nostras hermeneuticas legitimè applicatas, & justâ methodo ad praxin revocatas. Interim observans, quod multi viri doctissimi, quibuscum ea manuscripta communicata fuerunt, ea legentes, non solum hanc nostram methodum ut facilem & evidentem probarent, sed etiam se in maiorem rerum certitudinem per eam introductos profiterentur; eorum judicio fretus de edendis aliquod speciminiibus serio mecum deliberavi, plurimisque deliberanti calcar addentibus decrevi, quas nunc typis mandavi lucubrations in Canticum Mosis & Habakuki librum propheticum limatas & amplificatas, cum eruditio orbe communicare: ut quilibet de observatis in hoc opere regulis hermeneuticis statuere possit. Adjecissemetiam huic operi nostrum in Malachiam commentarium, nisi in justum excrevisset volumen; quare Phosphori nostri prophetici alteram constituet partem, si Deus vitam & vires propagare non deneget.

Hoc saltem duobus hisce speciminiibus nos effecturos speramus, ut fratres, nostras lucubrations sine praेजudiciis legentes, se minus difficiles fint exhibituri, ad agnoscendam regni Christi in prophetiis V. T. delineationem; nec de oportunitate excursus istius, quem in V. T. populo concionantes fecerunt Prophetæ, amplius hæreant, postquam occasiones, harum rerum pertranslationes postulantes, adeò in aprico collocavimus. Quod

## P R A E F A T I O.

in pluribus Christum inveniamus & regnum Christi, non censeri debet à scopo generali scripturarum alienum, cùm testimonium Jesu sit spiritus prophetiae Apoc. 19: 10. Ille sane spectandus est ut centrum prophetiae Act. 10: 43. Hoc proprium fuit Prophetis inquirere in quod & quale tempus incidenter Christi passiones & gloria, 1 Petr. 1: 10. II. Hinc omnes dicuntur de ipso locuti Luc. 24: 25-27. Act. 3: 18. 24. sicut etiam de diebus restorationis omnium Act. 3: 19-21. Secuti sumus hāc in parte monitum Augustini, qui tract. 9. in Job. in hunc modum scribit. Lege libros Propheticos, non intellecto Christo; quid tam insipidum & fatuum invenies? intellige ibi Christum, non solum sapit quod legis, sed etiam inebriat. Christi cognitio procul dubio est clavis cognitionis, & Christi testimonium prima ratio conscribendarum prophetiarum. Quòd si igitur loca de Christo & regno Christi accepta vocabulorum potestatem ita observent, ut in istâ expositione summam & nativam suam emphasis exerceant: atque per analysin eum tueri in coherentia rerum pertractatarum locum cernantur, quem sapiens ordinis dispositio flagitat: ac tandem omnia sic proposita, & eum in modum intellecta scopum ex justâ scribendi occasione deprompta gloriose exhaustant? dubitandem non puto, quin agnoscenda sint, ut ex mente Dei accepta. Verum, ut pertinacie occurramus, videndum, quid ad demonstrationem hermeneuticam quis tantum postulare queat, ut rationi cedens in applicatione Prophetie ad ejus implementum planè acquiescat? & quid ad eam rem à nobis collatum sit?

Ad demonstrationem in subjectâ materiâ absolvendam, quam hāc nostrâ methodo molimur, nil aliud requiri, quam solidam probationem consensûs inter ve-

## P R A E F A T I O.

ram historiam & prædictionem propheticam omnes *equi*  
*rerum arbitri* mecum putabunt : seu quod idem est,  
verbum propheticum de eodem subjecto , in iisdem  
circumstantiis temporis , loci & comitii constituto ea  
asserere prædicata , & sic ea dicere , quæ fide digna  
narratio historica circa idem in iisdem circumstantiis fa-  
cta esse affirmat. Si utrinque prædicata convenientia-  
& sic consona summo cœm consensu dicant hinc prædi-  
ctio , illinc historia ; atque ea utrinque dicantur de eo-  
dem subjecto , in iisdem circumstantiis constituro ! ne-  
cessè est ut pro demonstrato agnoscamus in istâ historiâ  
contineri prædictionis implementum ; illudque respicia-  
mus tanquam ex indicato Dei consilio promanatum :  
cùm talia præsciri non nisi ex revelato Dei consilio pos-  
sint ; nec fieri queat , ut ea casu tam exactè consentiant ,  
quæ ita consentire cernuntur.

Postulamus ab hinc porrò , ut quænam methodi no-  
stræ ratio sit , attente perpendat Lectos Benevolus ,  
quo facilius de soliditate pertractionis nostræ statuat .  
Introductiones generales & ad singulas pericopas speciales  
hoc agunt , ut de quo subjecto agatur in sermone pro-  
phetico , & in quibus circumstantiis temporis , aut sub  
quo schemate spectetur , non solum eruant , verum &  
pro nostro modulo juxta canones de cruento vero pro-  
phetiarum subjecto adstruant ; quâ in re ferè omne redæ  
applicationis prophetiarum momentum situm esse expe-  
rientialia satis superque docuit . Huc fere omnis redit cir-  
ca prophetias controversia , de quo subjecto prædicata  
sint intelligenda ? cùm alias historia implementi facile  
manifestet , quænam vocabulorum in prædicatis adhibi-  
torum sit potestas , quæve significationis amplitudo aut  
restrictio sit admittenda . Alterum , quod eadem intro-  
ductiones præstant , est ex justis & tempori editorum  
vati-

## P R A E F A T I O.

vaticiniorum consentaneis occasionibus cuiuslibet vaticiniū scopum elicere, qui in dubiis etiam censetur determinationis decisionisque principium; cùm ille sensus tantummodo in vocibus & phrasibus exponendis obtineat, qui scopo respondet, eique se subordinari patitur: scopus enim sermonis limæ instar spectandus est, ad quam interpretis judicium acuendum est. Eum, quem dicimus scopum, eā simplicitate & perspicuitate eruimus, ut facile lectori, quid ædificatio ecclesie certis in casibus postulet tenenti, assensum exprimat: præprimis si, quæ de scopo libitorum propheticorum erundo canones nostri hermeneutici præscribunt, conferat.

Analyses, contextum sermonum resolventes, summan, quam in rebus disponendis sapientiam & prudentiam adhibuit Spiritus Sanctus, aperiunt & celebrant: quamque solidis & legitime progradientibus mediis, ad intentum suum obtainendum usus fuerit, illustrant: quæ omnia lectori distinctè ob oculos ponuntur. Harum potestas est etiam à posteriori probare scopum auctoris legitimè positum fuisse.

Expositiones Textuales versantur partim circa potestatem cum vocabulorum tum phrasium, quæ & probanda est ex usu linguae, & aliquando restringenda ex scopo dicentis atque analogiæ fidei: partim circa enunciationum munera, quibus in præsenti sermone funguntur, ut teneat lector, quas partes singulæ in toto sermone ex scopo tueantur: atque huic inhærendum quoque censuimus, ne unquam scopus (qui perpetuum debet esse collimationis punctum) indagatoris oculum effugiat, in hisce cernere licebit, quænam subiecto jam eruto tribuantur prædicta; quid boni sperandum, quidve mali metuendum cecinerint Vates in futurum, ad doctrinam propheticam inculcandam populo, aut amplificandam.

## P R A E F A T I O.

Ubi aliquando<sup>m</sup> annotasse quoque juvabit, quo modo alii prophetæ etiam aliis in locis eandem rem attigerint, ut ita lector animadvertisat ex locorum aliorum parallelia, non aliter ac in analogiâ fidei eruendâ fieri consuetum est, etiam analogiam spci, seu articulum doctrinæ propheticæ confirmari.

Sicubi sermo per ratiociniorum concatenationem ad rem aliquam adstruendam progrediatur: nos toti pericopæ singularem subjungimus ratiocinii demonstrationem, quâ rationum valor urgetur, quò soliditatem sapientiæ justificemus. Hanc à notis philologicis separamus, partim ne eadē ad naufragium ibi recurrent, partim quia vis unita fortior stringit.

Hinc tandem ad historicum vaticinii implementum progredimur; quæ exercitatio prædictionem cum narratione historicali ita confert & componit, ut lector teneat eadem esse in factis historicè enarratis, quæ prædicta fuerant in sermone propheticō; hoc observantes, ut historica narratio ex probatæ fidei auctoribus ita adstruatur, ut de veritate facti nullum restare queat dubium.

Num hoc nostrum consilium rectum sit? aut an isti per hasce nostras lucubrationes factum sit satis? eorum relinquo judicio, qui extra partes constituti veritatem unice colunt: atque hisce te, lector haud inique, valere jubeo.

CAN-

CANTICUM  
M O S I S

DEUT. XXXII: 1-43.

A N A L Y S I

EXPOSITIONIBUS

E T

DEMONSTRATIONIBUS

ILLUSTRATUM.

DAVID

# DAVID CHYTRÆUS

## In Onomastico.

*Moses summus post filium Dei in ecclesiâ Doctor legis & Testis de Christo venturo : Præceptor & Dux totius chori Prophetici : Fons ac Oceanus universæ Theologie : ex quo omnes cæterorum Prophetarum, Christi & Apostolorum conciones & libri emanarunt.*

*Scriptor primæ & antiquissimæ historiæ mundi & ecclesiæ & Dux populi Israëlitici ex Ægypto per divisionem mare rubrum egredientis, & in deserto vagantis annos XL.*

INTRO-

# ENCOMIASTICON.

ælesti & utinam sit mens afflata furore,  
Et possim Magno concaluisse Deo!  
Concaluisse Deo, qui jussit datere  
Mosen

Isacidas Rubrum per mare. Prodigium!  
Prodigium Phario tortis immanius hydris!  
In muri speciem lympha marina stetit;  
Munit iter, Judae tuto transire potestas  
Quod sit; vexantes Nilicolasque necet.  
Concaluisse Deo, qui certo tempore Gnatum  
Misit ut orcinio nos Pharaone levet.  
Concaluisse Deo, qui solvens ora Prophetis  
Hoc populum Vates praemonuisse dedit:  
Ut canerem laetus laudes & facta JEHOVAE,  
Cumque SALUTIFERI <sup>(a)</sup> & FLAMEN,  
ubique tuas?  
Ut canerem Vatum præsagia; quique revelant,  
Quos inter lucet TILLIUS arte cata.  
Ille dedit Prodromum <sup>(b)</sup>, Matthaeum, Mu-  
sica <sup>(c)</sup>, Psalmos;  
Illiis hinc volitat fama per ora virum.  
Scilicet apparet doctus simul atque disertus:  
Lector inescatus non satiandus erat,

\*\*\*

Mox

(a) JESU. (b) Inleidinge tot de Prophetische schriften.

(c) Digt-zang en Speelkonst.

*Mox nisi complura his subtexeret. Ergo laborem  
Aggreditur sanctum fortis Alexicacos.  
Ut melius pateat dicas in luminis auras  
Amramidae carmen plenius, ecce, venit.  
PHOSPHORUS ecce venit, qui praelucere Pro-  
phetis  
Sic posset, nuce ceu conderet Iliadas.  
Huic comes est Christi natalis plusque magisque  
Investigatus, quam fuit ante, dies.  
Nec non amplexans Habacuc (\*) pia dogmata  
tollit  
Rite caput, luctâ crimina sternit ovans.  
Haec legitio, & mixtum cognosces utile dulci  
Plus, mea quam tenuis Musa referre potest.*

(\*) Hebr. amplexans vel luctator.

S. MUNKERUS.

PRI-

laborem

Pag. 1

# INTRODUCTIO

*In Canticum*

# M O S I S.

Deut. xxxii: 1 - 43.

I. *Cantici hujus auctor.*

**P**ræfens hoc canticum *Deum ipsum agnoscit auctorem*, qui illud, ut populo Israëlitico tradendam, *Mōsī*, ejusque in regiminis administratione successori *Josuæ*, ad calamum dictavit, inque tabernaculo, ut ante Mōsis decessum cum electā hāc gente communiceatur, præformavit. *Deut. 31: 19.* Singulari cum apparatu ex ore Dei exceptum non tantum juxta arcam fœderis repositum, sed etiam pentateucho insertum fuit, quo sèpius legere, & memorie suæ altius imprimere poterant, quorquot verbum Dei amabant.

---

II. *Mōses ut conspiciens.*

**M**ōses circa divinum illud dictamen se passim gessit cum *Josuâ Dei amanuensem*, ex ore Dei illud nunquam non venerandum oraculum conscribentem:

A qui

qui partim etiam respiciendus est ut *actor*, in quem finem, insignem muneric sui partem adimplenturus, tanquam loquens introducitur: ille enim, ut *fidelis in totâ domo Dei minister, in testimonium rerum postmodum proferendarum* (*Num. 12: 7. Hebr. 3: 2 s.*) hic veritatis agit patronum; cuius sane erat vel *Ipsius etiam euangelii suscipere patrocinium*, si quando Israëlitæ per apostasiam ab *angelo fæderis* recederent, eumque per infidelitatem ut *verum Deum (rupem inquam salutis)* admittere abnuerent. Exhibitetur proin hic Moses tanquam *actor* post fata loquens, atque ex sepulchro caput adversus generationem distortam secuturam ad ejusdem redargutionem erigens. Hoc eleganter innuit Christus, cui ὁ κατηγορῶν ἀντῶν dicitur eo in loco, ubi ad ejus testimonium pro divinitate suâ provocat. *Job. 5: 45. 47.* Egit itaque in hoc cantico Moses κατηγορεῖ, qui hoc suo scripto quasi redivitus in publicum prodiret, & sub finem Reipublicæ, Judæos, Christum (*Dei filium*) verum Deum non agnoscentes, acriter redargueret: hoc enim pertractatur in nostro canto argumentum ex scopo, atque Mosi in mandatis datur, ut discutiendum.

III. *Argumentum Cantici.*

**N**emo non videt hic repræsentari disceptationem forensem, quasi coram Deo judice advocatis testibus peragendam, ut in hoc foro Moses sit κατηγορος; testes vero adducti sint *cœlum & terra*; ille, cuius caussa agitur à Caussidico nostro, sit *rupe salutis*, cuius magnitudo rapta ponitur in controversiam: rei vero accusati sint *Judæi*, qui criminis læse majestatis postulantur,

lantur, atque arguuntur post multas jam olim commissas offenditores, nunc modium criminum adimplevisse cum plenariâ Dei derelictione & foederis divini violatione. Peragit autem ille cauillidicus criminationes suas eum in modum, ut exaggeret eas ab ingratitudinis peccato turpiori, beneficia jam antiquius à rupe salutis accepta longo catalogo enumerando, & malignas retributions ingratorum cum iis comparando: unde ad pœnaru[m] denunciationem jam ante divinis comminatiōnibus definitarum progrediens, ostendit quale iudicium excidit illis in miseret. Addit tamen etiam, quomo[do] summus ille iudex severitatem judicii mitigaturus ejusdem gentis reliquias, tandem aliquando ad cor patrum reducendas, reassumeret: quas per argumenta, quibus rupis salutis magnitudo afferitur, ad agnitionem veritatis pertrahere, & ad pertinaciae depositionem regenerate decreverat.

## IV. Tempus disceptationis peragendæ.

**H**Æc disceptatio certo alicui accommodata est temporis, quo Moses, à perpetratis omnibus iis in populo sceleribus, contra scelestos ita insurgeret, sicuti in hoc cantico detonasse repræsentatur. *Scena poëtica*, quam divinā in hoc cantico sapientia adornat, nullo alio tempori exactius congruit, quam tempori *finte Republicæ Iudaicæ*, quo peccatum finis foret commissum, & iudicium populi finale staret præ foribus: inter duo illa extrema, quorum unum concipitur ut *præteritum*, scelus nempe perpetratum; alterum ut *futurum*, iudicium videlicet promeritum. Moses prorumpit in hoc repræsentamine, ut accusatorem agens ad-

## 4 C A N T I C U M M O S I S

versus gentem refractiam; cui extreum illud malum minatur, ut certo imminens. Hic verò temporis articulus cum primo Euangeli tempore concurrit, quo Christus à Iudeis damnatus prædicatus est inter eosdem Iudeos, ut à Deo per resuscitationem justificatus, quod factum stante adhuc republica sub templo secundo. Hunc temporis articulum in ultimâ reipublicæ Iudaicæ periodo designatum probamus

1. Ex ipsâ rerum inter se collatione, quæ hinc narrantur ut *præteritæ*, illinc ut *futuræ*: quadrat enim sermo ille accusatorius illi solum temporis, quo populus se abnegatæ rupis reum fecerat; quoque etiam Deus ob horrendum illud scelus stabat in procinctu ad abscondendam faciem suam, Conf. vers. 15. 16. & 18. hujus cantici cum ejusdem vers. 20. Crimen, peccata causa, ponitur *oblivio rupis*, quæ eos adegerat ad *rupis* illius (*rupis inquam salutis*) ultimum contemptum. Pæna vero definitur, ut absconsio faciei Dei cum totâ reipublicæ subversione. Tempus intermedium, quod scenæ ut præsens congruit, est redargutionis & objurgationis. Alterutrum ergo necessarium est, ut scena hæc respiciat tempus antecedens exterminium Reipublicæ primum per Chaldaeos ob crimen idolatriæ: vel tempus antecedens excisionem Reipublicæ secundam per Romanos, illaram ob crimen—damnati & excisi ducis Christi, de quo vaticinatus est Daniel. *Dan.* 9. Non prius, quia solus idolatriæ reatus non exhaustit accusationem, quæ idolatriæ adjicit crimen *occisæ rupis salutis*, quod idem est cum crimine *excisi ducis*. Nec judicium excise Reipublicæ per Chaldaeos exhaustit judicium hic prædictum, quod importaret finem populi: à priori enim expulsione post annos LXX. reducti sunt in terram & restituebantur in integrum, ergo posterius illud tempus respon-

respondet scena, quam hic adornavit Deus: quod in ipsa verborum expositione probabimus amplius, & per assignationem implementi illustrabimus.

2. Ex præmissis *Deut.* 31: 16 - 21. idem confirmatur amplius; ubi hujus cantici usus traditur satis accurate; fore nempe post Mosis exitum tempus, quo inserviat hoc canticum in testimonium contra filios Israëlis rebelles, quando se non tantum avertissent à Deo vero ad Deos alienos, verum etiam Deum irritassent, deseruissent, totumque foedus ejus irritum fecissent: postquam multa mala, multasque angustias jam experti fuissent Judæi, adeò ut propter immedicabile vulnus præter faciei divinæ ablationem, omnimodamque gentis desertionem, restaret nihil.

3. Ex indicio divino, hoc canticum referente ad **אחרית הימים** seu *ultimo dierum* *Deut.* 31: 28. 29. (quam phrasin à Mose mutuatam etiam adhibuerunt Prophetæ, ut Jesaias *Jes.* 2: 1. *Mich.* 4: 1. nec non Paulus Hebr. 1: 1.) vel ipsi Judæi fatentur hanc phrasin significare tempora Messiae: & res ipsa evincit eandem finem quandam indicare, in quo definitæ rei tempus terminatur cumque hic Deo & Mosi res sit cum populo Israëlitico, in peculiarem Rempublicam coâlito, ac nuper ad eam constituendam liberato, haud dubium esse potest, quin politia Judæicæ finem respiciat, ante cuius consummationem Messiam in carne apparitum vates uno ore cecimerant. Proin hoc contestationis instrumentum (in testimonium contra Judeos in ultimo dierum producendum) concipi debet in usum istum tum demum revocandum, quando Respublica Judæorum ad finale illud exitum, à Romanis inferendum, vergeret: & crimen exitii, jam tum commissum, commemorata in hoc cantico reprehensione, perstringen-

dum foret. Hoc est , inter Christi apparitionem in carne , & civitatis sanctæ subversionem , Titi armis perfectam , gentique Judaicæ horrendam cum strage , totiusque terræ vastatione illatam.

4. Neque Christiano homini de eo dubitare permittit Paulina hujus cantici applicatio , quæ dicta vers. 21. ad tempus euangelii à Judæis non recepti revocat ; quo Deus , ad zelum provocatus , vocationem gentium (quas apostatarum loco substituere Deo decretum erat Rom. 10: 19.) moliebatur. Accepit itaque *Paulus* hoc canticum , ut tempus respiciens rejectionis Judæorum & vocationis gentium , atque adeo ad initia regni Christi spectans , quando Princeps salutis , per passiones consummatus semen electum , laboris pretium , in unum populum , ex Judæis & gentibus cogendum , repetebat , atque à patre , ei peculium adjudicante , accipiebat. Quod ad vers. 21. pluribus confirmabimus : est enim *vocatio gentium* singularis regni Christi character , & nota infallibilis.

V. Occasio , huic discussioni conscribendæ oblata.

**A**Nsa & occasio , huic disceptationi conscribendæ oblata , satis manifesta est. Dies enim aderat , quo Moses à populo discederet , terrasque relinquenter . Hinc illi nata necessitas munus suum obligandi , & adversus instantes graviores populi tentationes , Deo cognitas , sufficiens antidotum cum populo communicandi. Prævidit vir Dcī spiritu prophetico aliquid esse in mysterio salutis seu redemptionis , quod difficulter admittit , admitteretque in posterum sapientia carnalis , quodque pauci numero rite tenerent. Scilicet Personam

nam Redemptoris (quæ *ruperis salutis* audit, atque ad ἀπολύτρουν electis præstandam filius hominis nascetur) jam tum præexistisse, eundemque esse Angelum facici Dei, ac verum cum patre Deum: qui fidei articulus tamen primi erat momenti. Quoad doctrinam de redemptore futuro satis edocti erant Israëlitæ, quod post aliquod demum secula nasceretur *semen mulieris*, adeoque verus homo, & frater, ex fratribus oriundus, qui caput serpentis contriturus, ipse conterendus erat quoad calcaneum. Gen. 3. Jacob, hunc ipsum descripsérat, ut ex Iude posterioris oriundum, sub cuius imperio non solum Iudæi, verum & gentes se submittent. Gen. 49: 10. 12. Ast cum huic doctrina ut summum cohæreret mysterium, quod ille *Jude filius*, in carne Deus foret, Moseisque prævideret hujus articuli *anægrou* fore causam apostasie populi (adversus quam tentationem electi erant muniendi) nihil potius desideravit in fine munericis sui, quam hanc caussam agere, atque populo antidotum tradere huic caussæ inserviens, quod ediscant, & per omnia secula asservent Israëlis posteri. Oportunè itaque *spiritus Dei* (qui affectus propheticos simul excitat, & ad suum scopum revocat) hoc instrumentum Mosis & Iosuæ ad calamus dictavit, quod voto Prophetæ respondebat, divinitatem *ruperis salutis* attribuendam assertebat, omnesque vias Dei circa eam litem cum sapientia carnis disceptandam exponebat: in quem finem amanuenses ad tentorium conventus vocantur, atque dictarnen Dei sedentes excipere jubentur, cuius ope Moses rerum post loquendarum testis evaderet amplissimus.

VI. *Scopus Dei in hujus argumenti traditione intentus*

**H**inc facile colligas, quis sit *scopus & finis*, quem in hoc cantico ejusque traditione intendit Spiritus Sanctus: scilicet fidem deitatis futuri Redemptoris asserere, atque ejus rei ignorantiam & abnegationem notare, ut pessimæ apostasie à Deo causam. Quod ut evidentissime patescat, representatur in statu populi ultimi temporis (qui se aliquando ex illa ignorantia & veritatis istius rejectione criminis lèse maiestatis divinæ reum faceret, atque damnatorem ultimi excidii) uti veniret infidelitatis atque ingratisudinis ultima arguendus, nec non terrore instantis judicii ob commissam à Deo salutis apostasiam ad poenitentiam invitandus, quo electi per conversionem illud judicium effugiant, reprobi vero & duræ cervicis homines in exemplum severitatis divinae proponantur, donec ultima posteritas ex consideratione viarum Dei illud judicium sequentium, post diuturnam gentis rejectionem, ad Deum redeat, atque professione & fide magnitudinis hujus rupis cum Deo conciliata, regnum Christi ingrediatur. Hunc scopum exponunt verba *date magnitudinem Deo nostro, rupi cuius opus perfectum est, in quibus mandatum continetur fidei de rupis salutis vera Deitate: quam qui rejiciunt pereunt, atque in justum Dei judicium incident; qui vero cum confusio ad eam credunt & venerantur, salvi evadunt, Deumque sibi habent propitium, tuti ab omni malo, ac freti omni bono salutari.* Sic ad satieratem desiderii sui accepit Moses, tradiditque instrumentum conversionis populi, quo ab errore adeò periculoso electi omnium temporum in viam revocentur.

## VII. Sermonis forma ligata.

**Q**uilibet Lectorum facile animadvertis orationem hic occurrere cum gravem & ardente, tum vero adstrictam numeris & ligatam, non solutam: quod mirum in modum valet partim ad memoriam firmandam, partim ad mentem numeroso illo verborum ductu vehementius excitandam: constanter enim carmen seu *canticum* appellatur Deut. 31: 19. 21. 22. & 32: 44. Est vero hoc poëma (si alterum ipsius Mosis expicias) ex omni memoriam longe vetusissimum & antiquissimum: certum enim est, Moser omni græcâ antiquitate (vel ipsorum græcorum testimonio) fuisse antiquorem: quippe qui ante prima illa totius Græciæ lumina, Orpheum, Linum, & Musæum annis prope quadrincentis floruit. Homero autem, quem parentem antiquitatis solem omnium doctrinarum, & fontem ingenuorum, Veteres nominarunt, prior fuit plusquam quingentis annis Moës.

Quo autem carminum genere constet hoc poëma (Deum agnoscens auctorem & dictatorem) res explicatu difficultis est, Hebreæ linguae callenissimis inter se de hujus poëseos ratione dissentientibus. *Josephus* & *Eusebius* hoc carmen heroico metro, quod hexametrum dicitur, compositum volunt: ast *Hieronimus* ejus versus tetrametro jambico constare dixit. Quod si tanta sit inter doctissimos illos Veteres de hujus poëmatis mensurâ dissensio? quid mirum si posterioribus hic hæreat aqua. *Masius*, vir si quisquam alias Hebreæ doctissimus ad *Jos.* 10: 12. de se ingenuè profitetur: posui ego certe (cur non confitear meam curiositatem)

tatem) non nihil studii in eâ re inveniendâ, sed frustra: nihil enim satis certi absque præmonstratore video me de Hebraicarum syllabarum numeris, ac proinde neque de versuum mensuris modisque posse percipere. Sic etiam fere omnes alii hic suam profitentur ignorantiam.

---

### VIII. *Elegantia poëtica.*

**S**ingularis hic observanda est *elegantia poëtica*, quâ res plusquam unâ scenâ absolvuntur; Poëtarum enim est res aliquando depingere per scenas & exitus. Ita in primâ & secundâ scenâ videoas gentem Judaicam accusatam, & ad gravissimas pœnas damnatam, quotquot se Christo ponuntur non submisso. In tertiat scenâ verò reliquæ aversæ gentis exhibentur, ecclesiæ Christi afflitaæ & demum liberataæ spectatores, in confirmatione cordis perseverantes, donec in fine viarum Dei de magnitudine rupis salutis convictæ ad Deum redeant, & cum erroris agnitione filium exosculentur.

---

### IX. *Methodus in hoc cantico observanda.*

**M**osen diximus in hac drame poetico à Deo introduci κατηγορον, qui caussam Dei Redemptoris adversus Judæos perfidos in foro dicat, ita ut ejus κατηγορία vim haberet testimonii contra reos prolati. Hic conspicitur alloquium suum nunc dirigere ad testes, cælum & terram, ab iis postulans, ut dictis assensum præbeant, & veritatem, nefario ausu in controversiam raptam, secum confirment. Postea ad Judæos ingratos, parti ortho-

sed fru-  
re video  
proinde  
recipere.  
gnoran-  
  
rum e-  
exitus-  
cam ac  
quot se  
erò re-  
i affili-  
atione  
de ma-  
, &  
  
eo in-  
mptio-  
t ejus  
Hic  
cælum  
beant,  
n, se-  
rti or-  
tho-

thodoxæ controversiam moventes , atque scelus suum perpetratum ut factum legitimum defendantes: quos tamen ut reos arguit , & turpissimi criminis patratores convincere conatur. Huic disceptationi forensi , dicta sua confirmaturus , partim testimonium patrum , partim dicta Dei , seu Christi immiscat , certo modo quoquè ad rem facientia. Quæ observatio graves tollit difficultates , in constructione interpretibus alias haud parvam molestiam creantes. Præsertim per hanc animadversiō-  
nem solvit illa difficultas , quæ invenitur in pericopā , à vers. 8. ad vers. 14. se porridente : ubi omnia be-  
neficia Dei antiqua , in populum cum primo ex Aegy-  
pto egressu collata , & hinc proximè secuta , propo-  
nuntur verbis futuri temporis , cum videri possint praeteritum tempus postulare. Verum eo in loco notandum probè est , ut Moses ibi inserat testimonium patrum anteriorum , Dei consilium supra eorum posteros jam ante indicatum ratumque exponentium , atque illud tem-  
pus depingentium , quo Deus gentes diviserat eā cum reservatione , ut populo postmodum excitando hæredi-  
tatis futuræ nihilominus prospexerit terminos ; quæ de-  
re distinctius agemus in commentario.

---

X. Usus hujus carminis.

**Q**UAMVIS summa hujus carminis utilitas ad Judæos spectaret , qui post rejectam salutis rupem sub finni Reipublicæ Judaicæ , & postea usque ad consummationem seculorum viverent : non tamen existimandum illud carmen Judæis ante Christi adventum minus usui fuisse.

1. Usus ejus dogmaticus sanè omnibus erat communi-

nis , atque sic universalis , qui est inculcare fidem Deitatis Christi , haud quaquam abnegandam : crimen enim in posteris objurgandum , quoad radicem , non erat in patribus tolerandum . Fugiendus erat omni tempore error , qui aliquando in filiis tam amaros produceret fructus , quippe qui cum fide verâ & justificante consistere non poterat .

2. Usus ejus consolatorius erat insignis ad spem gratiae divinitate populo electo addictæ firmandam : insigne enim lætitiae erat argumentum instrumentum cernere sibi traditum , cuius ope aberrans posteritas aliquando in viam erat reducenda , & suis temporibus à cæcitate spirituali liberanda , quo cum Deo redcant in gratiam , Angelumque fœderis ad salutem agnoscant .

3. Porrò etiam hæc oda utilis erat ad cautelam ; monet enim in exemplo ne liberorum animis implantarent radicem illam amaricantes propullulantem fructus , quæ abnegatione Deitatis redemptoris posteriorum fidem corrumperet ; dixerat enim jam ante Moses Deus . 29 : 18. 19. de illâ radice ; nunc ejus damna , & quanti sit hoc futurum periculi adumbrat .

4. Faciebat quoque ad prudentiam sperantium , ne nimium festinarent ad rem speratam præoccupandam , nec contra ad ulteriora quam oportet tempora spem protrahant : quoniam ea hic notantur signa temporum , utrumque Christi adventum antecedentia , ex quibus singulorum temporum facies facile dignosci potest , modo ad rerum seriem , & indicatam consecutionem secundum prius & posterius legitime attendatur .

## XI. Hujus cantici analysis.

**R**estat, ut hujus cantici analysin respiciamus, quod commode dividimus in tres scenas, quarum singulæ vias rupis salutis eum in modum exponunt, ut exinde facile sit confidere Redemptorem populi electi, cum se filium Dei profiteatur, temerè à Judæis ut corruptorem doctrinæ & blasphemum fuisse dominatum. Videre itaque hic licet

1. Scenam correptionis, quæ Mosen repræsentat, ut generationem populi Israelitici degenerem damnatae & occisa rupis salutis ream arguentem, & ei gloriam deitatis contra incredulos adstruentem. vers. 1-18.

2. Scenam condemnationis, quæ Mosen introducit, ut sententia divina adversus illos infideles prolatæ præconem, quasi ex foro Dei prodeuntem, pœnalsque immorigeris ex pronunciatione Judicis imminentes inter fideles cum omni suo ambitu exponentem; ut sic modum teneant, quo causa Christi per adversantium condemnationem in foro Dei justificata fuit. vers. 19-28.

3. Scenam ultimæ regni Christi evanctionis, adversus varia hostium molimina promotæ; ubi ultimi molimini Dei consummatio ad novi populi liberationem & exaltationem suscepta describitur, quatenus ex variis inimicorum oppugnationibus asserti reliquiis gentis Judææ argumento forent ad conversionem; quippe per hanc viarum Christi manifestationem ad agnitionem regni Christi reducendis, & per donum fidei cum Deo conciliandis. vers. 29-43.

## Scena prima.

**S**CENA prior (quæ Mosen repræsentat apostatas Judæos corripiētēm) tribus absolvitur actibus.

I. Actus primus ad apparatum spectat disceptrationi caussæ præmittendum, habetque se per modum processi. Hic Moses alloquium suum *ad cœlum & terram* ut testes in caussâ validos dirigit, rogans ut dicendis abhinc assensum non denegent. Hos invitat

A. Ad audiendum; ubi videoas

1. Postulatum attentionis: quod ad captandam benevolentiam proponitur. vers. 1.
2. Confirmationem æquitatis postulati istius, argumentis desumptis
  - a. A sermonis proferendi efficaciâ & utilitate latissimâ. vers. 2.
  - b. Ab argumenti, quod exponere in animo habebat, pondere gravissimo. vers. 3. a.

B. Ad testificandum: ubi occurrit

1. Postulatum testimonii, quo cedant Deo nostro magnitudinem. vers. 3. b.
2. Expositio fidei orthodoxæ, quam explorandam & testimonio confirmandam exhibet. vers. 4.
3. Vendicatio ejusdem à scandalo objecto. vers. 5.

II. Actus secundus exhibet alloquium ad reos conversum, quos criminatur: ubi

A. Caput accusationis indicatur, scilicet *prava retributio Jehovæ*, per impactam illi corruptionem facta. vers. 6. a.

B. Confirmatio criminis seu reatus subjicitur; dum dignitas sprete rupis probatur argumentis desumptis

i. Ab

1. Ab opere molito & initialiter præstatio : scilicet opere redemptionis , regenerationis & amplissimæ instructionis populi . vers . 6. b.
2. A sententiâ primi Patris & Seniorum , Dominum Israelis eundem cum Angelo duce agnoscendum : ubi notanda
  - a. Provocatio ad horum sententiam , 'cum ablegatione immorigerorum ad eam legitime expendendam . vers . 7.
  - b. Professio fidei ipsa per modum responsi patrum hic inserta , exponens
    1. Consilium Dei à principio manifestatum.
    - N. De populo eligendo , seu à gentibus separando . vers . 8. 9.
    - D. De ducendo hoc populo , & fovendo in Deserto . vers . 10. 12.
    - L. De eodem in terrâ hæreditatis confirmando & benedicendo . vers . 13.
    - II. Effectum consequens , ut ex benevolentia redundans in seram illam posteritatem , quam actor in hoc actu compellat . vers . 14.
- III. Actus tertius , quo actor horum σκληρωμάτων perspiciens , eorundem scelus cum indignatione adumbriat , tanquam ἀναπολόγητον , ex eo
  - A. Quod vestigia patrum carnalium , non obstantibus objurgationibus propheticis in malo pergentium , secuti fuerint , scelusque absolverint . vers . 15.
  - B. Quod modo pudendo progrediantur
    1. Convertendo se , tanquam ad novum idolum . Quod valdè exaggerat . vers . 16. 17.
    2. A vertendo se à rupe salutis , cum turpi benefactoris oblivione . vers . 18.

E X P O S I T I O  
T E X T U A L I S

*Scene prima*

C A N T I C I  
M O S I S.

Vers. 1. *Aeribus percipite cœli.* Compellat cœlos hoc suo alloquio Moses in quo dicendi genere quidam prosopopœiam admittunt : quā etiam inanima soleū atque astra advocat , ut testes evadant in causā litis , & aliquando adversus populum illum ingratum testimonium præbeant. Aliis tamen simplicius videtur ; ut hic statuatur metonymia continentis pro contento , atque sub nomine *cœlorum* intelligamus *cœlestes* , gloriæ divinæ assidui spectatores atque buccinatores : totum videlicet cœlestem exercitum , angelos & beatas animas ; quotquot ad proximum majestatis divinæ conspectum atque intuitum admittuntur : quod nobis etiam ob suam simplicitatem maximè arridet. Imitati sunt postmodum etiam hanc phrasim Mosaicam alii. Conf. *Psal. 50: 4. Jes. 1: 2.* *Aeribus percipere* est rem cum summâ mentis attentione , dum judicii gratiâ ad forum defertur , excipere , ut nihil non perceptum

ceptum præterfluat. Metaphora est ab hominibus in corpore degentibus ad spiritus incorporeos translata: solent enim homines, quando maximi momenti fore sermonem, ad quem audiendum invitantur, existimant, imperium exercere in organa auditus, eaque ad perceptionem omnimodam applicare, atque sic curare ne vox ulla loquentis animum effugiat: ut omnibus perpensis causa felicis dijudicetur, aut in casu rogati testimoniī cum conscientiā rei olim cognitā diligenter conferatur. Caussa disceptanda erat gloria *Angeli faciei Dei*, qui idem est Angelus foederis, & caput atque Princeps angelorum. *Psal. 34: 8. Dam. 10: 13. 21. 12: 1.* Huc *Angeli* singulare titulo vocantur, quippe quorum est in caussā ejus, qui audit Princeps angelorum, manifestare zelum, atque hæsimque ejus gloriam & dignitatem suo restaurare testimoniō. Neque dubium est, quoniam angelorum munus sit huic suo Principi praestō esse, atque ejus gloriam & honorem quovis modo tueri. *Conf. Deut. 33: 2. Psal. 18: 11. Jes. 6: 1. 2.* Adde visionem antiquam Jacobo olim in sonno oblata, cui scala à terra in cœlum usque porrigena proposita, angelos referebat per eam adscendentēs & descendētes. *Gen. 28: 12.* Qui proin ut hujus Principis spectantur ministri, & spretæ capitū gloriæ vindices; jure merito citantur, & advocantur ad præsentis causæ discussionem rite percipiendā, quæ ad vindicias gloriæ Angeli foederis spectabat.

*Et loguar.* Verbum בְּרֵךְ in *Pihel* notat multo sermone & ratiocinio uti; atque ita spondet Moses ampliori discussionē caussæ *Angeli Dueis & Afferitoris*, cuius gloriam defendere contra rebellium criminationes in se suscepérat.

*Et audiat terra.* Hic terra in contradistinctione ad C cælum

cœlum iterum metonymicè significat *incolas terre*, quotquot poterant esse rerum visarum & auditorum contra populum refractarium testes: qui proinde alteram testium classem constituunt. Futurum יְמִינָה hic quoque postulatoriè capiendum; quoniam capite prædenti (*Deut. 31:28.*) cœlum & terra designabantur, ut simul convocandi & futuri testes, qui adversus posteritatem apostaticam veritati præberent testimoniū.

*Dicta oris mei.* Vox אֶלְחָרִים à radice אֶלְחָנָה notat dictōn & dicta: ita Hebreis dicuntur enunciationes, quæ in unam orationem collectæ partes faciunt sermonis: sermo enim integer ex variis compo- uitur effatis, quæ simul juncta & connexa, atquæ sic pronunciata & audita totum orationis complexum constituunt. Contineret autem sermo hic multa effata, pondere gravissima, eaque singula singulatim expendenda; & sic audienda, ut per partes à variis testibus in terrâ confirmando: cum enim non omnia sint ejusdem temporis & loci; atque alii hæc, alii alia vide- rint, omnibus singula sunt expendenda, ut singuli dignoscere queant, quarum rerum testes à Deo constituti sint.

Vers. 2. *Stillabit* (scu. *diffuet*) ut pluvia doctrina mea. Vox לְקֹחַ ad literam significat acceptio mea; scu id, quod ego accepi, à verbo לְקֹחַ accipere, quod etiam verbum disciplinæ est. *Num. 23:20.* *Prov. 1:3.* Hinc vox לְקֹחַ pro doctrinâ. *Job. 11:4.* *Prov. 4:2.* *7:21.* *Jes. 29:24.* Notat Moses doctrinam, quam ex ore Dei dictantis acceperat; spondetque non sermonem sui ingenii, aut ex proprio motu conceptum, sed

sed divinæ traditionis , & ex divino oraculo haustum ,  
se propositurum. Affixum hic significare potest sub-  
jectum recipiens. Spondet itaque ē traditum , quod  
ā Deo acceperat ; doctrinam videlicet cœlitus edocim :  
atque proinde ā le auctore Deo promulgandam. Hanc  
assent̄ *stillaturam* , ut pluvia. Confert hanc doctrinā  
cum pluvia. Proin pluvia proponitur ut doctrinæ  
symbolum atque emblem̄. Monet *Horus Apollo*  
*nubem* in hieroglyphicis Ægyptiorum representamen  
fuisse *Doctoris* ; quæ cum pluviam suo tempore effundat ,  
analogia exigit , ut etiam olim Ægyptii pluviam  
habuerint pro symbolo doctrinæ. In sacris plura sunt  
testimonia , in quibus doctrina , cœlitus delapsa , cum  
pluvia confertur. *Ies. 55: 10. 11.* aut sub pluvia me-  
taphora venit. *2. Sam. 23: 4. Ps. 4. 72: 6.* Ratio  
symboli est , quod omnis terra Judaicæ in proferendis  
fructibus felicitas ex pluviis cœlestibus suspensa fuerit  
(*Deut. 11: 10. 11.*) humum ejus intimè perfundentibus  
ac sacerdantibus ; quarum defectu omnia viderentur  
extremis torrida & arentia ; contra verò , si cœlum eas de-  
mitteret omnia lata & virescentia. Adeoque *Doctrinam*  
hic concipitur , ut ad plantarum in ecclesiâ incremen-  
tum latioreisque segetem faciens , efficiensque , ut  
steriles animi ejus disciplinâ imbuti virescant , nec non  
fidei & charitatis germina atque fructus ubertim pro-  
ducant ; quæ in re spiritualis ecclesiæ vigor consiliit.  
Imō connotatur etiam , quod sicuti *terra promissionis*  
non ex fluminum eruptionibus ut Ægyptus irrigabatur ;  
sed ē cœlo aquas exspectabat ; ita ecclesia fore irrigan-  
da suis hisce eloquiis , quæ non humano artificio inge-  
nione erant elaborata , aut ex humanarum doctrinarum  
thesauris deprompta ; sed cœlitus ad ipsum demissâ , ab  
eo sicuti ex nube hominum infunderentur animis.

*Stillare* dicitur pluvia , cum molliter & guttatum descendit in terram . Ita verbum נֶעֱלָה reddunt Tigurina Regia & Pagninus ; alii descendere , aut defluere ; quæ ultima significatio potior videtur : suadet hoc verbi etymon ; nam verbum נֶעֱלָה ( à voce נַעֲלָה cervix deductum ) alludit ad animalia decollata , quæ ex apertis arteriis venisque sanguinem affutum effundunt , atque diffuerere in omnes partes sinunt : atque ita notat doctrinæ cum ecclesiâ , agri rationem habente , communicationem , sensim in omnes partes diffuentem , quæ eam fecundari solet . Quidam futuron accipiunt optativè , putantes , hoc schema argumento enunciationis sequentis respondere elegantius , cum populus Israëliticus concipiatur ut ager sterilis . Veruin , id præter rationem dicitur ; quoniام populus Israëliticus in hac scena introducitur ut in partes divisus , quarum una hanc Mosis doctrinam susciperet cum fructu , dum alia animum suum adversus eam obfirmaret ; adeoque Moses prædictit potius in futuro , fore justo tempore nubes ( id est Doctores ) qui hanc Mosis doctrinam in gremium ecclesiæ effunderent atque ita propagarent , ut in varias oras diffueret . Adde , quod ea verba usum istius carminis indicent , quippe ad ædificationem credentium destinati , ut fideles in cognitione & pietate felicius excrescant .

*Fluct instar roris dielum meum .* Id est , unumquodque dictorum meorum : ita ut singula effata cum totidem roris guttulis conferantur . Symbolum itaque hic alterum ros est , qui de pluviarum naturâ participat ; atque præsertim ad æstum & ardorem solis mitigandum facit . Conf . Jes . 18:4. Dan . 3:5. Uno verbo ; in proverbium abiit , ros super herbas . Vide Mich . 5:6. Proin-

Proinde superaddit notioni pluviarum, ut cum foecunditate suppeditet refrigerium; atque hinc est Symbolum doctrinæ solatii, in tentiationum & persecutionum æstu valentis; ac anxios credentium animos refocillantis. Sic alter hujus carminis usus innuitur, qui est spem ecclesiae corroborare in adversis, eamque eventuum gloriosum prædictionibus erigere.

*Fluere dicitur ros diætorum Dei & Mosis*, ut & aquæ manæ dicuntur eodem verbo נֶזֶל Exod. 5: 8. Num. 24: 7. Psal. 78: 16. Jer. 18: 14. Notatque fore, ut doctrina hujus cantici se quam larissime diffundat, atque ita per plurimum ora gloriatur, imo per universum orbem exeat.

*Sicut pseacas super herbam.* Vox שערת procellam & turbinem significat. Vox עירום vero pluviam ventorum pluviosorum. Hinc Jonatham Thargumista, ut minuta pluvia ventorum pluviosorum, qui mense Octobri flant, super herbam. Nostrates eleganter slof-regen: ut concipi debeat ex minutis guttulis conflata, ventoque agitata, quæ magis penetrat & telluris germina efficacius protrudit; quippe herbarum tubulos feliciter subingrediens. Vox נשל qualemunque notat herbam, ad brutorum pabulum excrescentem: qualis crescit in pastuis; undè dicitur pabulum onagrorum. Job. 6: 5. cervarum Jer. 14: 5. & vitulorum. Jer. 50: 11. Respicit hæc enunciatio effatum primum, ut pluvia ista hic vocetur pseacas, ejusque ultius referatur ad terræ fecunditatem augendam; ad quam saltem valeret hæc doctrina, coöperante spiritus sancti impulsu, se ejus præconio intermiscente.

*Et sicuti guttae (seu stillæ) super fementum.* Vox רביים guttas & stillas notat. Conf. Jer. 3: 3. 14: 22. quia guttae, quo tenuiores eo plures sunt. Vox

**בָשֵׁם** herbam significat frumentiferam , ex cuius semine panes & pulmenta coquuntur , atque humano generi in alimoniam cedunt . Duæ istæ voces **נְשָׁר** & **בָשֵׁם** etiam junguntur Job. 6: 15. prov. 27: 15. atque symbola sunt hominum , qui ecclesiæ possent esse utiles.

Hoc eloquium est amplificatio enunciati secundi , ut intelligi debeant *stillæ roris seu rorulentæ* , fruges succo suo alibili perfundentes . Habent autem dicta hujus versus vim argumenti , quo cœlites ad attentionem moveantur : quasi dixerit . Quæ doctrina , qualis mea erit , se quam latissimè diffundet , & multorum animis se alte insinuabit , ad pluriū sanctificationem & consolationem ; huic favere debent angeli , atque pro confilio Dei respondere , quatenus sunt ministratorii spiritus in salutem electorum emittendi . Præsertim si à fructu istius doctrinæ ultima capit is Angelorum gloria dependent.

Vers. 3. *Quoniam nomen Jehovahe proclamabo.* Notandum , quod Jehovah hic non sit nomen totius trinitatis , sed singularis alicujus in Deitate personæ , cuius Deitas , licet ab incredulis raperetur in controversiam , nihilominus apud angelos & alios fideles erat certa , & extra dubium . Hæc persona Deitatis erat *Angelus metator* , cuius autoritatem & Deitatem quidem in hoc cantico ex ejus viis & operibus probat Caussidicus , quando alloquitur abnegantes ; verum in hoc alloquio ad Cœlites supponit ut cognitam & ab omnibus agnitam . Apud Mosen vocatur hic Angelus Jehovah Gen. 16: 10. 11. 13. Exod. 3: 2-4. Deus Bethel Gen. 31: 11. 13. Abrahami & Isaaci . Angelus Goël. Gen. 48: 16. in cuius medio nomen Dei. Exod. 23: 21. Nomen Jehovah significat omnes ejus virtutes & vias , undè sibi inter cœlites nomen , seu laudem & existimationem compara-

paravit. Quid si respiciat nomen *Rupis*, ut huic consilio respondeat eventus, quem exhibet vers. 4. ut ille sit titulus, & hoc ejus nomen, quo ejus dignitas exprimatur. Verbum אֶקְרָא vertunt alii *invocabo*: sed *invocare nomen Dei* in precibus dicitur בְּשָׁם קָרָא cum præpositione. Melius *proclamabo* (Conf. Exod. 33: 19. 34: 5. 6.) uti præco, qui publicè rem denunciat, atque ita spondet se indicaturum vero suo nomine personam deitatis, visitantem populum suum, cuius virtutes omnibus prosequeretur laudibus: imò se aperte ad omnium aures, sicuti præcones solent altâ & clarâ voce solent, ejus verum titulum proclamaturus promittit. Particula causalis יְדִיכָה indicat ab hoc præconii argumento se exspectare omnem euangelii successum, & vitam in mundo spiritualem, atque animarum solatium: nec non pronitatem angelorum ad contestiscandum; quippe qui non possunt non gloriam istius Jehovæ principis angelorum amare, querere, omnibusque viribus eam promoventibus suum conferre assensum.

Date *Deo nostro magnitudinem*. Eadem persona divina appellatur non tantum *Deus*: sed vocatur à præcone nomine suo & fratribus suorum loquente, Deus omnium ex hominibus credentium. *Deus noster* audit à quibusdam vi foederis; quia ille est, in quo promissio foederis foret *vai vax dñm*; qui enim in foedere dixit ero *Deus noster*, ille talis ficeret in personâ filii, & concipitur hic in tempore factus: unde vera fidei professio dicit de eo, *Deus noster*: atque hoc symbolum erigit contra abnegantes, qui cum quâ talem non recipiunt. *Magnitudo* ejus præcellentiam significat, quæ eum celebrem reddit, omniq[ue] existimatione dignum. Ita ad Deum refertur etiam 1 Chron. 29: 11. *Psal. 145: 3.* Op-

3. Opponitur autem partim ejus humilitati, quā haud diu minor esse vellet præ אלֹהִים diis, atque inde reassumere gloriam & decus: partim vilipendio hostium, qui eum cum contemptu rejicerent.

Verbum הַבָּן venit etiam sibi sensu dandi. Gen. 17: 16. Deut. 1: 13. Notat autem magnitudinem dare Deo huic electorum, quasi in hac visione conspicuo, nihil aliud quam asserere illi debitam dignitatem & divinam præcellentiam (Psal 29: 1. 2. 96: 7. 8.) nihil enim Deus à creaturis suis accipit undē major evadat, ipse sibi sufficiens, nulliusque rei indigus. Creaturarum solum est hanc supereminentiam agnoscere & profiteri. Proin postulatum Caussidici à testibus est, ut confessio ecclesiæ adversus omnes detrectatores Angeli foederis alienum præbeant, eamque suo confirmant testimonio.

Vers. 4. "Rupes ille cuius molimen perfectum. Incipit hic ipsa nominis Jehovæ proclamatio, cui ut assensum præbeant, angeli rogabantur. Jehovah ille, Deus turbæ credentium, hic vocatur רְבָנָה Rupes. Ubique nota literari iudea majuseulam pingi in textu, ut lector statim percipiat maximam in hac voce collocari emphasin, eamque mente suspensa diutius trutinandam esse. Præmittitur quoque נֵה demonstrativum, indicans singularem quandam objecti sermonis indigationem; ut Mōses hic consciendus sit inter proclamandum quasi in hanc petram digitum intendere; non aliter ac si eam ut objectum justificandum omnium oculis praesentem susteret. Concipit autem hanc vocem, ut in praesenti lite nomen Jehovæ proclamandum atque hoc loco proclamatum exprimentem, imò assertam Jehovæ magnitudinem feliciter exponentem, propter quam omnibus ad hunc confugientibus magni faciendus esset.

Hinc

Hinc notatu dignum hoc ipsum nomen saepius repeti in hoc cantico: ut vers. 15. 18. 37. Imo exponi satis evidenter, quando vers. 15. vocatur. *Rupes salutis.* Ipsi Judæi in Gemarâ ad tract. Beracoth (cap. 1: fol. 5.) agnoscent nulli nisi summo Deo hoc nomen com-petere, quando dicunt: *num est rupes nisi Deus benedictus; quia dicitur Deut. 32: 14. Rupis, quæ ge-nuit te, oblitus es.* Quod ipsum quoque confirmant testimonia *Psal. 18: 32. 73: 26. Jes. 26: 4. 44: 8.* Ad rem facit, quod *rupes* vocitur *ipse Goël* *Psal. 19: 15.* Adeoque persona divina, in hâc scenâ conspicua, cuius magnitudini detraxisse hostes arguuntur, hic no-tatur non tantum ut *Deus benedictus*, verum etiam ut *ipse Goël*, qui non poterat non esse *rupes populi*, & genitor. Rationem hieroglyphicar. illius denominatio-nis quod attinet; illa facile ex descriptione *rupis salu-tis* eritur: quæ est periclitantibus tutam præbere eva-sionem & certam salutem, si modo ad eam confugiant, atque hoc se recipient. Metaphora proin sumpta est à *rupium fūs*, quem in bellis præstant; quotiescumque enim debellati, aut hostium invasionibus resistere mi-nus valentes, tutum querunt refugium, eo in casu *ru-pes* condescendere, & *alissima* corum *culmina* adire so-lent: contra quod munimentorum genus, nec arietes quicquam valent ad subvertendum: nec facilis est con-scensus hostium ob difficiles aditus. Censentur au-tem *rupes* præruptæ natura munitæ, aut saepius in mu-nimenta eliguntur arte ulterius firmando; quorsum phræs alludent, *rupes munitionis noſſ'æ* *Jes. 17: 10.* *rupes recepties noſtri.* *Psal. 94: 22.* Conf. 2. Sam. 22: 3. Hec loca cum eliguntur in usum partim ob im-motam firmitatem; qua subverti aut loco moveri ne-quent, atque adeò contra omnem vim illatam peren-

quā hand  
ode real-  
nostium,  
  
Gen. 17:  
nem dare  
aspicio,  
n & di-  
3.) nihil  
evadat,  
turarum  
profiteri.  
confessio-  
li fecde-  
nt testi-  
  
. Inci-  
ut assen-  
t illle,  
es. U-  
stu, ut  
ollocari  
nandam  
m, in-  
digita-  
procla-  
e; non  
am ou-  
n, utrin  
ue hoc  
Jehovz  
quam  
is esset.  
Hinc

nant: partim ob præaltam celsitudinem, quā extra sagittarum & lapidum jactum constituta expugnatū fere sunt impossibilia, atque ibi degentes adversus hostium arma in tuto collocant: partim etiam ob augustos & præruptos aditus, à quo facile est arcere hostes. vid. *Psal. 61:3.* Hinc confidunt nationes plurimum, quæ talibus sunt munitæ propugnaculis, ac se satis tutas ab hostibus existimant. Vide *Obad. vers. 3.* de Idumæis. Hinc maxima est securitatis promissio in celsis & rupibus habitare. *Ies. 33:16.* Transfertur itaque nomen *rupis* ad Deum, ut defensorem populi sui æternā suā potentia, & præcessā suā majestate inexpugnabilem, suosque tutos ab hostium vi collocantem; qui proinde omnibus commendatur ad configum. *I. Sam. 2:2.* non est rupes sicut Deus noster. Hoc nomine dñm designatur *Angelus metator*, proponitur ut rupis munus adimplens, atque adeo ut æternus, potentissimus & populi sui defensor, verumque fidei ac fiduciae objectum: qui confugentes ad ipsum in fidem recipit, atque ab omni hostium spiritualium furore tutos reddit: uno verbo, qui credentibus in ipsum est æternae salutis auctor, procurans ne quisquam illorum pereat in æternum. In hoc opere & usu ponitur *magnitudo deitatis*; per illud enim gratiæ divinæ studium tantum restat peccatori *spes salutis*; atque sine eo conspectu nil conspicitur in Deo, quod non terrorem & desperationem incutiat: quia aliás nullum restaret evasionis medium, quo antiqui serpentes furorem effugias.

Vis effati per articulum demonstrativum est, *illum*, quem rejecerunt architecti, atque omni contumeliam prosecuti sunt ut inutilem, atque vanum defensorem & assertorem, nihilominus esse veram illam & magnam rupem, ad quam nisi configuat quis, ille certo sit peritus.

turus. Alias vocatur *arx Dei* præhendenda, si quis pacem habere velit cum Deo. *Iesai.* 27: 5.

Huic tribuitur molimen. Vox לְעֵל id propriè natat; seu opes, quo quis occupatus est, nondum omnime absolutum. Ita verbum לְעֵל distinguitur à verbo נִשְׁׁלָה, ut opus incepsum à consummato, & ad terminum decretum perducto.

Respicit procul dubio illud molimen, quo fundat ecclesiam, & ædificat in rupe: seu quo regnum suum stabiliebat, dum novum populum sibi comparabat & ornabat in gloriam suam; civitatem in monte præalto benè munitam extruendo. Hoc molimen declaratur *ut integrum*, cui nihil deerat, quod quis jure requirere ad ejus soliditatem aut fortissimam defensionem receptorumque securitatem poterat. Sic vox תְּמִימָה notat id, quod omni modo absolutum est, & perfectum. Ita res molita conspicitur in ideâ, quæ rem omni ex parte completam indicat, & in quibusdam operibus initialibus, quæ eandem perfectionem spondent: sic enim ex jactis operis fundamentis de ipso opere futuro judicamus.

Quoniam omnes via ejus judicium. Via Dei in sacrificiis notat agendi methodum, seu modum progredendi in aliquo opere, quo Deus uritur ad finem suum consequendum; ut opus intentum plenariè suo consilio respondeat. Quare in viis Dei finem atque exitum rerum ob agendi rationem aliud esse non posse, quam quem ipse sibi proposuerat Deus animadvertisimus, quippe qui suo excidere scopo non potest: atque modum operandi non aliud, quam qui ejus decentiam ubique observat. Proponitur itaque rupes salutis, ut quæ in opere suo integerrimo promovendo, sicuti jam incepserat, singularem operandi modum teneret; &

plusquam unum : atque *omnes ejus vias*, hoc est, quamcunque agendi rationem, dirigeret ad modulum æquitatis. Concipit *omnes ejus vias spectare ad opus molitum* : hoc est, nihil eum egisse, aut acturum, quod non spectaret ad ecclesiam suam super se rupem ædificandam.

Has omnes vocat **מִשְׁפָט** *judicium*. Vox significat definitum Legislatoris de æquo & justo, juxta quod omnes actiones, ut legitimæ habeantur, censendæ sunt. Posset hic ellipsis vocis *juxta concipi & suppleri*, quasi dictum esse **בְּמִשְׁפָט** ut *Lev. 5: 10. juxta judicium*, seu exigentiam rei. Nisi hic potius emphasis sit, omnis agendi ejus ratio, seu viæ omnes sunt illud ipsum quod Lex judicii in hac causâ exigit: ut in nullo gressu ad operis progressum vel quicquam aberratum sit ab normâ divinâ, si ad hunc lapidem lydium & modulum omnia exigantur, continent enim id ipsum, quod ex iudicio Legislatoris in lege præformatum fuerat, atque coniuncte in posterum. Nil ergo in iis occurrit criminandum, dum præco hanc rupem salutis ex opere vult cognosci, molimen ejus hactenus tentatum affirmans perfectum esse, quoniam media ad eum finem justificantur ex lege ut legitima, & ad scopum legitime facientia: hoc omne enim, quod egit ad asserendum sibi populum, atque supra se fundandum, ait factum convenienter iudicio, quod assertori & vindicti populi præscriptum erat, & justitia divina ab eo exigebat. Hujus autem erat *thronum & regnum suum fundare supra iudicium*. *Psal. 89: 15. 97: 2.*

*Deus fortis veritas.* Vocatur *rupes illa* **לֹא** propter absolutam potentiam; opus enim ædificationis ecclesiæ jam commemoratum divinam postulabat omnipotentiam; atque eam in rupe manifestabat: tantæ molis est eccl-

ecclesiam redimere & regenerare, ut cum à reatu, tum à dominio peccati liberetur. Fortis sit ille heros oportet; qui caput serpentis conterat, omniaque diaboli opera perfringat. *Veritas* est prædicatum, quod huic Deo fortis tribuitur. Vox ΠΙΛΕΝ veritatem & fidelitatem notat: atque ita dicitur ille, quia illi tuto creditur, qui nunquam fecellit credentium fidem, nec fœdus suum violavit; sed se constantem atque fidelem exhibuit in præstandis promissis, dum pollicitationes cumulate exhibuit. Adde quod & *veritas* audiat propter soliditatem corporis præ umbris; lex enim umbras tantum rei habebat in placitis; *veritas* tantum in populi assertore & vindice spectatur: quasi Praeco porrecto in rupem & sponsorem jam factum redemptorem digito designaret objectum fiduci eum esse, qui spem patrum & finium umbrarum adducto jam solido piaculo adiunplerebat.

*Et absque injuria.* Vox ΛΥ notat proprio factum contra alterius *jus*, quo quoquam detrahitur, quod eidem debetur ex jure; atque adeo *injuriam*; *Lev.* 19: 16. *Psal.* 7: 4. 53: 2. Negatur de Deo. *Psal.* 92: 16. *Jer.* 2: 5. & de Christo *Ies.* 53: 9. Hic præcox & patronus caussa rupis, negans eam fecisse cuiquam *injuriam*, amolitur ab ea accusationem adversariorum, contra eos assertens, quod nullius jura violaverit, nec Dei per blasphemiam, qui sine rapinâ se potuit Deo parem sistere: nec principum aut regum hujus mundi, qui regnum tantum ecclæste fundare molitus fuerat: nec populi, quem non seduxit, sed per veram doctrinam ad Deum reducere conatus fuerat.

*Justus & rectus est ipse.* *Justus* dicitur, qui ex jure suo sibi partim competenti, partim acquisito agit; atque ita rupis se operi applicans perfecto, id tentavit,

quod iure poterat partim divino , ut filius Dei & haeres omnium , pertim acquisito per redemptionem populi in peculium suum. Imo & *justus* dicitur , dum sine omni prosopolepsia ad se consugientes suscipit , atque pro iure donato gratiōe excipit ; alias verò ut hostes arcet & oppugnat : à quo titulo Messias sibi commendatur ut *justus* , suo iure utens. *Jes.* 11: 2. 53: 11. *Jer.* 23: 5. 6. 33: 15. 16. *Zach.* 9: 9.

*Rectus* quoque dicitur propter intrinsecam sanctitatem ( quæ est purus amor & studium recti ) utpote nullā pravitate notatus : sicuti erat *homo* , quem Deus condiderat , antequam ratiocinia quæsiverat רִשְׁת *rectus*. *Ecl.* 7: 29. & Deus ipse dicitur רַב *Psal.* 25: 8. Hec etiam opponuntur criminibus objectis , quasi fraude doloque egerit , & non ex iure suo , aut non ex rectâ intentione

Vers. 5. Hic versus magnam interpretibus peperit difficultatem , qui circa ejus sensum mirum in modum variant : ut verè obtineat hic , quot capita , tot sensus ; oriturque varietas ob dubium subiecti , ad quod verba

שְׁחַת לֹן sint referenda. Plurimi interpretes tanquam caput accusationis populi corrupti accipiunt , atque ut crimen progeniei perversæ exponunt. Hinc *Junius* vertit *corrupit* se nempe Istrael. Vulgatus peccavit et , alii *corrupit* sibi. *LXX* peccarunt non et . Hæc interpretantur viri Doctri , nihil suo scelere Deo officere potuerunt ; sed se ipsos potuis ( ut vertunt *Symmachus* , *Aquila* & *Pagninus* ) corruerunt , atque illustrant ex loco *Iob.* 35: 6. Verum ἀβλεψα interpretum in causâ est , quod in veram dictorum mentem non incidentes , in has difficultates prolapsi fuerint. Quod si locum ipsum juxta accentuationem Hebraicam attentius inspexissent , non ut puto adeo contorta produxissent inter-

& heres  
populi is  
line om-  
nique pro  
es arce &  
ndatur ut  
i. Jer.  
  
sanctita-  
pote nu-  
m Deus  
reclus.  
l. 25: &  
ali tra-  
n ex re-  
  
peperit  
modum  
sensus;  
d verba  
inquam  
que ut  
fuerint  
rit ei,  
terpre-  
potue-  
, A-  
nt ex  
caula  
entes,  
ocum  
as in-  
ntin-  
ter-  
  
terpreta-  
menta. Qui vertunt *corrupit se*, non sunt filii  
ejus, peccant contra accentuationem particulae נ; quæ per Tipcha dirimitur ab effato sequenti, & rapitur  
ad antecedens dictum, quod etiam LXX notantes ver-  
tunt, non peccarunt ei. Dein male referunt prius e-  
nunciatum ad Israëlem, maleque vertunt LXX in plura-  
li *peccarent*; cum hic singulare obtinet, atque adeo  
is sit intelligendus, de quo proxime dictum fuerat, &  
ad quem affixum singulare in בְּנֵי respicit: nam, I-  
sraël in voce מומַם noratur per affixum plurale. Scio  
viros Doct̄os velle, quod Israël collectivē intelligatur,  
& propterea singulari usus fuerit textus; verum contra-  
rium docet affixum plurate in מומָם, & singulare in בְּנֵי:  
atque ex diversa illa relatione etiam constat popu-  
lum distingui in filios Dei & rebelles, ac proinde  
non collective ut unum respici, verum potius ut in  
duas classes divisi.

Lud. Capellus, & cum eo alii, primum enuncia-  
tum ad rupem referunt, atque vertunt, non *corrupit*  
*se* Deus: quæ versio, licet ad verum suum subjectum  
referat prædicatum hoc, nihilominus duram facit par-  
ticulae negativæ נ hic transpositionem; cuius nullum  
exstat in sacris exemplis. Adde, quod etiam peccet  
contra accentum thebit in לֹו, qui cum etiam  
distinctivus sit, hanc transpositionem planè respuit.

Vir summus Cl. Ioh. Coccejus B. M. monet vocem  
שְׁחַת non necessario pro verbo in præterito pihel esse  
accipiedam; verum commodissimè sumi posse pro no-  
mine formæ שְׁלָמָם: prout etiam occurrit Hos. 13: 9-  
atque לֹו exercere hic significationem possessivam, to-  
tumque effatum verti posse interrogative cum respon-  
sione negativa; לֹו num illi corrupto? Neuti-  
quam

quam. Hæc versio plane respondet accentibus ; constructioni particulæ **ה**, quæ dativi index est , satis facit , nec non cum scopo sermonis hujus ex aſte conſentit. De rupe enim præter meritum suum damnatā instituitur ventilatio ; cujus hic peragitur justificatio ; dum apologista objectionem seu accusationem hujus, à Judæis prolatam, ad examen revocat & diluit. Hinc criminatio est , quod penes ipsum sit corruptiō, scilicet sanæ doctrinæ & populi. Hanc criminationem ad indaginem vocans apologista eam revocat ad questionem, mutatque in interrogationem : ad quam negative responderet. Quasi dicat : *Vos caritates, & quotquot in terris fuistis vitæ ejus testes ! verumne est ? quod illi defectors obſiciunt, penes illum fuisse corruptionem aut doctrinæ ? aut populi ? plane uti vos mecum novistis, id verum non est : sed contra vitiosos ex populo ad resistipientiam & mortem correctionem revocavit.* Quod si quis dubitet , num particula **נ** alicubi simpliciter pro responsu negativo ponatur ? is inspiciat *Iof. 5 : 13. 14. Nen. 22 : 30. Iud. 12 : 5.*

Verti etiam possunt corrupti sibi nihilum. Nihil notius est , quam voculam **נַי** Lepius in sacris etiam nominaliter poni , ut nihilum significet , quod confirmari potest ex *Job. 6 : 21. Jes. 23 : 13. Ezech. 21 : 27.* que versio cum antecedente quoad sensum coincidit , nec signum interrogationis precario postulat , atque verbum **נַי** ut præteritum pihel retinet , nec non **ל** in dativâ significatione retinet : adeoque fortean videri possit simplicissima. Interim enunciatio concipi debet , tanquam objectionis occupatio , quasi dicat . *Quicquid exacerbati hostes huic nostræ rupi obſiciant, ut si omnia corruperit, & ſibi prætenſo Christo ejusque regno inutilia reddiderit, ego tamen coram vobis teſtibus affe- rare*

rare ausim, quod nihil plane corruperit sibi, sed omnia ita paraverit atque instruxerit ad minimum usque, prout regnum Dei postulabat. Corruptio nihil aliud est, quam aliquus rei mutatio ex statu bono in malum. Ita status hominis integer erat à naturâ integrâ; corruptus verò est ex seductione ad peccatum. sollicitante. In quantum aliquid descivit à statu integro aut redintegrato, in tantum corruptum dicitur. Sic corrumpuntur homines, quando per seductionem ad errores fidei aut morum pertraisti, digniori conditioni fiunt inepti. Ita corrumpitur doctrina, quando mendacia intermiscentur veritati, & veritas per ea ex parte abnegatur. Ut jam in quæstione sit inter hunc Caussidicum & Judæos apostatas; num, quem rupem Ecclesiæ profitetur Moses, aliquid aut docuerit, aut fecerit, cuius interventu populum ita corruperit, aut à fide & moribus abduxerit, ut censeri debeat ad regnum cœlorum ingrediendum ineptus: atque sibi scopo suo inutilis?

*Fili ejus macula eorum.* Qui vertunt textum; non sunt filii ejus; macula eorum est. Illi duplíciter contra textus originalis impingunt accentuationem: primò quod particulam נ (quæ per accentum thebir cohæret cum enunciato antecedente, non vero cum בְנֵי) ex suâ sede turbent, & alieno loco intrudant: adeoque ex affirmativâ enunciatione faciunt negativam. Dein, quod per accentum conjunctivum proximè cohærentia à se invicem divellant: atque ex unâ enunciatione duas faciant: cohærent enim voces בְנֵי & מִצְמָמָת proximè per accentum conjunctivum sub voce priori. Proin verti debent *Fili ejus maculaeorum:* atque accipi, non eo sensu, quem LXX tradunt, quasi dicat Filios Dei mutatos in *maculam*: nam parum cohæret, ut filii Dei sint macula eorum, aut mutati in maculam eorum. Sed

sensus verborum est, quod qui nuper erant *macula eorum*, atque homines graviter peccantes, facti fuerint filii Dei, nempe per verbum vocationis & spiritum Christi regeniti; adeo ut purgati & emaculati jam facti sint pietatis exemplaria, à quo resipiscentes à peccato transierunt ad pium vitæ genus. Ita filii Christi, quos daret ipsi pater, forent in signa & portenta. Jes. 8.

Hæc sententia cohæret cum enunciatione antecedenti per modum argumenti, probantis illam rupem *nihilum sibi corrupisse*: cum contra potius homines per peccata & vitia seculi corruptos & contaminatos restaurarit, & imagini Dei conformes reddiderit. Quod qui facit, ille nihil sibi corrupisse, sed correxisse multos & regno cœlorum adaptasse censendus est.

*Generatio perversa & tortuosa.* Concipi hæc possunt ellipsis relativa רָשָׁנָה postulare; *macula eorum, qui sunt perversa & tortuosa generatio*, vel tanquam cum animi abreptione & stupore quodam dicta; quo in casu abrupta dicuntur: ut accusatio sit coram testibus cum singulari quādam indignatione facta. Hostes itaque rupis nostræ, perfectionem viarum ejus abnegantes & eam corruptio-  
nem arguentes, hic concipiuntur tanquam pars Israëlis, à spirituali populo sejuncta, cuius zelotæ, licet sese jactent Abrahami esse filios, filii hic audiunt degeneres; seu quod idem *generatio perversa & tortuosa*. שָׂרֵךְ רֹזֶן est *generatio*, quæ ab integritate patrum recessit: ita enim vox שָׂרֵךְ communiter opponitur רֹזֶן חַמִּין: quare notatur in his pessima *hypocrisis*, dum qui à sententiâ & fide patrum recesserunt in totum, ad-  
huc videri volunt Abrahami filii.

*Tortuosa*, Hebr. פַתְלַתְלָה. Vox luctæ & luctan-  
tibus propria, indicans flexus illos membrorum distor-  
tos,

tos, quibus pugil adversarium implicare & labefactare studet. Notantur itaque ab actionibus fraudulentis simul ac violentis, quibus rupem salutis ejusque filios circumvenire ac supplantare cogitabant: se in omnes formas vertendo, ut quod verum & rectum est, atque ad introductionem regni cœlorum faciebat, exclu-dant.

Vers. 6. *Hoccine rependitis Iehovæ?* Incipit ab hoc versu actus secundus, cuius sermo est increpatiorius, atque Mosen repræsentat per apostrophen ad populum degenerem caussam rupis agentem. Notandum *He* majusculum in **הַלְלוּ יְהוָה** ad acuendam admiratio-nem & indignationem spectare. Accusatio criminatio-nis caputreatus facit turpissimam ingratitudinem, quæ est

pessimæ retributionis. **לֹא נִתְּנֵן** Retribuere notat, propriè est bene vel male merentia paria vel contraria reddere. *Psal. 7:5.* & hic, certo quodam opere acceptis responde-re beneficiis. Horum beneficiorum auctor *Iehovah*, qui hic est *rupes*, Angelus faciei, metator & olim dux populi, qui jam ut medicus eos sanaverat in populo, quos viderant & spectaverant ut *maculam gentis*. Particula **מִתְּנִזְנֵן** indicat *fatum*, quo pessimè retributum fuit Deo, ut retributio eorum plane videatur non re-spondere beneficiis acceptis, quæ maxima fuere, & ab authore maximo, qui ab iis retulit pessima: atque re-spicit enim actionem scelestam, quam indigitat ut præsentem: concipiuntur autem rupem salutis corruptionis damnasse, & ut flagitosum ad pænam rapuisse, filiosque ejus à se propulsasse, & abhinc apertam moliri regni Christi oppugnationem: jam vero ut corrut-porem damnare & supplicio tradere, qui corruptos vo-caverat ad resipiscientiam, atque mediante regenerationis gratiâ in filios Dei inculpatos & intaminatos trans-

fornaverat ; hoc erat pessimè referre Jehovæ , populum visitanti in carne. *Interrogatio* , facit ad majorem convictionem , dum extrema inter se collata , hinc maximi auctoris summa beneficia , illinc gravissimæ injuriæ benefactori illatæ , statim ἀλογίαν molimum & factorum ad omnium conscientiam manifestant : ut non sint semet excusando , qui tale quid faciunt. *Interrogatio* talis conscientiam cogit ad responsum : quā eo utitur consilio , ut detestandæ ingratitudinis confessio-  
nem eis extorqueat. Præterea etiam conjunctam ha-  
bet detestationem. *Jer. 2: 11-13.*

*Popule stulte.* וְעַם נָבָל Vox *Nabal* quandoquidem *cadaver* seu corpus mortuum significat : quandoquidem *stultum* , ut in historiā *Nabalis* i *Sam. 25: 26.* Paulo redditur ἀσύνετος *Rom. 10: 19.* Radix verbo *procidendi* redditur , diciturque de foliis ex marcore prolabentibus. *Jes. 40: 8.* Ita homo nullâ ratione utens censetur vitâ & vita vigore destitutus. Ita in rebus spiritualibus peccator *stultus est* , in peccatis mortuus , nihil agens ex rectâ ratione ; imò multis modis adversus rationis dictamen insurgens. Dixerat Deus *Deut. 4: 6.* legem huic populo datam fore illis sapientiæ fontem. Nunc cum *stultum* vocat *populum* , indicat hos insanientes per ignorantiam eloquiorum Dei longè recessisse à fine legis , & ejus intellectu spirituali ; undē populus ille flagitosus factus , contra omnem æquitatem statuens de rupe ecclesiæ.

*Et non Sapiens.* וְלֹא חֲכָם quasi dicat , aut saltem non sapiens. Id est. Non tenens aut perpendens , quid optimum & tibi salutare foret ; dum oblivioni tradidit , quæ de spirituali hominis redemptione erant cognoscenda , deque personâ redemptoris erant retinenda , quo eum adventantem cognoscant , atque pro-  
meri-

merito excipient. Nota istam Judaicæ gentis ætatent, quæ tandem cum Republicâ suâ excidium pateretur, in prophetiis depingi, ut gentem stultam & insipientem. *Jes. 29: 14. Jer. 8: 9.* Dein animadverte non tantum insipientis esse, sed & ultimæ stoliditatis, largissimo beneficiorum, maximè salutarium, fonti gravissimas rependere injurias: & sic potentissimum dominum ad vindictam provocare actionibus scelestis, festinanter & absque justâ persensione perpetratis.

*Nonne iste est pater tuus?* Aggravat ingratitudinis crimen ex dignitate objecti contra quod peccabant: dulcissimum est patris nomen, atque præ pluribus validissimum ad filium in officio continendum. Hanc relationem induit Deus & jure creationis. *Jes. 64: 8. Mal. 2: 10.* & jure adoptionis externæ. *Jes. 1: 2. col. Exod. 4: 22. Rom. 9: 4.* Verum etiam inter titulos Christi est, qui vocatur pater æternitatis. *Jes. 9: 6.* Jam verò istius paternitatis nullam habere rationem crimen grave est. *Jes. 1: 2. Mal. 1: 6.*

*Qui mercatus est te:* vel potius in præsenti, qui te mercatur. Verbum נָגַד notat acquisitionem in peculium & propriam possessionem, sive per generationem *Gen. 4: 1.* sive per redemptionem soluto pretio. *Gen. 25: 10. 33: 19. 47: 19. Exod. 21: 2. Lev. 22: 11. 25: 14.* indè hoc nomine gaudent mercatores, & iusto titulo possessores. *Gen. 14: 22. Deum excelsum possessorem cœli & terræ.* Ubi etiam est participium נָגַד, ut hic. Hoç dicitur hic loci ratione electorum in populo; concipiturque Jehovah eo ipso tempore, quo ut corruptor damnatus ad supplicium trahebatur, egisse mercatorem populi, qui sibi justam & legitimam acquirebat possessionem, in cuius medio regere vellet,

omnemque gratiam suam inter suos dispensare. Nec tamen putandum est per hanc interpretationem gratiae universalis patronis argumentum suppeditari, quo probent Christum etiam pro perituris solvisse pretium sanguinis sui: quoniam locutio est Synecdochica, quæ de populo affirmat, quæ tantum populi parti electæ conveniunt, quæque singularem amoris notam erga eum cum populum connotant.

*Ipse fecit te. Ipse*, mercator tui, fecit, id est perfecit te: quod non quadrat omnibus & singulis, sed verificatur in iis, quos sanctificaverat, & emaculando per spiritum regenerationis fecerat filios, imaginis suæ conformes. Quos mercatus erat, hos perfecit: idque pro singulari suo amore erga populum hunc. Verbum נָשַׁע ita facere significat, ut rem absolvias, atque ita perficere opus.

*Et instruxit te, aut concinnavit te.* נִיחַל signifies in pihel firmare, sed in hiphil concinnare: nihilominus multa sunt, quæ iisdem rebus sustinentur firmanturque, quibus concinnantur; quo in casu illa distinctio minus observatur. Hic populus quoad vocatos in unum corpus fuit concinne coagentatus, & ita in rupe confirmatus, quatenus donis N. T. instructus ornatis, in novum populum per communionem inter se & cum rupe coagentatus fuit. Talium auctorem ut corruptorem populi spernere & damnando rejicere erat pessima retributio.

Vers. 7. *Memento dierum seculi.* עֲוֹלָם quandoquidem mundum significat: Sæpius tempus. Quando ad temporis significationem adhibetur, ut hic loci, vi etymæ tempus designat, cuius terminus occultus est:

radix עַל enim notat occultum esse. Sive occultum sit illud tempus quoad ejus durationem propter infinitatem

tatem , seu termini carentiam , uti obtinet in æternitate , sive propter durationem indefinitam , quando terminus latet . Hic ☧ notat seculum prius terminandum cum republicā Judaicā , quod sub lege fluxit , & nunc concipitur ad ultimum dierum pervenisse , atque haud longè à fine istius rei abesse , cuius duratio illud seculum mensurat . Supponitur hos rupis nostræ adversarios hunc benefactorem populi ex factis suis cognovisse , sicuti factupi oportebat : jubet igitur hic caussidicus , ut priora tempora , seu dies istius seculi jam diu elapsos in memoriam revocent , atque ex gestis istorum temporum teneant hunc ipsum eundem esse , qui ipsos in hereditatem primi testamenti , terram inquam promissionis introduxerat . Quod si enim fuissent memores angelī metatoris , qui idem & fæderis est , non quoque fuissent ignari , hunc cundem esse Jehovam , quem adventantem in carne sub finem istius seculi , populumque suum visitantem exspectarant patres .

*Considerate annos ætatis & ætatis.* Id est gesta non unius ætatis . Notat inconsiderantiae vitium in progenie perversa : præsertim in eo , quod ætatem cum ætate non conferant : ætatem primam & suam ; atque utriusque gesta in annis : quoniam prima redemptio ex Ægypto cum ultimâ Christi magnam haberet analogiam , modo per umbram vellent cognoscere corpus .

*Roga patrem tuum.* Quidam hic singularem accipiunt pro plurali , ut sit provocatio ad patres anteriores : nec male , quia Abraham , Isaäc & Jacob eos crudire poterant in descriptione Mosaicâ . Nihilominus emphasis videri posset etiam in hoc singulari , ut pater populi notet Abrahamum , primum parentem , ad quem remittuntur posteri , quem Deus declaraverat patrem multarum gentium ; cuique spem fecerat seminis , quod hæredi-

reditaret eam terram. Ille nempe primus fuit, cui Deus consilium suum de separando sibi ex posteris ejus populo aperuerat, atque terminos hæreditatis quasi in testamento quodam particulari definitos notificarat; ut in illo primo parente populi hujus fuerit radix & auspicium.

*Et indicabit tibi*, ille pater tuus per ea, quæ de eo, à Mose conscripta sunt: nempe, quod *Jehovah*, quocum illi res fuit, quique variis in apparitionibus cum eo egit de utroque testamento, fuerit *Angelus fæderis*, qui promisit Abrahamo se ei fore in *Deum*, seque proin aliquando præberet redemptorem populi: quod de Deo Abrahami etiam professus fuit Jacob *Gen. 48: 15. 16.* *Ubi Deum, coram quo ambulaverant patres ejus Abraham & Isaac.* . appellat רַע מֶלֶךְ דָנָאֵל Angelum, qui esset assertor meus ex omni malo, atque describit, ut omissis benedictionis fontem ac originem.

*Seniores tuos.* Respicit illos legatos populi, quos Moses ex jussu Dei secum assumpsit, ut gloriam Dei conspicerent, quandò foedus inter Deum & populum erat ratificatum. *Exod. 24: 9. 10.*

*Et dicent tibi:* scilicet ut Angelus faciei in populo habitaverit, atque sub foedere solenniter ratificato θεο-κρατικών suscepit: utque etiam fecerit adventus alicujus in carne ad populum hunc postmodum perficiendum & concinnandum præludium.

Nota hic, ut Moses historiam anteriorum dierum jubeat cognoscere ex testibus domesticis haud suspectæ & sublestæ fidei, quorum fidem in dubium vocare non licuit. Dein observa omnem præconii hujus intentionem eo vergere, ut populus in extremo dierum arguatur rebus apostolice à fide patrum; quo electi & ad fidem reducen-

cui Deus  
us populo  
in celta-  
ut in il-  
spicium.  
z de eo,  
b, quo-  
us cum  
faderu-  
ne proin  
de Deo  
5. 16.  
jus A-  
לְאַת  
atque  
origi-  
nos  
n Dei  
ulm  
pulo  
dece  
ujus  
n &  
ju-  
e &  
li-  
em  
ur  
re-  
p:  
ducendi discant per illam convictionem redire ad cor & sententiam patrum. Conf. Mal. 4: 6.

Verl. 8. Incipit hic responsum cum patris tum seniorum, quod Moses hic sub eorum nomine adornatum inserit: & ut continens argumentum rerum indicandarum & dicendarum commodè apponit.

*Cum hæreditatem distribueret Altissimus gentibus.* Responsum, ad solutionem dubii comparatum, hic provocat ad anteriora tempora: scilicet ad tempora divisionis gentium, ædificationem turris Babylonicae proximè secuta; quando ex posteris Noächi per universum terrarum orbem divisæ sunt ac proseminalæ sapilæ, & cum confusione linguarum fuerunt separatae atque dispersæ. Monet vero *Altissimum* pro jure suo supremo ex libertimo suo arbitrio & plenâ potestate singulis gentibus præscriptos terrarum terminos ac fines designasse, atque ad definitas regiones colonos quasi misisse: quod suâ fecit providentiâ, in definitione habitaculorum & ditionum à singulis occupatarum agnoscendâ & exosculandâ.

*Cum divideret filios Adami,* scilicet ex diluvio superstites. *Divisio gentium*, à confusione linguarum nata, hic Deo tribuitur, qui eam confusionem immittendo simul gentibus cogitationem de terrâ dividendâ suggestit, atque ad eam promovendam adegit: unde huc usque cohabitantes abhinc à se invicem secesserunt.

*Statuit terminos populorum*, id est, tribuum & familiarum, sub propriis ducibus sedes querentium. Intellige præsertim gentes Cananæorum, quæ terram promissionis primæ occupaverant: & ita inter se divisionem tenebant, ut singulæ suis includerentur finibus. Verum & hoc prædicatur à Deo statutum & definitum.

*Pro numero filiorum Israël.* LXX. Kata ἀριθμὸν ἑταῖρων.

לְמִסְפֵּר בְּנֵי יִשְׂרָאֵל. In Hebreo est **בְּנֵי אֱלֹהִים**. Forsan legerunt **בְּנֵי אֱלֹהִים** filiorum Dei, idque exposuerunt angelorum Dei: sicuti & angeli filii Dei audiunt. Job. 1. *Eugubinus* pronunciat locum apud LXX depravatum & mendosum. Verum contra ostenderunt alii Patres antiquissimos constanter lectionem istam τῶν LXX fuisse interpretatos. Clemens Alexandr. Stromat. libr. 6. *Origenes* Hom. 28. in Numeros, & quotquot secuti sunt. Nazianzenus orat. 2. Epiphanius Hær. 51. Chrysostomus Hom. 61. in Matth. Athanasius in libr. QQ. ad Antioch. 4. 2. Basilius libr. 3. contra Eunom. &c. Gregorius Papa Hom. 34. in Euang. his verbis mentem exponit. Quia superna illa civitas ex Angelis & hominibus constat; tanta illuc adscensura creditur multitudo hominum, quantos illic contigit electos Angelos remansisse: sicut scriptum est, statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei. Verum hæc expositio longè petita est, atque Cantici hujus scopo minimè consentanea: deserit quoque eam versio vulgata: & deserenda est propter constantem textus Hebraici lectionem. Hebrei exponunt de LXX nationibus ex posteritate Noächicâ oriundis, quod ex Gen. 10. colligunt; & comparant cum numero filiorum, qui cum Jacobo descenderunt in Ægyptum, qui etiam LXX numerantur Gen. 46: 27. Exod. 1: 5. Deut. 10: 22. Verum, neque hæc interpretatio respondet scopo, qui exigit, ut singulare beneficium contineant hæc verba; quale quid non invenias in eo, quod numerus filiorum Jacobi, qui Ægyptum ingressi sunt, respondeat numero gentium ex Noächo oriundarum. Omitto alias, versionem τῶν LXX sequentes, qui exponunt in hanc mentem: Deum in gentium divisione, tot gentes esse voluisse, quot Angelis Principatum

patum tenentibus essent numero pares : itaque singulis  
 populis singulos praefecisse Angelos : populum vero  
 suum non Angelico subjecisse muneri , verum ejus cu-  
 ram sibi reservasse. Sed falsum est Deum resignasse gu-  
 bernationem providentiae sue Angelis quoad gentes :  
 & Iudeos non gubernasse sub Angelorum custodiâ ,  
 quasi ministratorii illi spiritus populum Dei non cura-  
 sent. Quis docuit hos homines , adeò restrictum fuisse  
 Angelorum Principum numerum , ut numero dun-  
 taxat gentium primævæ illius divisionis ex æquo respon-  
 derent ? Germanus loci nostri sensus est ; Deum jam  
 tum in illâ primâ divisione benigne prospexit populo  
 suo ; illique designasse non modo opimum , feracissi-  
 mumque solum : verum etiam tantam tamque late pa-  
 tentem terræ regionem , quæ capiendo numero filiorum  
 Israël , ad summam multitudinem propagando ,  
 sufficeret. Interim verò , dum electus sibi populus na-  
 sceretur , & ad justam multitudinem ex cresceret , gen-  
 tes Cananæorum intra præfixos constituisse limites ; qui-  
 bus tanquam colonis terram , populo suo decretam ,  
 ad tempus elocavit : quos tamen , quando præstitutum  
 tempus adesset , populo suo locum cedere cogeret. Imo  
 subiunxit jam tum , cum Cananæi primi occuparent  
 terram , eam fere in easdem secasse partes , quæ postea  
 tribubus Israëlis responderent. Sic celebratur illa anti-  
 qua Dei cura super tribus Israëlis , quâ eorum ratio-  
 nem habuit diu antequam natæ fuerant : quod singula-  
 ris Dei gratiæ & benevolentiæ erat argumentum inter  
 Abrahami posteros : quâ in designanda terræ hæredi-  
 tandæ amplitudine , non tam colonorum , qui primo  
 tenebant , quam Israëlitarum , qui eam ex testamento  
 suo recipient , rationem habuit. Hoc beneficium com-  
 memorat Deus Ezech. 20: 6. ubi dicit se eam terram ,

fluentem latte & melle, quæ egregia erat inter omnes terras, providisse eis, id est, diu ante in ipsa terrarum distributione destinasse. Hic sermo cominode tribuitur Abrahamo & senioribus. Abrahamo inquam, qui à Deo vocatus, ut relictâ patriâ hanc terram ingredetur, ibi primos istos colonos invenerat: sed & oraculis Dei monitus edoctus fuit post tempus definitum posteritatem suam primis his colonis fuisse surrogandam: idque ex eo Dei consilio, quo Cananæos volebat severitatis suæ facere exemplum, & terram veri cultus sedem, Abrahami posteris (veritatis hæreditibus) tradendam. Commode itaque hæc ex Abrahami historiâ discere poterant Judæi. Ex senioribus etiam eadem facile erat addiscere, qui cum Mose foederis hujus ratificationem curaverant, Deumque à ratificatione istâ ad hanc tribuum in terram prædehinitam introductionem prouum & paratum conspexerant.

Vers. 9. Quoniam pars *Jehovæ populus ejus*. Est hic titulus posterorum Jacobi honorificus, quod audiunt populus *Jehovæ*: includit enim illa phrasis θεού πατέας, quā *Jehovah*, solus verus Deus, voluit regem agere inter illos (*Num. 23: 21.*) atque cum in finem hunc populum sibi devincire foedere illo Sinaitico. De hoc populo affirmatur à Senioribus, convenienter promissione Abrahamo factæ, quod sit pars *Jehovæ*.

**חֲלֵק יְהוָה.** Pars sive portio *Jehovæ* connotat distinctionem à reliquis gentibus, quatenus illæ concipiuntur, ut separatae, derelictæ, & desertæ à Deo, qui eas dimisit, atque sivit ire in viis suis. Provocatur proin hic loci ad electionem Dei, quæ fuit fundamentum voluntatis de posteritate Abrahami (*ex Isaaco & Jacobo oriundâ*) separandâ à gentibus, atque conservandâ in terra

rā propriā ad liberum veri cultus exercitium. Sic rejectis gentibus *hic populus est portio Jehovae*, quam sibi afferuit in peculium. Conf. Exod. 19: 5. 6. Deut. 7: 6. 10: 14. 15. 14: 2. 26: 18. 19. Psal. 135: 4. Hinc profitetur Bileam. Num. 23: 9. *Ecce, hic populus habitabit solus, atque inter gentes non recensabitur.* Redditur hoc effato causa, cur illis tam benignè providerit Deus; quia videlicet Jacob est populus Iesu peculiaris, quem eligendo præ ceteris amavit, atque ut suum peculium speciali modo sibi regendum sub administratione gratiæ suæ assumpsit.

*Jacob funiculus hæreditatis ejus.* *Funiculus hæreditatis* dicitur *Jacob* (id est populus Israëliticus, Jacob cum posteris suis) metaphorice, phrasē ab agricultoribus mutuatā, qui debitas terræ portiones funiculis metiri solebant. Sic terra promissionis funiculis primò fuit dimensa, & in partes duodecim pro ratione uitatudinis divisa: deinde spatia illa, limitibus jam terminata suis, sortito inter tribus xii sunt distributa. Psal. 8: 54. 55. conf. 2 Sam. 8: 2. LXX. σχοῖνος πληρωμας ἀντε. Id, quod ad justam hæreditatis portionem obtinendam funibus dimensum, atque suis terminis definitum fuit. Σχοῖνος juncum & funem ex juncis illustribus nexum notat, ut tradit *Plinius* libr. 12. cap.

Mensura Ægyptiaca & Persica erat. *Schoenus* dux fuit, major Ægyptiorum continens duas parasangas persicas, seu 60 stadia Attica, auctore *Etymologica* manu, *Herodoto & Strabone*. Minor Ægyptiorum & abyloniorum ex rationibus *Eratosthenis & Theophanis* continebat 40 stadia, seu 5 millaria Italica, docente *os Plinio* libr. 12. cap. 13. Variabant enim schoeni per Ægyptum, Geometriæ matrem, jam à multis seculis, fide Strabonis Metatoris. *Schænus* autem vocatur

batur illa mensura; quia funiculis metiebatur: ut Judæi illam mensurandi rationem videantur ab Aegyptiis mutuasse: qui ob Nili inundationes, terrarum limites sepe confundentes, cogebantur etiam sibi terminos per funicularum dimensiones restituere: ab iis enim per Seſſerim etiam Geometriæ artes ad Græcos transiſſe dicimus ex Herodoto in Euterpe.

Nota porrò *Jehovam* hic concipi ut hæredem, cui hic populus ex testamento quodam cederet in peculium: qui character in Deitate soli filio competit, quippe cui pater in æterno decreto, quasi per testamentum, dedit Jacobum ducendum, atque *funiculum*, id est mensuratum portionem, quam hæreditariò possideret juxta voluntatem patris acceptandum. Eadem phrasis Christo tribuitur respectu populi electi N. T. *Pſal. 16: 5.*  
*6.* Ex hoc principio facilè deducitur, quanti sit facienda illa cura, qua prospexit Israëli terram promissionis: quippe quæ hunc populum curare voluit ut *hæreditatem suam*, in quâ semet vellet multimodis beneficiis gratiæ glorificare.

Vers. 10. *Inventurus ipsum in terrâ deserti.* Difficultatem hic parit, quod in textu Hebraico, que sequuntur à vers. 10. ad vers. 13. omnia exprimantur verbis futuri temporis, cum tamen respectu scenæ res enunciatae concipi debeant ut præteritæ. Verum, non attendunt interpres hæc tribui Abraham & senioribus, ante harum rerum eventum viventibus, & connecti cum sermone consilium Dei exponente, quod observavit Deus in divisione populi: proin hæc effata sequentia explicant consilium Dei, quod jam tum sibi habebat propositum Filius Dei, futurus dux populi; nempe cum ita distribuisse terras inter gentes, ut dandam postmodum Jacobi posteris portionem, ad tempus

pus dederit Cananæis, pessimis hominibus, postmodum justè exterminandis; atque in animo habuisse singulari modo occurrenti Israëlitis in deserto, ubi ducatum illum suscipiat, ut eos Cananæorum loco substituat, atque in populum singularem confirmet. Futura in è connexione efficiunt, ut collatis cum eis præteritis teneant omnia illa evenisse populo huic ex singulari Dei consilio, & juxta prædictiones jam ante notificatas; quælia probant solum hunc verum Deum fuisse populi Israëlitici ducem & protectorem, qui omnia agit juxta consilium voluntatis suæ, mundumque regit pro suo arbitrio, terrarum orbem distribuens uti vult. *Inveniendi* verbum hic occursum notat, & studium illis superveniendi in statu misero & periculoso potenti suo auxilio. Alii amen, ut *Onkelos* & LXX verbum נֶגֶד accipiunt sub significatu sufficientis suppeditationis omnium necessitatum, quo sensu verbum hoc usurpatur *Num. 11: 22.* *Jos. 17: 16.* *Jud. 21: 14.* Atque ita significaret miraculosam populi sustentationem in deserto. Potior tamen videtur sensus prior; ad cujus illustrationem cor. *Deut. 33: 2.* *Hab. 3: 3.* Locum, hoc Ducis aulium postulantem (ne aberrent, aut lædantur & mirè percant) vocat textus *terram deserti*, id est, iungit, atque hominibus alendis ineptam; ubi, si convervarentur, cœlitus cibum victumque recipere debeant.

*Et in vasto ejuslabilis solitudinis.* תְהִלָּה notat rem inconditam, cuius defectus in eo spectatur, quod nihil lineam architecti habeat complanatum: ut terra תְהִלָּה, ubi pedem figere non queas propter multa impedimenta non ablata aut solo æquata. יְשֻׁמָּן à radice שָׁמֵן extat *Ezech. 6: 6,* desolatum quid notat. Vocatur desertum Arabiæ, in quo oberratunt Israëlitæ, solitu-

*lititudinem ejulabilem*, ab ejulatu ferarum non nisi luctuosis ferarum clamoribus resonantem, quibus undique circumstreperebat regio horrida. Sic notatur & aliud periculum, à ferarum infidianum & in latebris se occultantium laniatu, quod pecori & hominibus imminere similibus in locis solet.

*Circuendabit.* Verbum סָבֵב non significat *circumducere*, sed *circuire*, ut *Psal. 26: 6.* Describit autem curam filii Dei, cingentis populum valli & muri instar, ut peculium suum ab hostibus & feris animantibus defendat, atque ab omnibus injuriis invenientis cutum faciat: ipse futurus iis fortalitium & murus. *Zach. 2: 5.*

*Erudiet*, seu *prudentem faciet*. Ita post potentem circumvallationem notatur alterum beneficium, quod Dei filius, hæres populi, Israëlitis facere in animo haberet, atque præstaret, à quo hunc populum invenisset in deserto: scilicet dationem discipline legis, quâ hunc sapientem ac prudentem redderet, cum omnibus ad cultum Dei necessariis instruendo, atque sic à gentibus omnibus, in erroribus harentibus, atque idolatriæ studiosis, distinguendo: prout etiam traditâ sanctissimâ lege Israëlitis viam ad coelestem patriam ducentem, atque rationem ad benè beateque vivendum indicantem commonstravit. Quod beneficium celebratur. *Psal. 147: 19. 20.*

*Servabit instar pupillæ oculorum.* Symbolum pupillæ oculorum explicat rem carissimam, quæ maximè homini curæ & cordi esse solet. Vide *Psal. 17: 8. Zach. 2: 8.* Ut itaque solertissimam describeret tutandi, atque defendendi curam, appositâ comparatione usus est rei unicè atque eximiè dilectæ, videlicet *pupillæ oculorum*, quam ab ipsâ naturâ palpebrarum propugnaculo

culo septam , & superciliorum munimento vallatam nos etiam summâ custodiâ tuemur. Deus decreverat , ut nullo casu iste populus interiret , aut non perseveraret : mò ut nemo impunè eum læderet , aut lædere conare- ur. Hinc Pharaoni oppressisse cum multo stetit san- guine.

Vers. 11. *Instar aquilæ , quæ excitat (aut excita- pit) pullitem suam.* Hebr *nidum suum* ; sed hoc metonymice ponitur pro pullitie. Futurum יְלִי ver- sum in præsenti , ut confuetudinem aquilæ exponens , & morem : quasi dicat , sicut aquila , quæ solet exci- tare fœtum , ne ab aliis avibus rapacibus incauta pullities apiatitur , aut lædatur. *Nidus* designat tenerrimos pullos ; quales recens exclusi , qui etiam somnolenti sunt & torpentes ; quos aquila excitat clamore , ut se atrem ab aliis avibus dignoscant , & se ad ejus nutum conponant. *Rudis populus* foret , recens ex Ægypto ductus : quem Deus ex somnolentiâ naturali voce suâ excitat debuit si salvum vellet , & de voluntate suâ mo- re , quomodo ipsos deceat componere , ne rapaci in- diatori præda fiant.

*Super pullos suos motum facit.* Sic vertimus verbum יְלִי in pihel , per motum facere aliquem : solent enim aves hoc atque illuc volitando , quando super pullos feruntur , concitatos facere motus , quibus eos periculo moneant ; undè vigiles redduntur , ut causa sua extollant , ne tam facile abripi possint.

*Expansas alas suas , cum excipiet eum.* Hic trans- tur metaphorâ ab aquilâ ad Deum : qui ipse concipi singulari consilio voluisse gestare populum potentia- m. *Alæ aquilinæ* sunt symbolum potentiae divinæ , as concipit expansas , quandò sponte porrigit , atque fert potentiam suam , ut ad auxilium promptam & pa- ratam ,

*Portabit eum super alam suam. Portare notat actuale potentiae suae auxilium , quo suos evexit supra hostium contactum. Eadem similitudine usus est Deus. Exod. 19: 4. Deut. 1: 31. Portasse Israelem dicitur ut homo portat parvulum suum. Tribuitur ea portatio Angelo foederis. Jes. 63: 9.*

Vers. 12. *Jehovah solus ducet eum , & non erit cum eo Deus alienus.* Verbum נָסַע ducere & deducere significans tribuitur pastori gregem ducenti. *Psal. 77: 21. 78: 52. 80: 2.* Hoc consilium præststit, quando 1.) castra præcedens populo viam commonstrabat in columnâ nubis interdiu & ignis noctu. *Exod. 13: 21. 15: 13.* 2.) Ex tabernaculo imperabat , & signabat , quando pergendum , & quando subsistendum esset. *Num. 9: 18.* 3.) Antecedens castra , quæ in via occurrabant obstacula removebat. *Psal. 80: 9.* Hic duetus & ducatus tribuitur *Jehovæ soli* : qui alibi tribuitur *Angelo faciei.* *Exod. 23: 20. 33: 2.* *Num. 20: 16.* *Jes. 63: 9.* unde iste Angelus Judæis Doctoribus appellatur מֶלֶךְ מִתְרֹן Angelus Metator : quæ phrasis dicit *Legatum ad castrametationes* , cuius arbitrio nunc erat subsistendum , alias in itinere pergendum. Hæc conciliari non possunt , nisi ille Angelus ponatur fuisse ipse filius Dei , à Patre in hunc finem legatus , qui etiam cum Patre est *Jehovah verus Deus.* Hinc ille Angelus sèpius de se loquens , semet nominat *Jehovam.* Conf. *Exod. 3: 2. 14.* cum *Aet. 7: 31.* & *Exod. 19: 18. 20: 2.* cum *Aet. 7: 38.* atque ratio adducitur , *Exod. 23: 21.* quia nomen Dei est in medio ipsius. Monet ergo Metatorem populi fuisse *Jehovam* , atque cum respiciendum esse , ut qui aliquando populum in carne visitaret atque redimeret , pro antiquo illo

lo amore , quem tot speciminibus jam cum initio populi probaverat. Conf. Mal. 3; 1. 2.

Negatur quoque eum usurum ope *alieni Dei* , quem vellet assumere. *Deus alienus est* , aut potius dicitur , qui ab aliis gentibus peregrinis colitur tanquam Deus , et idea Deitatis ei non conveniat , ac proin falso ap-

licetur. Propriè *אל נבר* est peregrinus *Deus potens*. Negat se aliunde vocaturum potentem , qui ei sit in glorioso illo opere ab auxiliis , quippe qui ipse futurus esset

*אל שׁם* *Deus potentia sufficiens* , seu inexhausti valoris.

Vers. 13. Faciet te superinsidere super celsa terræ . ut potius equitare seu vehi. Verbum **רְכֻבָּה** notat e-  
uitare , vehi curru seu equo. In Hiphil habet transi-  
vam significationem (Psal. 66: 12.) , notatque effi-  
re , ut quis ita currui aut equo super-insidens veha-  
r. Conf. quoad phrasin. Deut. 33: 29. Jes. 58:

Significant celsa terræ præalta ejus munimenta , quibus superinsident , qui illa terræ claustra & muni-  
menta non solum tenent , sed & cum imperio , dum  
eques equo insidens frenum tenet , atque gubernat ,  
quoque pro iussu iis utuntur. Nisi quis malit allu-  
nem fieri ad morem victorum triumphos agentium ,  
in genti comitatu & acclamatione ovantes urbem quan-  
tum curru vecti aut equo ingrediuntur , & tunc verte pro-  
r celsa terræ . Gen. 41: 43. & Esth. 6: 11 , inter maxi-  
mos certetur honores , si quis currui aut equo imposi-  
tus cum pompa vehatur. Ita respiciat locus , effectu-  
m hunc Ducein , ut insignes reportent Israëlitæ à Ca-  
naëis victorias , quibus terram occupent , donec om-  
nia teneant terræ munimenta , atque adeo omne impe-  
rium , & omnem potestatem in eâ exerceant. Imo ut  
triumphos agant magnificentissimè : devictis enim , de-  
letif-

letisque hostibus , eos tanquam curru aut equo vectos , ovantes atque triumphantes propter celsa subjugata deduceret Dux exercitus per illam terram . Sic belli successus huic duci tribuitur . Conf. Ios. 5: 14.

*Ut edat proventus agri.* Intellige omnes arorum fruges & fructus : idque cum singulari quiete jure victorum , qui jure belli facti sint legitimi terre devictæ possessores . *Vau nobis hic est vau consecutivum.* Omnis illa victoria & acquisita potestas populo in hunc usum tenderet , ut illi tuto serere liceret & metere , jure peculii , absque hostium subactorum metu . Commendatur terra à copioso proventu & multivario , unde plura le *תְּנוּכָה* hic adhibetur . Conf. Deut. 3: 25. 8: 7.. 10. Nec non à securitate ob'celsa ejus , ut liceat ibi agros colere , & messem sperare .

*Sugatque mel ex petrâ.* Nota hic mel ex petrâ & confer Psal. 81: 17. Terra dicitur fluere melle . Exod. 3: 8. Num. 16: 14. Ios. 5: 6. Facit hoc ad commendationem terræ , undè ab hoc etiam laudatur Agyptus Num. 16: 13. Solent apes mellificare in quibuscunque cavitatibus : atque ita ponuntur etiam hic facere in scissuris petrarum , ex quibus mella eruunt coloni ; & sugere mella dicuntur ex petrâ , quando ea sicut ex favis , è petrâ erutis . Ita invenit Jonathan in viâ deserti mellis effluviem . 1 Sam. 14: 25. 26. 27. & Simson favos mellis in extis occisi leonis . Iud. 14: 8. 9. Ita concipitur quoquè idem ille dux futurus auctor omnis benedictionis , qui singulari suā providentiā curaret , ut ne quidem petræ aridae illis essent inutiles , verum & mella funderent . Ovid. Metamorph. 1.

*Flumina jam laetis , jam flumna nectaris ibant.  
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.*

Quod

Quod si tamen quis velit potius ut proverbialiter dictum excipere hoc enunciatum? per nos licet. Atque tunc *mellis* nomine mellitos suavissimosque fructus intellige, veluti *melimela*: redundant enim Judææ montes palmis, ficubus, vitibus, & ejusmodi stirpibus, fructus dulcissimos proferentibus. Hæc explicatio videatur confirmari loco Num. 13: 28. ubi exploratores à lustratione terræ redeuntes atque palmitem cum uvis suis reportantes, ajunt Mosi; *venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ revera fluit laete & melle, ut ex his fructibus cognosci potest.* Vide ut ex mellitis fructibus, quos terra proferebat, atque præsertim ex uvis, probent eam laete & melle fluere.

**Atque oleum ex duro rupis.** Phrasis צור notat durissimum (aut silicem) rupis. Conf. Deut. 8: 15. Psal. 114: 8. Job. 28: 9. Ies. 50: 7. Oleum est pinguis ille succus, ex olearum baccis expressus, quæ in torcular injectæ, & calcatæ (Ioël. 2: 34. Mich. 6: 15.) pinguedinem exsudant. Hæc collecta oleum dicitur, gratissimum ciborum condimentum. Ezech. 16: 13. Solebant enim Veteres ex simili oleo & melle panes coquere, seu placentas gratissimi saporis: de quibus *Athenaeus* videndus est. Cæterum etiam unctionibus veterum, cum ad luxum, tum ad pollinctorum, aut usum medicum spectantibus, nec non *Lucernis*, ad illuminationem ardentibus, impendebar quæ maximè. Hinc oleum, tanquam peculiare donum Dei prædicatur. Deut. 7: 13. 11: 44. Jer. 31: 12. Hos. 2: 22. Quandò hoc oleum ex durissimo rupis derivat, culturam olearum in Palestina respicit: ubi hoc arborum genus etiam in solo petroso feliciter excrescit, paucâ terrâ contentum, modo radices suas rupium fissuris hinc indè inserere queant. Hinc cele-

celebratur in sacris mons oliveti , in quo Bellonio teste etiam nunc oleæ (quæ multum olei reddunt ) frequenter excrescunt. Job in Urtzide celebrat petras olei rivos effundentes. Job. 29: 6. Inter proprias Judæorum merces oleum censetur. Ezech. 27: 17. Hinc Salomon quotannis Hiramo Tyriorum Regi viginti coros olei purissimi dare potuit. 1 Reg. 5: 11. 2. Chron. 2: 10. cumque corus Hebræorum continere dicitur 1080 libras Romanas , quotannis evectæ sunt 2160 libræ olei , & quidem purissimi , quod latini vocabant prime pressuræ , quoniam longè melioris saporis est , quod minore vi præli , quasi lixivium defluxerit. Ut author est Columella 20: 50. NB. Forte mella & oleum hic combinantur , quia cum similâ miscentur , ut pinguem faciant panem , delicias Regum. Gen. 49: 20. Commendat sanè hoc terram illam , quam illis prospexit Angelus Metator , quod rupeſ ipsæ non fuerint inutiles , sed præter mella oleum fundebant : id est , oleas magnâ alerent copiâ , quorum baccaæ oleum suppeditabant ex olivis exprimendum. Tanta videlicet erat terræ feracitas , ut vel ipsa montosa & aspera saxata , coelesti rore ubertim irrigata , hos suavissimos proferrent fructus. Tantaque erat Dei fœderati cum hoc populo munificentia supra hanc terram , ut eam suis benedictionibus tam clementer respiceret. Conf. Psal. 81: 17.

Vers. 14. Notandum Mosen post insertum patrum responsum ad suum redire sermonem , atque enarratum Dei consilium jam applicare populo præsenti ( id est in fine istius seculi superstiti ) qui gratioli istius consilii eventum à multis seculis jam viderat & gustaverat , atque terræ istius feracissimæ proventu etiam num fruebatur , quod patet ex alloquio in secundâ personâ & tempore

ore præsentis : demonstratum enim est , Molens repræsentari , quasi ex mortuis redivivum , propè finem Reipublicæ populum in hunc modum arguentem.

*Butyrum armenti & lac ovium* , scilicet vobis adest opiose , & insigni suppeditatur affluentia . Talia supeditant viva animalia , *armenta* nimirum butyrum , *ovis* lacticinia : qui fructus ab agris & collibus paucis etiam legebantur : quod quoque testimonium est regionis fertilioris . *Jes. 7:21. 22.* Nota porrò term istam sic quoquè commendari ut *fluentem latte*.

*Cum adipe agnorum & ducum* ( seu *arietum inter oves*) *Basanaeorum* , & *hircorum*. Ita indicat carnes anguissimas. Non quod adipem comederint , id enim age vetitum erat *Lev. 3:16. 17.* Verum quod signant pecorum pinguium , & benè saginatorum , quæ magis gregibus alebantur , ut *Nabal* fecit . *1 Sam. 25:2.*

*Absalom 2 Sam. 13:23.* Omitto Patriarchas vitam storitiam in hac terrâ jam ante agentes , eò quod terra ista nodum pascua esset. Sanè magnam partem opum eius incolæ sibi in armentis & gregibus collocabant , ut ne cibis quidem dedecori esset istas pecudes alere. *Noarietes* vocari בָנֵי בָשָׂר filios Basan : quia regia illa primis pascuis uberrimis abundans , pastionis bonitatem , alendis saginandisque pecoribus erat quam aptissimum.

*Conf. Psal. 22:13.*

*Cum adipe renum tritici.* Inter germina frumenta triticum reliquis præcellit : abundabat etiam Judæa in optimo , undè etiam commendatur , quando ter tritici audit *Deut. 8:8.* Hinc Tyrii mercatores eum hanc frumenti speciem indè avehebant olim . *Ez. 27:17.* Ejus bonitas celebratur cum *adeps tritici* tur , *Psal. 81:17. 147:14.* & hic *adeps renum tritici* , id est pinguedo mollissima , significando id quod optimo

optimum & selectissimum est , atque ex internis tritici visceribus eruitur. Intellige florem seu similam tritici pinguissinam , ex qua dulcissimi coquuntur panes.

*Et sanguinem uva bibis merum.* Ab esculentis transit ad potum : atque ejus quoque optimam recenset speciem , *vinum* : quod hic *uva sanguis* dicitur , quia uvarum succus est expressus , sanguinis in morem ex venis profluens , atque ibi terrarum rubicundus , sanguinem colore suo referens. Hinc vestes sanguine conpersae conferuntur cum vestimentis calcantium in tortulari , *Jes. 63: 2.* *Sanguis uva* quoque audit *vinum.* *Gen. 49: 11.* Conf. Ecclesiast. *50: 16.* & *I Macch. 6: 34.* Ne exteri scriptores quidem ab hoc dicendi modo alieni sunt : *Plinius* enim libr. *14: 5.* refert Philosophum quendam Alexandri M. intemperantiam coabiturus , ei dixisse : *vinum potatus,* *Rex, memento te bibere sanguinem terre.* Quando *merum* dicit , notatur vini affluentia ; ut aquâ temperare vinum Israelitis haud fuerit necesse , quoniam terra ista , incolis licet referta , omnibus quotannis sufficientem vi- ni depromebat copiam. Huc faciebat botri & acinorū magnitudo , quam vel sola ejus , quem in castra intulerunt exploratores , docere potest descriptio *Num. 13: 23.* quales majorem quoquè vini quantitatē continebant. Conf. *Cant. 8: 11.* Adde & frequenter vinearum in terrâ culturam. *Bibis,* Hebr. futurum sensu præsentis ; præsertim quando consuetudinem indicat , quasi dicat ; *bibere soles.* Secunda vero persona notat apostrophen Mosis , alloquium facientis ad terræ incolas , quos compellat hic sermo , ut spernentes rupem salutis. Mens sermonis Mosaici est ; ex collatione eventus rerum cum antiquo Dei proposito (de quo patrem Abrahamum & Seniores convenire poterant) demonstrare Dei constan-

tiam & beneficentiam , cuī hæc omnia debebant , ut ingratitudinem populi ultimi temporis exaggeraret , oblivioni tradentis benefactorem , atque tantum beneficium Amasis adscribentis. Conf. *Hos.* 2: 4. 7. Dein docere intendit eundem esse *Deum*, *Angelum fæderis*, qui eorum fuerat benefactor , cuius erat populum aliquandò visitare in carne , quem in istâ rerum affluentia inveniret , quando *Immanuel* natus ex virgine , in istâ terrâ ut suâ cum ipsis mel & butyrum comedederet ; quod signum temporis adventus Christi , non sine allusione ad hunc oculum , instauravit Propheta , *Jes.* 7: 15.

Vers. 15. *Et impinguatus est Jeschurun.* Notandum iterum , sermonem alloquii Israëlis in secundâ personâ mutari in sermonem tertiae personæ , & immisce- i verbis secundæ personæ : cuius mutationis rationem quærimus in singulari affectu loquentis ; qui passionem stuporis exprimere volens , nunc apostrophen facit ad te- ctes , quasi cum singulari animi indignatione cœlos ob- testans ? nunc rediens ad convictionem & accusationem populi. Præsens apostrophe igitur respondet proœmio ( ubi dixerat ; auribus percipite celi ) atque vultu qua- ab Israële ingrato averso , oculos ad cœlum attolit , oram coelitus , ut testibus , exponens hinc beneficii uictum perceptum , illinc peslimam retributionem redditam. Duplex van sibi mutuo respondet , & ele- anter latine reddideris , *ut impinguatus est Jeschurun* , a recalcitravit.

**J E S C H U R U N** (cónsentientibus omnibus Inter- cétibus) est nomen populi Israelitici , quo etiam Mo- s utitur in suis benedictionibus valedictoriis. *Dent.* 3: 5. 26. occurrit etiam *Ies.* 44: 2. LXX ὁ ἵγαπημένος. *Vulg.* *Dilectus.* Quomodo autem illud interpreta- entum ex voce יְשׁוּרֹן derivent , videant earum ver- sio-

sionum patroni. Quidam hic respici vocem רְשִׁים, quæ rectum significat, autumant: sed nostro judicio minus recte, quoniam hæc progenies notatur ut detorta & depravata. Alii rectius ad radicem רַוֵּשׁ (vidit) referunt; quia gens erat destinata ad videndum rerum prædictarum eventum, quæque Deum cerneret, populum aliquando visitantem in carne. Hic populus dicitur *impinguatus*, verbo נָבָשׁ. Id est, ex illâ soli pinguedine & uberrimâ omnium rerum affluentia; iis donis accumulatus & pinguefactus. LXX potius paraphrasin exhibitent. Επιον οἴνον καὶ ἐφρύγειαν Ιάνως, καὶ εὐελπίσθη. Bibit vinum & comedit Jacob, & repletus est. Pingues dicuntur, qui omni prosperitate gaudent, divitiis nempe, potentia & honoribus, nullius rei externæ indigi. Psal. 78: 31. Ies. 10: 16.

*Et recalcitravit.* Phrasis desumpta est ab equis & bobus lascivientibus, qui, quo plus pinguefiunt, eo lascivius recalcitrant, & quasi in ipsum Dominum ac benefactorem insurgunt. Hoc verbo utitur textus, ubi filii Eli accusantur. 1 Sam. 2: 29. atque significat pervicacissimum & maximè rebellem esse hunc populum & fuisse in Deum benefacientem, cumque protervè contemnere. Peccatum idem est, adversus quod præmoniti erant. Deut. 8: 11. 31: 20. Hujus postmodum rei declarantur, Hos. 4: 16. *Sicut vacca lasciviens declinavit.* Ubi Chaldaeus; *sicut bos, qui saginatur, & recalcitrat, sic rebellat propter multitudinem honorum Israël.*

*Impinguatus es.* Redit in parenthesi ad usum verborum in secundâ personâ, vultum unâ cum sermone convertens ad progeniem illam ultimi temporis, ut teneat querelam ad cœlum missam illos tangere, quos per apostrophen compellat; quosque Caussidicus hic concipitur suis petere accusationibus.

*Incrassatus es*, ut dimensione factâ majorem locum  
occupaveris: sic crassities est dimensionis augmentum,  
tque symbolum regni amplificati, quo non solum  
multiplicando terram implevit populus, sed etiam ter-  
minos imperii longè latequè propagavit.

*Operuisti te.* Phrasis elliptica, quam supplent Interpretes voce *adipe*, ut sermo maneat in eâdem allegoria. Vide phrasim integrâ *Iob. 15: 27. Psal. 7: 10. 73: 7.* Notatur tertius gradus munificentiae iuvinæ ex eterne, ex quâ pinguedine operti incedebant supra patres, omnibus bonis ita affluentibus, ut inde ex reverint ad summas opes, & maximam potentiam.

*Et dereliquit Deum, qui fecerat eum.* Clauditur parenthesis, ac post eam redit sermo in tertiam personâ per alloquium ad coelos & testes accitos: transitque à crimine recalcitratio ad novum *crimen derelictionis Dei factoris sui*: arque ut recalcitratio respondet τῷ οὐγνεῖσθαι, ita hæc derelictio respondet incrassationi, confirmatque pessimam illam retributionem, quam Je-ovæ rependere ausi fuerant. *Deus* hic describitur à beneficio, qui fecit ipsum scilicet populum suum. *Psal. 100: 3.* quique eum instruxerat bonis istis affluentibus copiolis. *Hos. 2: 7. Nehem. 9: 25.* *Derelictio Dei* est, quando populus deserit altare Dei, & quære- regem illum in palatio suo desistit, atque cessat.

*In o cadaver fecit rupem salutis.* Qui vers. 4. *rupes* cebatur, hic audit *rupes salutis*, ad quam qui se repetit, periculum effugit, & salvus evadit. Indicat sic titulus eam personam Deitatis, quæ peccatori proponitur ut *salutis author*. Hic ipse est, qui eandem ob causam saepius in sacris sub nomine יְהוָה seu *Soteris* commendatur; speciatim *Jes. 45: 21. 24. 25.* *ospitator non est præter me.* Tantum in *Jehovah* (di-  
H 2 xit

xit de me) iustitia omnis : in Jehovah iustificabuntur & gloriabuntur omne semen Israel. Qui est iustitia nostra & Jehovah iustitia nostra , per illum in diebus illis salvabitur Iuda. Ier. 23: 6. Atqui id tribuitur Angelo faciei. Jes. 63: 9. Et Angelus faciei ipsius eos salvos praestitit חוציאם . Itaque Angelus faciei Dei est & rupes salutis populi , ad quem se praesidii caussa recipere debebant. Ut climax est in beneficiis Dei , ita climax est in maleficiis Israëlis. Notatur crimen jam turpisimum ab opertis adipe , contra rupem salutis , ac unicum beatitudinis authorem seu fontem , commissum. Crimen inquam atroc & horrendum , quod exprimitur verbo נבל in pithil , cuius verbum נבל in Kal. ex marcore procidere & defluere , ut folium arboris marcidum , significat: undē & נבל stultus vers. 6. & נבלה cadaver dicitur. Potest respicere verbum hoc ad significationem flagitiosae stultitiae ; atque sic aliquem ut reum facti insanū expiere notabit : scilicet eum puniendo ut reum : solebant enim stulte agentes pro ratione criminis seu malesanæ actionis supplicio affici. Jos. 7: 15. Deut. 22: 21. atque ita verbum hoc in Pihel notat aliquem infamare & attuiac notā signare. Nah. 3: 6. Mich. 6: 7. atque sic dicitur populus infamia affecisse rupem salutis , atque ut hominem scelestum tractasse. Vel potest respicere ad significationem cadaveris , atque ita significabit cadaver facere. Includit hoc verbum omnem attiuiav , damnationem , blasphemiam , irrisiōnem , & mortem supplicii Benefactori contra omne jus & fas illatam. Utraque significatio huc recedit , rupem salutis fuisse traditam supplicio , atque ultimā infamia notatam eo titulo , quasi stultitiam & scelus poenā dignum commisisset : aut se extulisset præter veritatem : dum coeci Judices eam

eam censebant rupem marcidam, in quâ nil esset præsidii, & unde nil commodi redundaret. Nemo dubitat crimen esse capite Iuendum, si quis se rupem salutis jactet, qui sit tantummodo merus & impotens homo: atque sub eo non ostendit Canticum Judæos peccaturos, quod veram rupem salutis non cognoscentes, ut falso fibi eam dignitatem adscribentem infamia notarent, utque marcidum & confugium præbendum invalidum dejicerent, atque ea eum salutis Principem ab omni decore & statu derubarent. Per modum stupantis & scelus detestantis hoc pronunciat de Judæis in alloquio ad testes Moses, tanquam em ipsis manifestam & extra controversiam ponendam inter eos, qui rem tenebant. Unde hoc scema orationis efficacissimum. Judæi quidem negarent eum, quem infaverant, esse rupem salutis, sed coelites & conspectæ magnitudinis ejus testes id verum esse sciebant: neque Juæorum negatio rei veritatem tollit, nec coruin ignorantia, quæ erat pravæ dispositionis & neglectæ attentionis nectus, gravitatem criminis tollere supponitur. Sanè neandum erat scelus, quod reos ope Christi indignos facti, & omnem salutis spem eis eripiti, qui opis & saluauitorem adeò neglectim respiciunt, etiam moniti, eundem tam indigno modo excipiunt.

Vers. 16. *Ad zelum provocabunt ipsum per alienos: ut zelare facient ipsum.* Hoc dictum videtur de consequenti manifestatione zeli accipiendum, in ipso opere iuciorum spectandi. Deus in sacris frequenter *zelotes* dicitur. *Exod. 20: 3. 34: 14. Deut. 4: 24. 5: 9. 6: 15. Nah. 1: 1.* Certum quidem est non posse *zelum* propriè dictum (qui est ægritudo animi mariti erga uxorem, non servatæ castitatis suspectam) cadere in Deum, quatenus acerbissimum inurit dolorem ex eo, quod alter re vehementer concupitâ potiatur. *Abfit* (inquit

*Augustinus) ut impassibilem Dei naturam perpeti ullam molestiam suspicemur. Zelat sine aliquo labore, irascitur sine aliquâ perturbatione.* Libr. de patientia Cap. 1. Verum propter relationem, quam habet Ecclesiae Sospitator ad ecclesiam, sicuti sponsus ad sibi sponsatam (*Hos. 2:18. 10.*) quæ ecclesiam obligat huic soli adhaerere: & propter voluntatem manifestandi istius foedifragii turpitudinem, per poenæ ob eam caussam infligendæ gravitatem, ei zelus tribuitur; qui nihil aliud est, quam rata voluntas gloriam suam, ut rem sibi charam, ab injuriâ vendicandi, & perfidiam gravitate supplicii ut crimen scelestissimum norandi. Pro illo zelo dicitur læsa illa fides matrimonialis à Deo propediem severè punienda.

*Per alienos scilicet Amasios, quibuscum scortantur; sive Deos falsos, sive Principes mundi, quos perdite amando, dum eorum gratiam querunt, ita sectantur, ut eorum in gratiam rupem salutis rejecerint. Alieni proin dicuntur, quibus gloria in Deo propriam, & amores ceteraque officia soli Deo debita, offerunt, cum ab alienatione animi à vero sposo, ejusque turpi postpositione; hos dotare non verentes.* Conf. *Hos 2:4. Psal. 16:4.* Effectum istius zeli est, zelum excitantibus dare libellum repudii cum ablatione dotis, & traditione ejus in manus judicis seclus punientis. *Jes. 50:1. Ezech. 16:38. Deut. 29:20.*

*- Per abominationes facient ipsi ægræ. Hic abominationes vocantur sacrificia non tantum ante Christum sine fide oblata.* (*Jes. 1:13.*) sed præ primis post unicum Christi sacrificium, quando ea de jure erant abrogata, & nihilominus pertinaci animo à Judeis fuerunt perpetuata; quæ ut abominationes notantur, *Jes. 66:1-4.* Hæc concipiuntur, ut ægritudinem Deo sospitatori inferen-

ferentia: atque eum, singulari modo irritantia, ad omnem fervorem iræ suæ in eos effundendum. *Psal. 16:4.*

*Vers. 17. Sacrificabunt Dæmonibus, non Deo.* Adeò ut eorum sacrificia nec ad verum Deum respicient, nec vero Deo accepta forent, sed Dæmonibus.

Quæcunque sacrificia post infamiam & occisam rupem salutis offeruntur, censentur non Deo oblata; quia tales offerentes ideam deitatis non applicant vero Deo triunitate adeo figmentum colunt, non Deum. Hoc sensu duntur Israélitæ in deserto coluisse Molochum (*Amos. 5:25. 26*) quia non recte de Deo cogitantes, eum non aliter concipiebant, ac gentes suum, quod coleant, numen, nempe ut Deum sine Christo, & sine ejus placamento placabilem. Qui proin in deitate filium Afrortorem, & spiritum Dei Sanctificatorem non debitè agnoscabant, aut etiamnum agnoscunt, & viëtimas pecudum peccatores expiare putant, illi idolum concipiunt, ut videntes Molochum, atque ei sacrificant.

*Dæmonum* cit mentionem, qui שְׂדֵה vocantur, à vastando, via vastant homines, & cultoribus suis ultimam perniciem inducunt, atque noxam. *Conf. Psal. 106:37. Chron. 11:15. Cor. 10:20.* Qui suis sacrificiis rum Deum offendunt, & gratificant Dæmonibus, ius apostasiæ auctoribus, homines ad talia consilia ducentibus, illi sanè rectè dicuntur Dæmonibus sacrificare. Ita ostenditur, quod per hæc sacrificia jure cantur tanquam per abominationes Deo ægrè facere, et videri velint Deum per ea demereri.

*Diti*, quos non noverant. Exaggerat malum. Qui deitate veram rupem salutis non agnoscunt, licet viri velint sibi cavere ab idolatriâ gentium, & Deum Ibrahami colere: nihilominus rei censentur idololatriæ, sed novæ, dum novum cerebri commentum colunt. Di-

Dicuntur *non novisse illos Deos*, scilicet antehac: non solum quoad nomina, sed maximè quoad cultum, aut in cultu.

*Novis, qui è propinquo venerant.* Dicuntur *novi*, qui ab antiquo non fugrunt agniti, aut ex loco habitis: atque *è propinquo venisse*, id est, non à gentibus mutuatis & ad cultum translatis, verum ab ipsis effecti; dum ipsis primi mutarunt gloriam Dei, ei detrahendo gloriam sanctitatis & justitiae.

*Quos non formidaverant patres vestri.* Formido est mali imminentis apprehensio cum horrore. Hæc studium parit averruncandi, eosque sibi placandi, à quibus malum sibi metuebant. *Patres* dum allegat, Patriarchas intelligere videtur, quorum se filios gloriantur. Redit sermo suo alloquio ad generationem istam, quam *in fine dierum compellat accusatio*, dicit enim non patres eorum, sed *patres vestri*.

Vers. 18. *Rupem, quæ peperit te, oblivisceris.* De rupi diximus ad vers. 4. & 14. illa hic dicitur *peperisse populum*. Verbum יָלַד significat genuit & peperit. Propriè hoc feminarum est, sed eleganter dicitur de viris, generavit. Beneficium notatur antiquum in præterito: atque respicere videtur ad originem gentis, quam Deus in Isaäco miraculosum in modum excitavit ex Sarâ sterili, & effœtâ. Unde populi author factus hoc opere manifestavit consilium suum de populo sibi separando, & quasi novâ creatione præparando, qui ipsum juxta voluntatem suam colat. Chald. *Qui creavit te.* Hæc enim excitatio populi pro fine habebat, ut essent *filiâ Dei*, & Deus inter illos paternum testaretur amorem, unde Israël vocatur *Dei primogenitus*. Exod. 4: 22. Conf. Jes. 1: 2. Verum, notatum dignum, quod יָלַד possit quoque esse nomen cum affixo,

fixo, ut יולך sit formæ כתב, & יקר, ac significet cognationem tuam: ut rupes concipiatur homo factus ex Iudeis, atque eorum cognatus. *Vel Cognitionis tuae,* illa est fratrum tuorum; quam eorum plures admiserunt pie colunt: aut patrum anteriorum, quam illi sunt generati. Hæc expositio forte præferenda, quia homines non sunt filii Dei per generationem, sed per creationem, aut regenerationem.

Verbum נשׁ significat *oblivisci* *Jer. 23: 39.*  
*Chren. 3: 17.* atque indicat, alicujus non habere rationem pro dignitate suâ: imò ignorantiam ex neglectu antiquæ cognitionis. Veteres jam olim noverant Angelum cieci Dei esse Deum rupem salutis, atque eundem, qui Angelus fœderis dicitur: cundemque exspectabant post odromum aliquem celeriter venturum ad templum. *Mul. 3: 2.* Hanc traditionem oblivioni trahentes posteri, atque ita clavem cognitionis abscondentes, ovam sibi de personâ & regno Messiae ideam fixerant, & merum postulabat hominem, & regnum terrestre vi priis à gentibus reportandis celeberrimum. Hæc obli- & ignorantia continuandæ perfidiae causa foret. Significat etiam hoc verbum *Jer. 51: 30.* *Gen. 32: 33.* *Luxare.* quam significationem Galatinus & Porchetus contra dæos urgent: atque ita notaret ipsum supplicium crucis, quo rupem cognitionis suæ scelerè tractarunt.

*Et oblitus es Deum omnipotentem parturitorem tuum.* locatur jam rupes אל Deus omnipotens. Verbum

נִ in *Pihel* חָלֵל parturire notat, *Jes. 51: 2.*  
*Sal. 51: 7.* Notandumque hic participium præsens nhiberi, ut concipiatur tanquam molimen ei proprium, sed est de munere Rupis. Verbum in suâ emphasi iudit dolores acerbissimos, quos feminæ, dum fœtum

suum excludere laborant, patiuntur: atque sic comodè notat etiam dolores, sine quibus nova creatura non procederet: quoniam Christus suis passionibus & doloribus acerbissimis sibi semen impetraret. *Ies. 53: 11.* Horum omnium *oblivisci* est non amplius requirere Messiam, qui dolore & labore animæ populum sibi compararet novum. Hęc *oblivio* totalem gentis perversę apostasiam includit; quā se à fide & verò Deo avertentes, non Deum coluerunt. Non tamen dissimulare possum verbum **חולל** juxta *Mercerum* etiam notare posse dolore & cruciatu affici, ut verti possit cruciatu à te affectum. *Pihel* enim non semper transitivam significationem exercet: sed potius significacionem in Kal acuit: ut **חוֹלֵל** est dolorem sentire, ita **חולל** est acerbissimos experiri dolores, uti mulieres solent in partu; atque hinc derivatur sensus parturiendi. Quicquid sit, saltem acerbissimos dolores includit, cum parturientium doloribus conferendos. Hinc antiquæ fidei dogma de doloribus Messiae ab ipso perferendis proin etiam solidè confirmatur: ipse enim Deus jam tunc Mosi exposuit *passiones Christi* acerbissimis doloribus perferendas; idque non aliam ob causam, quam *ut multos procrearet filios*. Ut crimen infidelitatis sit, istud dogma non retinere; quod Judæis sanè notandum fuisset.

## APODICTICA

Ratiocinii

## DEMONSTRATIO.

I. **N**otandum , omnem controversiam versari circa aliquod *Messiae* requisitum : videlicet , num ille , qui promittebatur ut semen mulieris , & semen Abrahæ , ex fratribus oriundus , foret solummodo *merus homo?* atque ita ex hoc charætere damnandus esset , si quis veniret sub *Messia* nomine , qui se filium Dei profiteretur , ut blasphemia reus ? an verò contra debuerit spectari , ut Deus in carne manifestandus , Deus verus & que ac verus homo ? Hujus rei ignorantia depingitur ut scelerissimi criminis caussa : Judæi enim degeneres ( eum ut merum hominem concipientes , atque dum se filium Dei profiteretur , ut blasphemum , populi verique cultus corruptorem ad supplicium non solum damnantes , sed & rapientes ) in hâc scenâ corripiuntur , ut ingratî ergâ summum nefactorem , & apostatae à verâ fide patrum facti . Afferit itaque hic sermo apologeticus pro caussâ Christi , quod munus redemptoris postularet in Christo Deitatem in carne manifestandam ; sine quo requisito munus redemptoris Messias obire non poterat . Hanc litis contestationem validis instruit Caussidicus argumentis , probando rupem salutis verum Deum esse

1. Ab opere suscep̄to , quod afferit esse perfectum , & non posse perfici , nisi ab eo , cui competit magnitudo Deitatis in emphasi . Est enim *opus illud* , per

modum rupis salutis peccatorem ad se confugientem non tantum recipere , & à metu pereundi in peccatis liberare , verum etiam sibi per regenerationem conformare , ac secum unire , eum sibi superinaedificando . Quod jus legitimo medio sibi acquirere debuit rupes , ~~duorum~~ <sup>et</sup> rupes una cum omnibus umbris & promissionibus divinis adimplendo : atque ita credentibus jus salutis impetrando . Sane ubique affirmant Prophetae , neminem exspectandum esse Sospatorem populi , nisi *reipem* : nec quenquam *rupem* se posse præstare , præter solum verum Deum *Jes.* 44: 6. 45: 21. Sane objectum fidei , cui peccator se tuto credat ad salutem , ut *rupi salutis* , præter Deum nullus esse potest ; quia iste honor soli Deo competit : quem tamen negare assertori , salutem procuranti ( qui eopse rupes salutis est ) absurdum foret . Jam vero assumit vers. 3. 4. Eum , quem *Judei* ut *corruptorem* populi damnabant , nihil aliud fuisset molitus ; quam hoc opus perfectum , atque ejus nobilissimum dedisse specimen , quando generationis perverse *labem* fecit sibi *filios* , ac spiritu regenerationis sibi reddidit conformes , homines pios & antecedaneum vita genus mutantes in aliud , omnibus pietatis temperantiae & justitiae exercitiis occupatum ; quos ad resipiscientiam vocando fecit frugi Deo servos . Adde nihil eum tentasse ad novam ecclesiam & regnum Deo decorum erigendum , quod non institueretur *juxta judicium* ; & postularet *veritas* , dum lex , & umbrae legis , una cum prophetiis id exigebant ad eam caussam , quod hic prestabat : præterim cum id ea egerit prudentiam , ut nulli fecerit *injuriam* , nec Deo , nec Cæsari aut principibus populi , ullive hominum quicquam iis debitum detrahens : Satis comprobatus *justus & reetus* . Hinc concludendum ,

ei veram tribuendam esse Deitatem, ex munere suscepito ei competenter, atque huic ut Deo nostro à Christianis recte dari magnitudinem, dandamque esse: non obstante Judæorum perversitate, quâ eum, ut corruptionis reum contra ejus molimen laudatissimum, damnaverant.

2. Ex manifesto eum damnantium errore; qui corruptionem sunt interpretati opus, quod erat optimæ edificationis: atque ita eum præter causam damnarunt. Vocatio nem enim plebis, ejusque collectionem in populum, sibi subjiciendum (ut fecisse Christus supponitur) vocare seductionem populi, quia se filium Dei dixit, seque eis proposuit ut regem in regno Cœlorum: erat contra rationem progredi. Cum potius fuisset ex eo colligere, quod populum aberrantem reduxerit ad cor patrum. Qui enim ex fæce populi sibi collegit maximos peccatores, eos vocando ad resipiscientiam, & regenerando ad imaginem Dei, atque hos vendicando in omnem libertatem filiorum Dei, omnibus donis spiritualibus ornatavit instruxitque: ille vere regnum cœlorum introducit, seque dignum illi regno regem prestat. Hoc enim cum charactere Christi Emmanuelis consentit, quem notat Jesaias, Cap. 8: 8. Ubi inter characteres Messiae ponitur, quod filii ejus forent insignia & portenta, probantia magnitudinem parturientis. Pium est peccatores vocare ad resipiscientiam; & potentia diuinæ est tantum exercere in hominum animos imperium, ut se verè probent in piorum casta transisse: idque cō tempore, quando generatio perversa & distorta dicitur populus ob corruptissimos mores quos contraxerat, seculo talem reformationem exigente. Verum vers. 5. 6. talem se exhibuisse, quem ut corruptorem populi damnaverant, probat apologista, dum jubet cœlum & terram examinare filios ejus, eorumque mutatos mores, & vitam reformatam: atque colligit cum potius de-

buisse hinc agnoscí, ut patrem, qui instituebat mercari populum, perficere, & omni ornatu instruere.

3. Ex abnegatione articuli fidei antiquæ, qui credere jubet, munus assertoris illum demum præstiturum in plenitudine temporis, qui patribus fuit cognitus ut *Angelus Metatron*, prout eum ex antiquâ traditione appellabant doctores pristini. 1. Notissimum est, *Angelum* seu *Legatum Dei* commemorari, qui se gessit ut ducem & Regem populi, quem & *Abraham* & *Seniores* agnoverunt ut authorem electionis populi, & fidem exsecutorem consilii divini, etiam abhinc fontem omnis benedictionis futurum, quas experti sunt posteri in terrâ Canaän. *Jes. 63: 9. 10.* In omni angustia ipsorum non oppugnabat quis, quin *Angelus Faciei ejus eos salvos faceret*. In dilectione suâ & clementiâ suâ ille afferebat eos (postulans salutem ipsorum, ut populi sui, ut sibi datorum) & suscepit eos, & tulit eos omnibus diebus seculi. Hic locus manifesto respicit dicta in lege *Gen. 48: 15. 16.* *Exod. 3: 2. 23: 21. 33: 14-16.* *Jos. 5: 14. 15.* & conferendus est cum Cantico nostri pericopâ à vers. 7. ad vers. 13. 2. Dein notandum, hunc *Angelum faciei* fuisse Angelum non eratum, sed increatum, seu ipsum verum Deum, quod constat ex nominibus; vocatur enim *Jehovah*, *Deus visionis*. *Gen. 16: 10. 11. 13.* *Deus Bethelis* *Gen. 31: 11. 13.* qui se appellabat *Jehovah*, *Deum patris Abrahami & Deum Isaaci*, atque distinguitur ab *Angelis* per scalam adscendentibus & descendantibus. *Gen. 28: 12. 13.* Imò vocatur *Deus ille*, coram quo ambulaverant Patres Jacobi, *Deus pastor & Angelus Assertor*. *Gen. 28: 15. 16.* *Angelus*, *rubrum inhabitans*, diserte vocatur *Jehovah*, qui nomen suum dicit אהיה אֲשֶׁר אהיה. *Exod. 3: 2-4. 14. coll.* *Deut. 33: 16.* Hinc dicitur *nomen*

nomen Dei esse in medio ejus. Exod. 23:21. Et tanquam facies Dei ille opponitur Angelo creato. Exod. 33:2. coll. cum vers. 12-17. Adde, quod ex opere assertoris cognoscatur Deus; dum ille titulus soli Deo meritetur Ies.41:14. 44:6. Ille etiam sibi vendicat opus Dei, quale est multiplicare semen. Gen. 16:10. Concipiturque ut fons omnis benedictionis. Gen.48:6. 17. Hinc etiam divino honore eum prosecuti sunt Patres: Jacob ei votum nuncupavit. Gen.31:11. & cum doravit, benedictionem ab eo implorando. Gen.48:6. supponens in illo divinam potentiam, divitias, otestatem, voluntatem & gratiam, à quibus ranta bona solummodo procedere poterant. Imò penes ipsum stare peccata remittere aut retinere monemur. Exod. 23:21. 22. 3. Notandum tertio hunc Angelum populi assertorem cundem esse, qui (Mal. 3:1.) audit Angelus Fæderis, quem exspectabant ut dventurum ad templum suum: qui foret ipse Messias, redemptor populi, cuius erat sibi mercari populum, seu per laborem animæ sibi acquirere semen salvandum, ut laboris pretium, & sibi assicerere in regnum: qui vocatur filius Dei & heres gentium, & simul unctus rex. Psal. 2:6-8. dandus in fædus populi & lucem gentium Ies. 42:6. 49:6.. 8. qui ibidem vocatur servus Iævæ; ut Angelus fæderis idem sit, qui promissus ei servus, dandus populo in fædus. Jam verò in posteris sic error notatur, quod scandalizati ex eo, quia Christus se Deum dixerat, eum, ut corruptorem, ad supplicium rapientes, defecerint à fide patrum.

4. Ex zelo Dei, qui se proximè manifestaret opere iræ, temerarios illos judices effundendæ: qui zetus arguento foret, quod vindicem ageret Deus læsæ gloriæ, quo hunc damnaverant: ita testarentur Cœlites & Ter-

re incolæ nefariò occisum fuisse filium Dei eundemque rupem salutis. Quem ergo ut pseudo-Christum occiderent eam ob causam, quod se testatus erat filium Dei: quemque Angeli & homines testarentur abhinc à Deo justificatum esse: Deo abhinc Zelum suum manifestante contra eum populum; ille revera foret rupes salutis, cui danda erat magnitudo. Verum eventus docebit ea concurrere in illud tempus, quo Jesus crucis supplcio interemptus est.

II. Nec objiciendum, tale quid non esse exspectandum à populo Dei; nec in verum Deum cadere posse, quem populus Dei ad necem damnare, atque occidere nequit. Hanc enim objectionem præoccupat, eique præjudicio se opponit actor, ostendens

1. A parte populi externi non alienum censendum esse, si quando tale quid committeret eo tempore crimen: fore enim tunc populum generationem pervergam & tortuſon. vers. 5. Populum stultum & non sapientem, nil debito modo perpendentem. vers. 6. Præsertim non considerantem confessionem patris & seniorum. vers. 7. Non meliorem patribus, sed pejorem progeniem, vestigia calcantem corum, qui jam ante recalcitrando saginati injuriam intulerant Angelo faciei, atque incrassati dereliquerant Deum factorem suum. Conf. Ies. 63: 9. 10. Adeoque alienum non esse ab hac progenie, quæ peior avis, & patrum carnalium vestigia calcabat, Deum ulterius exacerbare, atque rupem salutis damnare, imò eundem damnatum acerbissimis afficere doloribus, donec eum cadaver ficerint.

2. A parte Christi tenendum esse, quod rupes salutis veniret ut illis agnatus, in carne assumptā, in quā posset acerbissimos experiri dolores, atque malevolorum

rūm operā vitā animali privari , ut illum faverent cādaver.

**III.** Abhinc litis contestationem concludit , atque colligit eos ob crimen negatae Deitatis rupis nostræ , & punitæ confessionis nominis ejusdem in ipsius Christi personâ , se exhibuisse maturos gravissimo illo judicio , ex zelo Dei & maximè prioritâ ejus irâ propediem exspectando : quoniam hic non infandam solum commiserunt ingratitudinem , sed & turpissimum lese Majestatis divinæ crimen : imo quod totum Dei cultum eum in modum corruprinent , ut sacrificia eorum essent meræ abominationes , & cultus Dæmonum , non Dei : qui enim filium Dei abnegat , abnegat quoque patrem .

# IMPLEMENTUM PROPHETIÆ ISTRIVS HISTORICUM.



¶ Uxæcunque Moses partim de beneficiis rupis in populum collatis , partim de injuriis rupi à populo illatis pronuntiat ; illa omnia ad amissum suis impleta fuisse temporibus , historię sacra evincit .

I. Expendamus primum tempora , adventum Christi antecedentia , & quas tunc cum Israele observaverit

vias Rex Israëlis, à Republicæ principio ad ejus finem usque? quænam sc. beneficia ab Angelo Metatore reperint, quæque mala ingrati retulerint.

A. Beneficia quod attinet, quando *Deus*, finem vocationis *Abrahami* prosecuturus, elapsò præstituto tempore, ejus posteritatem emancipare, atque libertati restituere moliebatur, cumque eam ex *Egypto* vocaverat, dedit huic generationi *Angelum Metatorem* inducem & principem populi, qui eum duxit non solum per via deserti Arabiae Petraræ, verum in loco horrido & arido etiam cibavit manna de cœlis, atque potavit aqua ex rupe. *Exod. 23: 20. 21.* undè per quadraginta annos perpetuis inclaruit in illo populo miraculis. Circuibat ille gentem potenti defensione, quando *Egyptios* eam persequentes suffocabat in mari, & *Amalecitas* ipsos invadentes editâ strage prostravit. Edoenit ut Legislator eum populum legem suam in monte Sinai, atque foedus cum eo pepigit de pace & salute. Servavit ab omnibus periculis deserti inter fera animalia & angues, aliaque mala, interitum minantia, instar pupillæ oculi sui, ne ullo casu periret: imo gestavit eum alis aquilinis, ne ulli delassati aut viribus destituti procumberent. Ita incedebat cum populo, ut cum babuerit tanquam portionem suam, & funiculum hæreditatis suæ, quippe electum fibi in peculium, in quo vellet glorificare gratiam suam: Duxitque eum populum solus usque ad terræ, diu ante promissæ & posteris *Abrahami* destinatae, limites.

Introducturus Israëlem denuò manifestavit se Principem exercitus. *Jos. 5: 13. 14.* atque ita profligavit antiquos terræ ejus colonos, ut sub potestatem populi sui redegerit celsa terræ & omnia ejus munimenta, quæ materiam præbuerunt ovationibus & triumphis, atque

que ita possederunt terram fluentem laete & melle, terram inquam amplam, ac futuræ populi multiplicatio- ni respondentem, divisam pro numero tribuum, ante in divisione populorum gentibus impiis datam, ut eam colerent, & quasi in hujus populi usum præpararent; ita ut vitibus oleisque consita, & frugibus ferendis aptata, multivaria alimoniaz genera asfatum suppeditaret. In hac terra ita firmavit rem publicam, ut perstiterit in ea populus per multa secula, ita ut Christus eos ibi in carne visitans invenerit, omnimodâ rerum affluentia gaudentes.

Durante illo tempore inhabitationis ita exceptit in terra illâ populum hunc, ut *saginatus*, *incrassatus*, tandemque *pinguedine operitus* fuerit: quod prius adimplatum est durante tabernaculo sub Judicibus, sub quibus vires accepit. Alterum expertus est ille populus sub templo primo, ejusque apparatu, quando reliquis Cananæis expulsis, & subjugatis gentibus vicinis, ita *incrassatus* est, ut terram solus possidens impleverit, & terminos imperii propagaverit ad Euphratrem usque. Tertium verò iis præstitum est sub templo secundo, quando populus iste sub Assamoneis maximas acquisivit dignitias, vires, robur & honores.

B. Verum plusquam una vice, unove modo Israëlem peccasse in Angelum illum benefactorem, id convenienter prædictionibus hujus Cantici ex querelis Prophetarum manifestum est. Jam ante peccatum fuit, quod Reipublica ultimo luerunt Israëlite exterminio. Coactus est Iepius Deus castigare eorum recalcitrations, & derelictiones sui per idolatrias. *Recalcitravit* pri-  
mum, quando altaria multiplicavit, & cum cultu Je-  
hovæ conjunxit quoque cultum Deorum alienorum:  
quod crimen recalcitrantis notatur, *Jud. 3: 10-23.*

quare Deum s̄epius provocavit ad severiores castigations. Postmodum sub Regibus dereliquit Deum, quando deseruit regnum decem tribuum unicum Dei altare & templum Hierosolymitanum, & loco veri Dei coluit Baalium: quod & Iuda postmodum imitatus est: de quā re insignis est querela Jer. 2: 1-13. adeò ut quidam reges ausi fuerint ipsum templum profanare. Vide peccatum Manassis, 2 Reg. 21: 2-9. severē punitum per captivitatem Babyloniam, ex quā tamen explorati & depurati reducti sunt.

11: Quæ verò Moses de novissimis Angeli fæderis beneficiis, & pudendo ingrati populi criminis, quo benefactori pessimè retribuit, monuit, omnia ita adimplēta & verificata sunt per eam historiam, quæ Jesu Mariæ filii vitam & mortem describit, quem Judæorum pars maxima non admittens damnavit, & crucis suppliatio è medio sustulit.

A. Ille Jesus, dum *Iohannes Baptista*, prodromum Christi agens, ei viam parabat, accedens ad muneric incubundi inaugurationem, sub baptismi susceptione cœlitus à patre declaratus est *dilectus ejus filius*, in quo sibi complacebat *Luc. 3: 22*. undè profitabantur cum discipuli Christum, filium Dei vivi, *Matth. 16: 26*. *Joh. 6: 69*. Nec ille hoc abnuebat; sed contra pluribus defendebat se patri parem esse, atque adeò veram sibi competere Deitatem. Atque sic exhibuit se λόγον, qui οὐκέτι εἶνετο. Huc respicit universum Johannis Euangeliū. Is itaque pro magnitudine & dignitate personæ suæ statim semet gessit, atque se proposuit; ut rupem salutis decet, ad quem se recipiant, quoquot salvari cuperent, spondens ad ipsum accendentibus requiem. *Matth. 11: 28*. seu quod idem est, in ipsum credentibus salutem. *Joh. 6: 47*. Declaratur opus suum, quod molie-

moliebatur, professus est se rupem seu petram esse, atque huic petrae se inaedificaturum ecclesiam, cui portae inferorum non prævalerent. Expende locum Matth. 16: 13-19. Incepit autem hoc opus à collectione discipulorum, atque sibi adscivit in filios seu discipulos Galileos, homines contemptos, & ex face populi electos; cum iis gravissimos quoque peccatores vocavit ad resipiscientiam, quem adventus sui exposuit fuisse finem: Matth. 9: 11-14. Verum hos ita traduxit ex tenebris in lucem, atque ita immutavit potenti suo verbo, ut ex pessimis optimi evaserint; quo opere sapientia justificata fuit à filiis suis. Matth. 11: 19. Coll. vers. 25. 26. Verum ut viæ ejus essent irreprehensibilis, omne jus legis adimplentes, & umbras legis ac prophetias verificantes, dixit se venisse non ad solvendam legem, sed ut legem & prophetas adimpleret. Matth. 5: 17. 18. Hinc veritas & gratia advenit nobis per Iesum Christum. Ioh. 1: 17. quare notant ubique Evangelistæ, ut omnia ejus dicta, facta, & easus spectarint ad prophetiarum implementum. Opus salutis tenteavit mercando, seu tyro sanguinis redimendo sibi populum. Matth. 20: 28. atque ita emit sibi ecclesiam proprio suo sanguine. Act. 20: 28. ut acquireret sibi λαόν περιποίειν (Tit. 2: 14.) dum agnus ferens peccata mundi, peccata nostra bajulavit in corpore suo in ligno crucis. Ioh. 1: 29. 1 Petr. 2: 24. Hinc perfecti populum suum, dum fecit opus perfectum, dignum sibi peculium, zelantem in bonis operibus, atque per τελειωτιν N. T. consummavit, eos transferendo in statum libertatis & quietis spiritualis. Imo & adornavit atque instruxit donis extraordinariis, à quo misit spiritum suum, eumque copiose effudit primò in congregatos discipulos. Act. 2: 1.. 4. Dein in alios. Act.

10: 4-46. 19: 12. Cæterum ejus vitæ genus fuit plānè sanctum , dum nulli fecit injuriam , Deo dans quod Dei erat , & Cæsari quod Cæsar is ; quarebat enim gloriam patris , & populum suum retinuit in officio erga superiores . Imo contrà omnibus benefaciens terram pervalit , qualescunque morbos curando . *Justus & rectus* , qui peccatum non novit , provocans omnes ut contrarium ostendant , quandò dixit , *quis vestrum arguit me peccati* . Joh. 8: 46.

B. Interim invenit populum Israëliticum maximam partem se euangelio regni opponentem , Joh. 1: 11. Eccl. τὰ ἡδεῖα , ναὶ οἱ ἰδίοι ἀντὸν & παρέλαθον : nam populus quocum Jesu res erat , juxta designatos à Mose characteres , se comprobavit *populum stultum* , seu scelestum , & haud quaquam sapientem , non attendentem ad signa temporum , Matth. 16: 3. nec expendentem , quæ ad eorum pacem faciebant . Lue. 19: 42. Hinc cœci duces . Matth. 15: 14. Quod in cantico dicuntur *ætas perversa & contorta* , idem ipsis objicit Johannes Baptista , qui ob corruptissimos populi mores eam appellavit *progeniem viperarum* . Matth. 3: 7. *Christus* , ut eos ostendat à patrum studiis degeneres dixit eos ex patre *Diabolo* fuisse Joh. 8: 44. ac sœpius denominationem hanc Cantici illis applicat ; ut videre licet Matth. 12: 39. 16: 4. Marc. 9: 19. Lue. 9: 41. 11: 29. atque idem faciunt post Dominum Apostoli . Act. 2: 40. Phil. 2: 15. Neque dubitare nos sinit historia Judaica : corrupta enim fuit ista ætas per *Sadduceos* , homines audaces & profanos , omnem vitæ futuræ spem projicientes , quoru[m] secta jam tunc Pontificatum occupaverat . Act. 4: 6. *Phariseorum* secta , licet in speciem rigidior videretur , nihilominus sub illo-pictatis velo putida tegebat ulceræ , quæ tangit Chri-

Christus Matth. 23. Josephus Ant. libr. 17: 3. vocat hominum genus astutum, arrogans, & interdum Regibus quoque infestum, ut eos etiam aperte impugnare non vererentur. Plebs verò omnis communiter secuta est cœco impetu cœcos duces, & tantâ occupata fuit ignorantia, ut finem legis non intelligeret. Josephus faciem temporis, quo Romani Judæos invadabant, ingenuè describit libr. 6. de bello Jud. cap. 16. *Puto*, inquit, si Romani contra noxios venire tardaverint, aut hiatus terræ devorandam fuisse civitatem, aut diluvio peritaram, aut flumina ac Sodomæ incendia passaram: multo enim magis impiam tulit progeniem, quam quæ illa pertulerat. Vide ut impiam notet progeniem, ipsis Sodomitæ pejorem.

C. A perversa hâc & contortâ generatione ex omnia passus est Iesus, quæ rupes salutis circa finem dierum Reipublicæ Judaicæ ex descriptione cantici nostri patetur: nam convicia tulit, quibus eum corruptiōnis reum agere cum doctrinæ tum populi non erubuit degener illa progenies: audiebat enim ab eâ erro & seductor. Ioh. 7: 12. Samarita ac dæmonum habens, qui principis Dæmoniorum ope dæmonia ejiciebat. Ioh. 9: 16. 24. 29. 10: 20. Matth. 12: 34. imò ut blasphemum respuerunt Jesum, quum se Dei filium, Deoque parem afferuit. Ioh. 5: 18. 10: 33. Unde accusatio inter caussas damnationis allegat, quod se filium Dei dixerat, hoc enim in crimen blasphemiae rapiunt. Matth. 26: 63-65. Coram Pilato adversus eum insurgentes illi læsæ majestatis & concitati populi reum agere co-  
nantur. Lue. 23: 2. 5. nec non violatae legis, eo quod se dixerat filium Dei. Ioh. 19: 7. Quibus accusa-  
tionibus characterem populi non sapientis & etatis per-  
verse ac contorte in cantico nostro expressum adim-  
plent,

plent, rupi nostræ cœu Deo nostrò magnitudinem & gloriam Deitatis detrahentes, atque hoc ipsum illi in crimen vertentes, sine quo nec Abraham pater nec Moses cum senioribus *rupem salutis agnoverunt*; quippe Assertorem agere, & confugium præbere confugientibus ad se, talibusque salutem spondere gloria Dei est, à Deo vero non alienanda, & tamen etiam character munus Christi præprimis constituens.

His adde, quod scandalizati fuerint ex vilitate discipulorum Christi, videntes illos huic nostro intimos esse, qui in populo erant minimi, & partim à periti literarum usitataque Scribis tractatione legis alieni, partim etiam fôrdibus & peccatis gravioribus inquinati. Hos illi objecerunt, *eum scium meretricum, publicanorum, & peccatorum appellantes, eique vitio dantes, quod cum talibus cibum caperet. Matth. 11: 19. 9: 11.* non perpehidentes Christo magis decoros esse pauperes esurientes & sitientes iustitiam; nec non meretrices, publicanos & peccatores ab ipso sanctificatos, ablutos, emendatos; imo indoctos, rudes, ignaros ejus spiritu & doctrinâ illuminatos; quam Sapientes mundi ignorantes Deisapientiam, nobiles mundi saturi bonis, aut justi in semet ipsis gloriantes, Deum vero minimè glorificantes: Istos enim querere ut servaret, officium Christi fuit, atque summæ ejus charitatis & humilitatis argumentum: imo tales sanctificare & ad Deum reducere potentioris gratia & gratiose potentiae censi debuisset specimen, quo se probavit *sanculum israelis*, & Assertorem clementissimum.

Ab his conviciis perreixerunt ad acerbissimam persecutionem; querentes eum ad necem: Joh. 8: 40. in quo studio perseverarunt, donec quod intendebant, absolverunt. Proin non cessarunt hoc moliri, usque

usque dum eum infamia notarint & cadaver fecerint : quod ab iis factum observare licet , partim in decretis synedrii magni ad ejus necem tendentibus. *Joh.* 5: 16. 7: 1. 19. 20. 8: 37. 40. 59. 10: 31. 11: 53. 57. partim ipsa decretorum execuzione ; dum eum vinculis constrictum in Synedrio magno tandem capitis damnanunt , atque ad forum Pilati pertractum ad furcam postularunt , ab accusationibus Iesu , & comminationibus Judici intentatis non desistentes , donec Romanum Præsidem coegerant eundem cruci , & post exhalatam animam sepulchro adjudicare. Hoc agentes hominum ingratissimi rupem salutis cadaver fecerunt , agnatam luxantes , atque acerbissimis doloribus excruciantes.

D. Verum & id prestitit Deus ad justificandam causam *Iesu* , quod κατηγορος perfidæ gentis à cælo , & à terrâ ( ut caussa rupis salutis aduersus hostium criminationes post perpetratum scelus justificaretur ) exegit. Nimirum illi testes dederunt Deo huic nostro magnitudinem. Cælitæ quidem , dum mortui beati , animis ad corporis reassumptionem è cælo redeuntibus , è monumentis resurrexerunt , atque civitatem sanctam ingressi , pluribus apparuerunt , à quo Christus & mortuus est & resurrexit. *Matth.* 27: 52. 53. Dumque Angeli apud monumentum Christi cunctantes , resurrectionis Christi & ministros & præcones egerunt ; quippe conspecti non solum ab amicis , verum etiam ab hostibus , *Matth.* 28: 1-6. qui etiam ab ejus ascensione in cœlum cum Iesu discipulis egerunt , eosque docuerunt de ejus ingressu in cœlum & exspectando reditu , *Aet.* 1: 10. 11. Hi sanè eopse ei ministrantes dederunt ei magnitudinem , atque declararunt eum in caussa litis contra Judæos à Deo , cum resuscitante , &

in cœlum reassumente, fuisse justificatum. His adde Spiritum Sanctum, in ipsa pentecostes festivitate cœlitus super discipulos delapsum, atque testes resurrectionis ita corripientem atque inspirantem, ut locuti fuerint *magnalia Dei*: quo opere & ipse testis à cœlo factus est Christi redivivi & in cœlum sublati, atque adeo à Deo in caussâ suâ justificati. *In terrâ* etiam inventi sunt testes Christi à contumeliâ & infamiâ, quam in suspendio crucis rulerat, vendicati & justificati: quotquot enim cum è mortuis redivivum oculis conspicerant suis, dederunt ei, ut *rapi salutis*, testimonium *magnitudinis*: inter quos non solum fuerunt apostoli & alii primiæ admissionis amici, verum etiam quingenti fratres *1 Cor. 15: 6*. Adde, quod rem intuentibus discipulis ex quodam monte Oliveti culmine in cœlum adscenderit, atque adeo jus suum adeundi patrem, ut jus filii simul ac sponsoris, comprobaverit. Sanè; quando apostoli, spiritu sancto uncti, Judæis objecerunt, eos *Jesum occidendo rupem salutis* indignè exceperisse ac cadaver fecisse, *Act. 2: 22-24. 3: 12-15.* quem *dominum gloriae*, & *Principem vitae* pronunciant; illi testes *rapi* dederunt magnitudinem, qui nullo titulo respui, nisi per novum crimen possunt.

E. Neque negari potest, commissum illud crimen inter illa signa temporum interponi, quæ hoc ipsum tempus flagitant, quo *Jesus* ab iis ut *pseudo-Messias* damnatus est: ponitur enim ut consequens lascivientis saturitatis, & antecedens zeli divini, ultima iræ divinæ judicia parantis. Quoniam *adipe operti* dicuntur male respondisse accepto beneficio, *rupem salutis occidendo*, atque illud tempus ultimam prosperitatem innuat, quæ sub Assamonaorū regno populum ad summum evexit authoritatis & potestatis fastigium, opor-

oportet, ut consequens lasciviae sub istâ prosperitate subnatae effectus finem istius temporis attingat, atque ante ablatam omnem potestatem à populo acciderit. Cumque zelus Dei concipiatur ut consequens istius criminis, ex indignatione sceleris istius ortum; sequitur causam irritantem adfuisse ante iræ istius effusionem, quæ totam rempublicam sustulit. Hinc inter ultima Assumptionum tempora; & excidium reipublicæ Judææ, per Romanos illatum, infamiam illam passa fuerit rupes salutis oportet. Jam vero præter Iesum Nazarenum nemo toto illo temporis intervallo visus est, qui vel aniam dederit dislidiorum de vero Christo; aut in quo Judæi censi potuerint se rupem sprevisse. Ut proin historia prophetiam exauriens, & ei tempori alligata, (quo Jesus ita fuit habitus, nemoque alias præter illum) censi debeat sola à spiritu sancto intenta, atque ejus prædictionis justum faciens implementum.

F. Restat adhuc aliquid, accuratori inquisitione dignum, quomodo Judæi, excidium secundi templi passi, dici possint Deum concitasse ad istum zelum per alienos, abominationes, cultum Daemoniorum atque Deorum novorum è propinquo adventantium. Vers. 16. 17. Cum tamen ea ætas videatur præ primis à crimine idolatriæ fuisse libera. Verum tenendum 1. Per alienos posse intelligi amasios Romanos, quibuscum scorpati sunt, quando potiora fuerunt eorum studia placendi Romanis, quam Rupi, sponso suo, cui delponsati erant in sedere: ab his enim sibi metuentes Judæi Christum sustulerunt: ita enim dixisse in Synedrio magno dicuntur; *Si ipsum ita dimittamus, omnes credent in eum, & convenient Romani, & auferent à nobis cum locum, tum gentem. Ioh. 11: 48.* Hinc Cæsaris amicitiam Christi conservationi præferentes dixerunt, *Non*

habemus regem nisi Cæsarem. Ioh. 19: 15. 2. Per abominationes intelligo sacrificia post unicum Christi sacrificium sine fide oblata, atque pro mediis & causis impetrandi à Deo remissionem peccatorum habita; quæ sine respectu ad Christi *πασχίαν* adhibita pro naufragia, non pro odore fragrantiae censentur. Hinc in sacrificiis pergentes, & umbrarum istarum corpus non admittentes, gentibus fuerunt assimilati, qui sanguine pecuino placare offensum numen studebant. Hoc erat finem legis ignorare, & abominandam victimam, Dei sanctitatem & justitiam abnegantem, altari impunere. 3. Cultus ille, qui fundamentis, ideam Dei corruptentibus, & filium ac spiritum sanctum ex Deitate excludentibus, ntitur, jure dicitur *cultus non Dei*: verum talis est cultus Judeorum in sacrificiis, ab iis oblatis, qui necessitatem satisfactionis à sponsore Christo præstandæ, nec non doctrinam de trinitate personarum in unitate Deitatis abnegant: quique ex Angelo Metatore cœrat faciunt Angelum, quem tamen collunt, invocant, & ut redeat ad eos reducendum implorant. Hunc cultum itaque à vero objecto deviantem, & figmentum cerebri loco veri Dei substituentem, meritò interpretatur Deus *cultum Dæmoniorum*: quia sicuti ortum debet seductioni diabolicae, ita nulli placet, nihi hisce. Adde, quod Judæi per kabbalam practicam & artes magicas eo prolapsi fuerint, ut crediderint per hanc kabbalam miracula ædi posse. Menasse Ben Israël Probl. xxii. de Creat. ita scribit. Multi sane reperiuntur, qui Dæmones istos adjuratibus suis advocant, & necromantias operæ mira admodum multa patrunt. Quin & libris quibusdam kabbalistarum, quales sunt Pireke Ehaloth, Raziel & aliorum, recensentur eorum nomina, exorcismi & incan-

exortationes. Tale exorcismi studium inter Judæos jam ante gentis Judaicæ excidium viguisse animadvertisimus ex Matth. 12: 27. & Att. 19: 13. Hanc artem diabolicam ut defendant verpx, Salomonem eam jam olim coluisse fingunt: atque hunc esse arcana scripturarum sacrarum usum blasphemii statuunt. Quidni adjiciam Judæos, à quo expiationis annuae mysterium non intellexerunt, ejusque relationem ad expiationem per Christum procurandam (à quo sibi nil præter corporalia spöndent beneficia) abnegarunt, se cultus averruncatorii reos fecisse, dum hircum emissarium Azazeli missum interpretati sunt munus Sammaëli datum (in Pirke Avoth cap. 46.) ne eorum sacrificia turbaret, ut exponit Lipmannus. R. Bechæ dicit. Quemadmodum quis cani frustum objicit, ne ob eo mordeatur, sic strata quasi viâ absque omni accusatione ad Deum sacrificium ejus ascendit. Scilicet ita Sathanas accusator populi eo die avertitur à quotidiano accusationis opere. Hanc textus istius acceptancem satis antiquam esse (licet absurdissima sit) vel inde patet, quod Judæi, qui pentateuchum in Ægypto græcâ ediderunt linguâ, huc satis manifesto respexerint, quando locum Lev. 16: 8. reddiderunt τῷ ἀπομπαῖν & hircum in desertum missum dicunt εἰς τὸν ἀπομπὴν vers. 10.: nam ut auctor est Pollux, ἀπομπαῖν dicebantur οἱ δάμιονες, οἱ μὲν θυτες τὰς ἀπας: ut Sammaël sic fiat Dæmon averruncus, ne damnum inferat, dono aliquo placandus. Accedit, quod Eliezer in Pirke Avoth, author satis antiquus, eam interpretationem ut genuinam adducat: & omnes Kabbalistæ antiquissimi eam uno animo receperint. Qui proin eo animo hircum emissarium Azazeli, Dæmoniorum principi, miserunt, ut illi cederet in munus placationis, ne accusatorem Judæorum eo die agat.

pud Deum: illi sanè cultu averruncatorio coluerunt Dæmonia.

4. Fateor adhuc unam, eamque haud parvam superesse difficultatem, quæ solvenda restat, si pede inoffenso pergere velimus. Nodus ille solvendus est, quomodo Judæi tempore Christi iconolatriæ hostes infessissimi, novorum Deorum fuisse inventores accusari jure queant; & quidem Deorum, quos non è longinquo acceperant, sed ipsi è propinquo introduxerant? Quicquid Judæi se jaçtent in Babylone ab idololatriæ criminis purificatos, & ab omni cultu gentilium impostorum se toto abhorruisse animo: nihilominus gentem hanc cum ignorantia veræ redemptions incidisse in cultum angelorum, quos sibi novos venerabantur Deos, gentibus incognitos, probandum nobis est, ut accusationis divinæ veritas palam fiat. Nihil notius est, quam *Judaorum Mætajologiam*, ubi de fundamentis legis agunt, decem numerare angelorum ordines, totumque opus gubernationis mundi inter illos dividere, ut nihil sit in univerto, quod non eorum curæ subjectum sit. *Maimon.* de Fund. leg. cap. 2. §. viii. *Varietas nominum Angelorum est pro ratione graduum ipsorum,* & propterea vocantur *Chajoth Ha-kodes* (qui è omnium sunt supremi) & *Ophannim*, *Oralim*, *Chasmalim*, *Seraphim*, *Malachim*, *Elohim*, *Filiī Dei*, & *Ischim*. Horum quorundam etiam in Thalmude mentionem fieri videre est in variis locis; & apud *R. Eliezerem* in cap. patrum cap. 4. ubi *mysterium Marcheva* seu currus divinæ majestatis exponit, atque angelorum illic ministrantium quatuor facit classes, sub suis principibus *Michaële*, *Gabriele*, *Urièle* & *Raphaële* agentium. Diversis rebus eos peculiares tribuere angelos (qui ob indefinitam rerum diversitatem innu-

innumeris sunt) ex multorum locorum collatione facile constaret. *Gabriel igni*, *Jorkamo* vero grandini ponitur à Deo praefectus. *Pesach.* p. 118. *Suriel* princeps facierum, seu angelorum coram Deo stantium dicitur. *Berachosh.* p. 51. *Lilah* est Angelus, conceptioni praepositus (*Nidd.* p. 16.) qui etiam Abrahami custodem egisse asseritur. *Sanhedr.* p. 96. DUMAH vocatur spiritus ventis praepositus. *Sanhedr.* p. 94. *Nekid*, custos panis & vini. *Pesach.* p. 111. Auctor libri *Zohar* fol. 108. Angelos mundi gubernio praefectos nominatim recenset LXVII, quorum catalogum refert *Bartolocci Biblioth.* part. I. fol. 228. Scio equidem Angelorum invocationem & cultum à novitiis Judæorum Magistris damnari; quales sunt *Moses ben Maimon* in tract. י' cap. 2. *Abarb.* in libr. **רָאשׁ אַנְמָה** cap. 12. aliisque plures: aliam nihilominus fuisse antiquorum (principiè Cabbalistarum veterum) mentem, haud difficile probatu est. Multa ex Hebraico penuario pro Angelorum cultu desumpta attulit antehac *A Voisin* in suâ Theol. Jud. Causam absolvit orationis formula, quam *R. Eliezer Ha-Kalir* composita, atque ut in die expiationum recitandam praescripsit, incipiens *אֲרוֹנֵמָה* *Aromem-cha*, *Exaltabo te* &c. totam ex Miss. codice producit *Bartolocci* in *Bibl. Rabb.* p. 1. fol. 192. quâ multi angeli nominatim compellantur, roganturque ut præsto sint apud Deum, & pro Israële in angustiis posito intercedant: & concluditur cum invocatione Michaelis Archangeli, quem Synagoga tutelarem credunt. **מִיכָּאֵל הַשָּׁר שֶׁל רְחָמִים** התפלל بعد ישראל לדור במרומים באור פני **מֶלֶךְ יוֹשֵׁב עַל כְּסֵא רְחָמִים** *Michaël*, princeps misericordiarum, ora pro Israele, ut dominetur in excelsum.

*celsis, in luce vultus Regis, sedentis super solium miserationum.*

R. Gedalja in scholiis ad R. Jos. Albo libr. 2. fundam. cap. 28. notat ab Hebræis in die expiationis canticum recitari ad Angelos Misericordiarum, eisque dici **חָלוּ נָא פְנֵי אֱלֹהִים** *deprecamini queso faciem Dei.* Multaque, ut salvâ istiusmodi orationis formulâ Judæi à peccato angelolatriæ excusari queant, frigidè discepunt.

Quibus in hunc modum expensis concludendum est *Judeos*, sub finem templi secundi viventes, & Christianam fidem pertinaciter respuentes, ad vivum retulisse, quicquid notarum in hâc cantici divini picturâ coacervatum fuerat, ut illi tanquam Christicidæ in fine temporum ita accusandi & justè puniendi dignoscerentur; utque damnatus ab iis Angelus foederis denuò ab eorum calumniis justificatus spectaretur.

Agnoscant ergo nobiscum Pii Lectores, quicquid hic Moses accepit, ut Dei penicillo de fine Reipublicæ depictum, atque ante tot secula populo accusato traditum, tam quoad accepta à populo per Dei clementiam beneficia, quam quoad eorum contra Christum commissa crimina, adeò exactè juxta historiam sacram & præsertim euangelicam, fuisse adimpletum, ut ne verbum quidem in vaticinio occurrat, quod per implementum historicum suam veritatem non assertam inventiat. Quæ in re profunda Dei sapientia & præscientia nobis adoranda occurrit.

## SCENA SECUNDA

*Exhibens denunciationem sententiæ, adversus  
ingratos rupis salutis occidores prolatæ  
vers. 19-28.*

## §. 1. Scenæ secundæ ratio.

**P**rodit hic aliquis quasi ex foro divino in publicum, qui post peractam κατηγορίαν & absolutam litis contestationem palam denuntiat, quid per divinam sententiam aduersus ingratos illos rupis salutis occisores & degeneres illos Jacobi posteros per modum poenæ statutum sit. Proin concipio hic eundem Moſen, qui in scenâ præcedenti egerat κατηγορίαν, nunc quasi alio in loco inter homines agere sententia contra apostatas Judæos latæ præconem; atque inter primum sermonem & hunc aliquam concipiendam esse moram existimo, sententiæ pronunciationi, quatenus est Judicis opus, tribuendam, eamque concipi ut in arcano Dei foro conclusam, & ad priorem convictionem definitam, sed jam quasi alio in loco extra illud forum per aliquem Judicis istius ministerium propalandam.

## §. 2. Argumentum præconii novi.

**A**rgumentum hujus præconii est *Judicis sententiā*, poenam in foro statutam definientem, cum quibusdam communicare; atque exinde imminentis polo

pulo refractario supplicium pro merito exaggerare, nec non per omnes partes ad vivum depingere. Pænam autem illam describendam respicere ultimum Reipublicæ Iudicæ, domusque secundæ exterminium ex sequentibus rationibus evidenter colligi existimamus.

1. Ex culpâ, propter quam poena illa gravior statuta concipitur, quæ fuit *crimen excise rupis*, quam contumeliosè excepisse & cadaver fecisse dicuntur: quod crimen à Judæis sub domo secundâ commissum, patrum crimina anteriora aggravat: posteris enim pejora patribus perpetrantibus tandem longanimitatem suam abrumpit Deus. Cumque poena crimen sequatur, sub secundâ domo committendum & cominißum, oportet imminens Reipublicæ & templo exterminium spectare excidium populi, sub domo secundâ ferendum, quod ultimum & totale fuit.

2. Ex gravitate poenæ, quæ deducitur ex ultimâ illâ irâ Dei, pro principio habente totalem *absolucionem faciem Dei*, quæ hos transgressores faceret zeli divini exemplaria, comparandos hâc in parte cum Sodomæ & Gomorrhæ incolis, qui sine spe restitutionis judicati sunt.

3. Ex notâ temporis, quo cum ista poenæ executio connectitur; componitur enim cum tempore, quo Deus illos irritaret & ad zelum atque iram proritaret per *non populum*. vers. 21. Adeoque conjungitur cum vocatione gentium, quas eorum loco amaret & adoptaret Deus. Eo sensu etiam Paulus hunc locum adducit, atque huic rei applicat, *Rom. 10: 19.* quem audire saltem Christianum interpretem decet. Neque negabit opinor Judæus *vocationem gentium* pertinere ad initia regni Christi. Jam verò nulla est vocatio gentium facta ante excidium domus primæ; ergò respicit tempus

tempus excidii domus secundæ , quo gentes multo numero visæ sunt legere Mosen & Prophetas , atque omnibus idolis profiteri Deum Abrahæ , Isaäci , & Jacobì , eundemque precibus colere , atque cultu rationali venerari :

§. 3. *Alloquium , ad quos directum ?*

**A**lloquium concipio ut directum *ad cætum gentium vocatarum* : loquitur enim de Judæis rebellibus , & contumacie convictis in tertią personâ , ut & *de filiis & filiabus rupis* , id est de credentibus ex Judæis . Unde sequitur hanc promulgationem sententiæ Divinæ notificari inter gentes , atque ita alloquium prœconis dirigi ad tertium genus hominum extra Judæorum consortium constitutorum , ut sunt gentes , aut *ex gentibus credentes* : nam verbum Dei promulgatum per hunc prœconem , si Judæos & que credentes ac incredulos excipias , auditores inter homines habere non potuit , nisi gentes in populum adscitas , aut adsciscendas saltē :

§. 4. *Scopus & ratio hujus promulgationis.*

**R**atio promulgandæ hujus sententiæ divinæ inter gentes , & quidem ante executionis ejus diem , nulla alia est , quam *defensio caussæ Christi* , argumen-  
to *ex condemnatione hostium ejus desumpto* : invitantur enim gentes , ut *severitatem Dei in Judæos ex suppli- cii gravitate perpendant* , atque exinde adscenderent ad *investigandam caussam tantæ iræ* . Describitur autem poena adversus Judæos decreta ut exemplaris , Judæos  
M 2 insignis

insignis alicujus criminis reos arguens. Ante pœnam illatam necit prœco supplicium cum crimine, quod est pertinacia in persequendo Christo in ejus filiis & filiabus, & in perpetuando odio adversus regnum Christi, quod sufflaminare & in herbâ opprimere cogitabant. Quod si Deus est vindex caussæ filiorum & filiarum Christi, etiam talis est caussæ Christi, qui justificatur, ut præter caussam excisus. Hinc palam est, debitam magnitudinem Christo rupi & Deo nostro non fuisse concessam à Judæis, sed blasphemiam gentis conspurcatam, ejusdemque nefario ausu ei detracitam: descenduntur enim ex divina vindictâ ab eorum vexatoribus sumptâ, qui suâ confessione illi justam magnitudinem attribuunt.

### §. 5. Analysis.

Prœco hujus sententia in Judæos latæ, atque quid paulò post futurum sit in antecessum ad majorem rei fidem notificans, describit.

- I. Tempus & causam abruptæ Dei tolerantia, quam erga Judæos exercuit. vers. 19.
- II. Sententiam Judicis, quasi verbotenus exceptam: quâ exponitur
  - A. Poena definita, Judæis imminens, per partes: quæ sunt.
    - 1. Rejeçtio populi externi per absconsonem faciem Dei. vers. 20.
    - 2. Provocatio Judæorum ad zelum & iram per vocationem & immisionem gentium. vers. 21.
    - 3. Afflictio toti populo cum ultimo exterminio inferenda: & quidem.
      - a. Terræ, olim sanctæ, nunc anathemate ferendæ. vers. 22.
  - B. In-

- b. Incolis terræ per varia excandescentiæ divinæ  
instrumenta. vers. 23. 24. 25.
- B. Poena modificata , ubi notatur
1. Restrictio excidii quoad reliquias. vers. 26.
  2. Causa restrictionis in uno studio consulendi glo-  
riæ suæ à Judice posita. vers. 27. 28.
- 

## EXPOSITIO TEXTUALIS

### *Scenæ secundæ.*

Vers. 19. **E**T vidit Jehovah , & sprevit . Id est , ut vidit Jehovah , ut sprevit . Sic duo verba se mutuo respicientia (utroque præfixam copulam habente) sèpè sensum consecutionis immediatæ exercent : ac verti potest in primo verbo per cum , in altero per tum ei respondentе. Vide Num. 10: 5. 2 Reg. 9: 2. Cum vidit Jehovah , tum sprevit ; id est , simul ac vidit , etiam sprevit . Nemo nescit ita Deo rō videre adscribi ἀνθρωποτάθως , atque abruptam Dei tolerantiam significare : concipitur enim Judex in crimen non animadver- tens referre speciem non videntis , & oculos quasi in alia conversos habentis : ast , quandò ea agit , quæ ad apparatum judicii faciunt , referre speciem redeuntis ad inspectionem caussæ . Videre Dei hic est , ad caussam agendam redire , atque in eos animadvertere : quod nihil.

nihil aliud infert , quam Deum post commissum crimen occisæ rupis non præcipitasse vindictam , sed aliquamdiu distulisse , ut adversariis in suâ longanimitate tempus concederet resipiscientiæ : ast tamen non ita distulisse caussam , ut planè negligeret . Verum , abruptâ tolerantiâ , oportune judicium præparasse , quantocijus eorum mens corrigi nescia fuit manifestata . Neque vidisse , quin simul spreverit . Cum vidit igitur est , cum caussam illam agere oportunum statuit , & quasi penitiùs inspexit . Conf. Gen. 11: 5. 18: 22. Psal. 14: 2. Videl Deus , id est cognoscit antequam Judicet . Psal. 10: 14. & hoc studium videndi illustrat parabola de sicut infrugiferâ , ad quam tribus annis venit , fructum quæsiturus . Luc. 13: 6. &c.

Tunc sprevis . Verbum ΥΝΙ convenit cum DΝΩ : nisi quod adhuc atrocius quid dicat ; atque rejectionem alicujus ut omni clementiâ indigni , & hominem nullius precii connotet . Conf. Prov. 5: 12. Jer. 14: 21. 33: 24. Thren. 2: 6. Innuit Deum populum hunc cum contemptu rejecisse , ut non amplius parcendum : quem olim censuerat ut peculium sibi pretiosum , nunc censuit , quam primum eorum pertinaciam vidit , ut nullius pretii , atque sibi inutilis , nomine populi & privilegiis etiam externis indignum .

Propter agritudinem filiorum suorum & filiarum suarum . Male quidam interpretes hos filios & has filias referunt ad progeniem illam degenerem : affixa enim suadent hæc accipienda esse de filiis Dei , seu rupis salutis : reliqui enim vers. 20. vocantur filii in quibus non est fides . De his filiis actum supra vers. 5. Habant filios & filias ex gratiâ regenerationis & adoptionis . ΟΥΝ hic notat vexationem , agritudinem patiens , quâ animus oppressorum affligitur . Vox cum , voce

voce in statu constructo , jam ægritudinem oblatam ,  
 iam acceptam notat , vers . 21. **כְּעַם אָבִיךְ** ægritudo ini-  
 mici id est , quam inimicus inferre solet . Hic verò **כְּעַם בְּנֵיךְ**  
 ægritudo filiorum ejus est ægritudo , quâ affli-  
 guntur filii Dei ab hostibus . Vel si per **כְּעַם** quis iram  
 intelligere malit , is notet , nomina affectuum quidem  
 saepius construi cum subjecto , unde LXX ναὶ παρόξυνη  
 ὅργην ὑπὸ αὐτῶν ναὶ θυγατέρων , quod Vulg . vertit ,  
 quia provocaverunt eum filii sui & filiae . Verum ali-  
 quando etiam nomen in constructione adhærens notare  
 objectum , atque sic vertendum propter iram in filios  
 suos & filias suas : prout nos hic accipiendum esse pu-  
 amus . Effectum hujus iræ est persecutio , seu vexa-  
 tio , quam passi ponuntur cum filii Dei , tum filiae ejus-  
 dem , sine differentia sexus ; adeò ut ne quidem peper-  
 erint sexum debiliorem . Hisce indicat *ætatis perversæ*  
*distortæ* pertinaciam , quâ post occisam rupem salutis  
 gens nondum satiata sanguine perrexit in oppugnatione  
 regni Christi , vel ipsos ejus subditos persequendo : ut in  
 persecutione capitis novæ istius generationis non exhauste-  
 int iram , verum ex odio in Christum nondum extin-  
 to vexaverint etiam eos , quos sibi adoptaverat in filios  
 & filias , qui que professione suâ rupi cedebant magni-  
 tudinem ; ne quidem testes dignitatis ejus in terrâ par-  
 centes . Hoc vitium pertinaciæ , resipiscientiam à priori  
 crimen excludentis , concipiatur ut causa abruptæ Dei to-  
 lerantia , & rejecti cum contumeliam populi externi : dum  
 Judex se componit ad vindicandum hinc sanguinem  
 Christi , illinc injuriam populo credenti illatam . Proin  
 nota temporis , quo Deus abruptâ suâ tolerantiâ se  
 composuit ad hostium illorum excidium , ponitur in  
 perpetuatione persecutionum , à Judæis adversus Christum  
 in Christianis motarum : quâ ista ætas comprobata fuit ut  
 incor-

incorrigibilis, & resipiscere nescia; omnem movens lapidem ad famam euangelii opprimendam.

Vers. 20. *Et dixit*, Deus ut Judex. Hoc dictum Dei concipitur ut jam jam in foro suo confirmatum, & quasi inter coelites pronunciatum; constatque habuisse rationem formalem sententiae, adversus pertinaces & obduratos corde inter Judæos late: quod jam notificatur in terris, dum exsecutio erat præ foribus, & vindictæ divine instrumenta ad justum supplicium reis inferendum se componebant, quasi ad id à Deo vocata.

*Occultabo faciem meam ab ipsis.* Onkelos: *abire faciam præsentiam meam ab ipsis:* Jonathan. *Separabo faciem benevolentiae meæ ab ipsis.* Hoc effatum continet initium malorum. *Facies Dei* concipitur in sacris, ut omnis lucis, vitæ, & gaudii causa: notatque præsentiam salutarem, gratiæ & fortissimæ tutelæ efficacem. Hinc omne suum bene esse in eo collocant, atque inde derivant fideles. *Psal. 44: 4. 31: 17. 80: 8.* Denuntiatio divina hic penam statuit occultationem faciei suæ: quod malum etiam prædicterat *Deut. 31: 17.* Conf. *Jes. 64: 7. Jer. 33: 5.* Præsupponit, Deum aliquando benevolam suam faciem inter illos manifestasse, partim manifestatione veritatis & gratiæ, per quam multos sanctificaverat: partim oblatione gaudii & solatii, etiam ex manifestis potentissimæ adversus corporalium & spiritualium insultuum defensionis exemplis; quod privilegium gentis Judaicæ fuit, etiam quamdiu Deus tolerantiam suam exercuit inter eos. Verum abhinc sequeretur omnis lucis, gratiæ, & tutelæ ablato: undè etiam exspectandum eos tali patrocinio privatos, in omnia mala & calamitates incursum. Continet itaque sententia hic *judicium indurationis & traditionis in manus hostium.* Primum quidem, quia inde sequeretur, quod Ju-

udæi, suis relicti præjudiciis à cognitione Dei & foede-  
is ejus magis magisque recederent, atque regnum Dei  
non cognoscentes solidâ spe regni Christi exciderent.  
Alterum verò judicium inferret omnem tutelæ divinæ  
stitutionem, imò negatam inter crudelissimas ho-  
rum lanienas miserationem: quia velaret Deus quasi  
culos suos, ne ad plagatum conspectum ullâ tangatur  
ommiseratione.

*Videbo, quis sit futurus finis eorum? seu ultimum  
orum.* Nota ut finem seu extremum populi prædixerit.  
Hebr. אַחֲרִית est postrēma rei pars: ut sic innuat ex-  
terminium, quippe quorum rebus finis imponeretur,  
cum ex ad extremum essent venturæ. *Videre* Deus dicitur  
cum affectu, ut notet cum jucunditate intueri horum ulti-  
ma, quæ in destitutis auxilio divino semper sunt maximè ca-  
mitosa. Solet Deus improbis, quando commeritæ  
gruunt calamitates, minitari, se non solum non fle-  
rendum commiseratione, verum eos etiam insuper irru-  
rum. *Prov. 1:26.* Hunc impetu & hoc mali incre-  
mentum hic notare oportet: se dicit non solum eos de-  
spectum, illisque gratiam & opem negaturum, ve-  
rum etiam eos ludibrio habiturum, quando ab illis  
œnæ debitæ repeterentur: quasi dicat cruciatos & ex-  
arnificatos, atque cum exitio luctantes cum contem-  
tu & irrisione contemplabor, atque pascam hoc suppli-  
o oculos meos veluti jucundissimo spectaculo. Sic ir-  
fio & subsannatio in calamitosissimis malis, pars peracer-  
a supplicii est.

*Nam generatio distorta sicut ipsi.* Dicebantur vers.  
. הָרָע עֲקָשׁ וְפָתָלֶל. Hic audiunt *תְּחִפּוֹת*  
Generatio seu ætas tortuosatum. Iste Hebraismus no-  
nat homines, verbum Dei pessimè torquentes, atque ad sua  
N præ-

præjudicia de Messia ejusque regno & justitiâ propriâ confirmando trahentes. Hoc vitium contorquendi dicta Dei eaque pervertendi notatur etiam apud Prophetas.

*Jes. 5: 20.*

Justificatur ab eo crimen judicium *absconsionis faciei Dei ab ipsis*, & calamitosi *exitii eorum*, tam gaudio spectandi: quippe qui Angelum faciei non cognoscentes in scripturis, illam clavem cognitionis occultaverant à plebe (quæ causa fuit, quod eum rupem salutis adeò turpiter exceperunt) illi digni erant, ut *facies Dei* ab ipsis occultaretur.

*Filiū, in quibus non est fides: seu fidelitas. Filios eos vocat κατὰ δόξαντα, propter jactantiam eorum, quā se gloriabantur esse filios Abrahami, atque ejus gratiā etiam Dei: verum jactantia istius temeritatem indicat, dum negat in iis esse fidem seu fidelitatem. Vox γένος non adeo notat fidem, quā quis credit, quam quæ causa est, cur alicui credatur. Ita illis stigma inurit perfidiae & foedifragii, eo quod fidem datam in adstipulacione foederis non præstiterint: contra ac Abrahamus fecerat. Etiam hac accusatione judicium decretum & paratum justificat: qui enim fidem non præstant, foedus Dei faciunt irritum, atque protervè violant: quare ex justo & æquo foederis promissis orbantur: Deumque non amicum, sed hostem experiuntur.*

Vers. 21. *Ipsi Zelare me faciunt per non Deum, vel in non Deo. Præpositio οὐ cum hoc verbo constructa, aut medium provocationis ad Zelum, aut Zeli divini objectum denotat. Conf. vers. 16. In scenâ anteriori crimen scortationis spiritualis huic populo objiciebatur per modum accusationis, in hâc vero scenâ à Judice allegatur ut causa severioris in illos animadversionis, atque ad judicii decreti justificationem facit. De hoc fornici-*

fornicationis spiritualis crimine in sacris multiplex extat querela , vide Psal. 16: 4. Jer. 3: 2. Hos. 9: 1. Zelus autem Dei proritatus est gloriae divinae sic laesae intensissimus amor , ejus vindicias cupiens. Quasi dicat ; illi amasios suos perditæ amando mihi sponso fidelissimo latam fidem turpiter violarunt , atque notam infamiae nusserunt : unde gloriae meæ amor à me postulat , ut hanc rigidius vendicare à deperdito hoc hominum gene- e eorumque injuriis non negligam.

*Ægre mihi fecerunt vanitatibus suis.* Hoc ipsum uoque accusationis caput , adductum vers. 16 , huic transfertur ad sententiam Judicis fundandam: nisi quod abominationem loco hic ponantur vanitates , quæ duo se mu- uo explicant. *Vanitates* dicuntur , quarum observantia , ac maximâ cum pompa celebretur , & cum spe sum- ae utilitatis , nihilominus nullum usum præstat , atque obseruantem spe suâ destituit , dum eventus imaginariis uictibus haud quamquam respondeat. Talis est observantia gis abrogata & præceptorum hominum ; præsertim uandò fit cum opinione erigendi in iis propriam justi- am , & cum abnegatione regni Christi spiritualis. Hoc diuini vanitatum , causa cum fuerit contumeliosa re- cotionis rupis nostræ ( adeo ut ei inter rejiciendum terbissimos intulerint dolores ) exaggeratur ab effectu , quo ægre fecerint Deo Judici , atque cum ad justam pro- caverint iram.

*Et ego illos Zelare faciam per non populum , vel in*  
*n populo.* Vide judicii æquitatem , cuius est per le-  
*m talionis par pari referre.* Phrasis metaphoram con-  
*uet;* translatio ex isto amantium ingenio desumitur ,  
*uo amans , sibi parem non rependi amorem animad-*  
*ttens , ipse quoque amorem suum aliò deflectit , &*  
*eius conspectu , à quâ se despectum dolet , alteram*

suscipit, & ut despiciens invidiā rumpatur, beneficiis cumulat. Sic amantium in morem *Deus* concipitur agere velle cum Judæis, foederis desponsationis ruptoribus; utpote qui par pari referre sponsæ ingratæ & perfidæ volens, amorem transferre statuit ad gentes, atque ex iis sibi sponsam electam adornare, & in Judæorum conspectu omni beneficiorum genere accumulare, quo Judæos vehementius ureret. Sanè si maritus adulteram uxorem repudiet, & ipsa intuente ejus loco ancillam ducat aut mendicam, cui monilia priori crepta tradat; utique id non potest non pessimè eam habere. Veluti cum Ahasuerus repudiata reginâ Vashti ejus loco sibi junxit Estheram, ex captivis Judæis adductam. Hoc modo autem se acturum cum Judæis minatur Deus: ut iis ob gravissima flagitia repudiatis, velit prærogativis eorum donare gentes: in quibus continetur rejectio Judæorum cum vocatione gentium. Huc saltem collimare præsens effatum docet nos Spiritus Sanctus per applicationem Paulinam. Rom. 10: 19. Sed dico, numquid Israël non cognovit? Primus Moses dicit. Ego vos ad æmulationem adducam in non gentem: in gentem insipientem vos ad iram provocabo. Ubi nos docet gentem Israeliticam ex isthoc Mosis vaticinio cognoscere debuisse vel saltem potuisse gentiles (quos illi adeò præ se contemnebant) ex istâ vilitate ad filiorum dignitatem extollendos, atque pervicacium Judæorum loco substituendos fuisse, etiam ad eorum lumen & æmulationem. Non populus audit gentilium ex civitate Dei exclusorum congeries, ex quibus multos pro amore suo in eos converto per gratiam vocationis ad se adducere, & multimodis gratiæ donis accumulare Deus statuerat. Dicitur hoc Judæis pertinacibus cessurum in argumentum Zeli seu æmulationis, qui lividis hæc oculis respic-

respicerent; ut hoc se sit habiturum per modum *judicii*  
& *retaliationis*: quippe quibus invidia foret impedimentum ingrediendi in regnum Christi; propter odium in gentes, tam splendide admissas.

Per gentem stultam ipsis aegre faciam. Pergit judicium hoc in poenâ secundum jus talionis definitam. Qui domino suo aegre fecerant, illis jam judicium retaliationis adjudicat aegritudinem, & sensum doloris ad iram stimulantem. Hoc Deus faceret ut *Judex*, qualescumque vexationes immittens in eos, qui ipsum & filios ac filias suas multis modis vexaverant. Instrumentum vexationis definit gentem stultam. □ יג.

Vocantur *gentes*, quotquot ex Israele ortum non habebant, quoniam nunquam sub Deo rege lege divinâ se disciplinari passi fuerant: undè semper fuerant Barbari. Gens in singulari notat hic singularem ex omnibus nationibus gentem, cuius manum adhiberet *Judex*.

*Stulta* dicitur, quatenus erat verâ sapientiae cognitione destituta, imò opinionibus stultissimis in cultu idolorum infatuata. Vers. 6. populus Israëliticus impingens in rupem salutis audiebat *populus stultus*, ubi de voce

נְבָל diximus: atque ponantur ejusdem ordinis gentes in suo gentilismo, ac Judæi sine fide in Judaismo. *Stulta* dicitur *gens* in relatione ad *vanitates* *Judeorum*; videbatur enim oppositio ex lege talionis facienda postulare, ut aut in priori effato huic respondentे *stultiæ* ponerentur, tanquam irritationis Dei causæ; aut hic loci *gens vanæ* diceretur. Verum Moses illa inter se commutat ut *ἰοδίβαρα*, & ejusdem valoris; *stultiæ* enim est Deum Deique amicitiam in vanitatibus quærere, seu per sanguinem pecunium, aliaque superstitione velle Deo conciliare. *Sententia* ipsa poenam in eo constituit, quod Deus Judæis, vanitatum studiosis;

ægre faceret , eos vexaret , & ad furorem concitaret per irritationes gentis stultæ , & quidem eo usque , donec conceptâ animi ægritudine ex vexationum illatarum magnitudine , animi impatientiam proderent , atque adversus vexantes insurgerent.

Vers. 22. Hic versus tertium Judiciorum gradum , seu tertiam pœnarum decretarum speciem describit , quam *in igne* , *in nabo Dei ardente* , constituit . Sed antequam rem ipsam expendere aggrediamur notandum est , interpretes suis in versionibus hic præter causam tempora mutare , nec præterita satis à futuris distingue-re : quatuor enim enunciationes verbis præteriti temporis exprimuntur : quinta utitur verbo in futuro . Has temporum anomalias , quas tam facile interpretes admittunt , nos præter urgentes necessitates non pati-mur introduci : proin hic videndum , quem sensum verba , ejectis anomalis , fundere possint . Nos in primâ enunciatione animadvertisimus , per accentum distinctivum post voces וְנִי earum sensum non nihil dirimi à proximè sequentibus , atque adeo per ellipsis relativi וְשָׁנָה (quæ frequentissima est in sacris) eo in loco supplendam , omnia posse restituи salvis temporibus . Vertamus ergo verba in hunc modum . *Quoniam ignis adest* , qui *in nabo meo succensus fuit* , & *exarsit usque ad infernum infimum* , & *absumpsit terram atque proventum ejus* , *atque inflammavit fundamenta montium* ; *accumulabo in ipsis mala*.

Nam ignis adest . Zelus Dei comparatur cum igne aliquo ardente , quatenus sub se iram comprehendit , quæ multa absumit & destruit . Quando voluntas Dei concipitur , ut rigidiores adversus improbos poenas statuens , *ira* dicitur : quando istæ poenæ decernuntur ad vindicandam gloriæ diuinæ læsionem zelus ; ab effectu futu-

futuro , qui est consumptio & destructio reorum ignis ; qui *ad esse* dicitur , dum causa non solum poenarum adest , verum dum judicia in promptu & parata sunt . Confer de hoc igne . Deut . 4: 24. Psal . 7: 5. Zeph . 1: 18. 3: 8. Hinc etiam tribunal Dei referebat speciem ignis . Ezech . 1: 27. Psal . 50: 3.

*Qui succensus fuit in nāso meo : alii in irā mēā.* Hoc ἀνθρωποτάθως dictum esse , quilibet videt ; faciuntque ad exaggerationem iræ , contra Judæos perfidos concep̄tæ . Exaggeratio provocat ad comparationem ejus cum duobus exemplis singularibus , in sacris notatis . Quasi dicat , *ignis adest haud absimilis ei , qui olim succensus fuit in nāso meo* ( seu irā mēā ) *ut exarserit usque ad infernum seu orcum inferiorem.*

*Et exarsit usque ad orcum inferiorem.* Hæc conjungimus cum priori enunciato , tanquam effectum cum uā causā . Multum laborant iterum interpretes , ut euant , quid sit *ad orcum inferiorem usque ardere ?* Plures vim verborum nimium elevant . *Quis nescit ? irā* Dei quondam in Sodomæorum civitates ignem demissę , cuius operā non tantum istæ civitates fuerunt combustæ , sed etiam ad orcum usque absumptæ : deflagrata enim materiā sulphureā quicquid supererat in profundissimam maris mortui voraginem cum subversione præcipitatum fuit . Nec mirum textum sacrum ad hoc severitatis divinæ provocare exemplum , quoniam ultimum Judæorum supplicium , ut anathema eis inferendum , s̄epius cum isto confertur exemplo . Conf . Deut . 9: 23.

Adde hoc severioris supplicii exemplum cum in finem monumenta sua erecta habere juxta vel potius intra terræ sanctæ terminos ; ut Judæis ipso conspectu documento essent , ne in similia crimina incident : alias enim sancti-

sancitatem terræ simile judicium non aversuram à colonis suis , prædamnatorum exemplum sequentibus.

*Etiam absorpsit terram & proventum ejus.* Vide alterum specimen vastationis , quam immiserat antehac ira Dei. Hoc specimen exhibetur in primâ terræ sanctæ subversione , per Chaldaeos factâ ; atque adducitur ne putarent à terræ dignitate , postquam Judaicæ gentis evasit hæreditas , tantam cladem alienam esse. *Ignis* sepè dicitur comedere & absimere , atque tunc plenariam notat desolationem ; quæ applicatur *terrae* , in quantum hominum industria , variis ædificiis & civitatis bus antea fuerat exculta : quibus destructis , incolis partim cæsis , partim in captivitatem abductis , jure merito *terra* concipitur ut *absumpta*. Hoc idem dicitur de *terrae proventu* , vitibus enim arboribusque excisis , agrisque neglectis omnis terræ proventus spectatur ut absorptus.

*Et inflammatuſ funda‐menta montium* ; atque sic desolatio concipitur ad ipsos montes funditus penetrasse , eosque plane subvertisse , in quibus afflicti quærebant refugium. Nota ignem jam accensum sic comparari cum igne , qui antehac talibus effectis conspicuus fuerat , ut tenerent , quod non minor ipsis immineret ab hoc igne vastatio , quam olim experti fuerant , quando-quidem rediret Deus ad gloriæ suæ , tam petulanter læſe , vindicationem.

Vers. 23. *Accumulabo in ipsos mala.* Redit sermo ad futura , atque exponit omnem vim iræ divinæ , quam abhinc exerceceret. *Mala* hic sunt qualiacunque *mala tristia* , ex irâ Dei profluentia , atque supplicii rationem habentia , quæ populum istum , cum absconſione faciei Dei rejectum , opprimerent. *Accumulatio* malorum infert longam afflictionum successionem , quæ

quæ se mutuo è vestigio sequentur, atque in cumulum malorum assurerent.

*Tela mea consumam in eos.* Concipitur *Judex*, ut qui statuerat contra rebelles se arma sumptuaria, quibus in bellum prodeat, quæque perfidis illis opponeret, ipse iis in hostem conversus. *Conf. Jef. 63: 10.* *Tela Dei* hic notantur, quæ sunt cujuscunque generis calamitates, tanquam totidem suppliciorum tela acerrima, ad facinora hominum plectenda divinitus intorta: quæ metaphoræ etiam occurrit. *Job. 6: 4.* *Psal. 38: 3. 64: 8.* *Thren. 3: 13.* *Zach. 9: 14.* Rationes metaphoræ sunt, quod istæ calamitates telorum instar eminè conjectæ, hostilem populum ferirent, atque imparatum & nihil minus opinantem obruerent, ut priùs lethale vulnus sit excepturus, quām ictus praeditus aut declinare quēat; quæ ex divina vindictæ latibulis celeri nè immitterentur. In horum telorum conjectu notandum 1. Deum hostiliter & acriter priùs arcum suum intendere, ut quo adductus fuit vehementius, eo graviores habeat emissiones. *Psal. 7: 13.* *Thren. 2: 4.* Dein 2. Deum in excutiendo arcu dexteram quoque suam firmare, id est, sagittam manu premere, ut certiori & penetrantiori vulnera feriat. *Psal. 38: 3.* Porro 3. Pharetra Dei describitur *venenatis gruvida sagitis*, quæ veneno tinctæ lethaliter feriunt. *Job. 6: 4.* quæ propter ea *vasa mortis* audiunt, id est, instrumen ta mortifera; quia insanabile prorsus ac mortale vulnus inferunt. *Psal. 7: 14.* Imo 4. Collimantur à peritiissimo arquite Deo in eam maximè partem, cui graviorem & acerbiorum dolorem inurant; hinc corda aut renes petunt. *Thren. 3: 12.* *Psal. 45: 6.* Tandem 5. Illud divinis tribuitur telis, ut ipsa peritiissimè conjecta, altequæ renibus cæterisque visceribus infixa, sanguine

guine repleantur & quasi exstaturentur. Conf. vers. 42.  
hujus cantici.

Quandò dicit *consumam tela mea*, perpetuat metaphoram, ab arquitibus desumptam, qui à jaculando non absistunt in bello, donec telum ultimum proce-rint, atque pharetram planè evacuaverint: ita quoque sc̄ acturum statuit Deus cum Judæis (quippe omnibus qualiumcunque suppliciorum & calamitatum telis iracundiæ suæ pharetram exhausturus) donec nullum vindictæ genus reliquum sit, quod in hostes istos non effuderit. Nota ergo telorum multitudinem, famem, pestilentiā, hostiles cædes, bestiarum incursus, & que in sequentibus porrò numerantur: nec non omnium istorum malorum immuissionem, donec Deus penitus perfecerit vindictam suam, inculcari.

Vers. 24. *Consumpti erunt fame*. Junius ex eos. Coccejus *ustos fame*. Hi radicem Chaldaicam נִזְבָּן agnoscunt, quod verbum occurrit. *Dan.* 3: 19. atque *urere* & *succendere* significat: atque ejus participium in nostro textu occurrere autumant, ubi legimus מִזְרַעַב נִזְבָּנִים Doctissimus Capellus vocem יְמִינָה potius nomen esse quam participium vult, vertitque *ardores famis*, quod haud quaquam respuendum videtur. Primum itaque vindictæ divinæ telum ponitur *fames*, sæpius in lege Dei inter plagas numerata, quâ Deus ingratos puniret. *Lev.* 26: 28. 29. *Deut.* 28: 22-24. Durum telum necessitas, præsertim ad *famem* incre-  
cens. *Ezech.* 5: 16. Huic tribuuntur *ardores*. *Thren.* 5: 10. Solet enim *fames* instar flammæ omnem succum vegetum exaurire, certamque mortem inferre, dum vitales spiritus depascit, atque absumit. Malum sanè horrendum, atque molestissimo sensu homines enecans, & ferè ad rabiem redigens.

Et

Et comedisti anthracē: vel potius juxta Cl. Capellum,  
 & aestum anthracis. Quidam vocem **לְחַמֵּי** derivant à  
**לְחָם**, & tanquam participium accipiunt: ast vir Do-  
 tissimus derivat à **חַמָּה** præposito *lamed*, ut in sin-  
 gulari sit **לְחוֹם**, eodem modo atque **לְאַמָּם** popu-  
 lis à verbo **אִמָּם**, in plurali **לְאַמְּתִים**, sicuti hic  
**לְחוֹמִים**. Vox **רַשֶּׁף** *prunam* denotat; hic autem  
 enit pro *anthracē*, ulcere videlicet pestilentiali sum-  
 mis ardoribus maximum hominum nuinerum enecante:  
 abet enim immodicum aestum, quo viscera torrentur,  
 ammisque fatiscunt, cuius indicium rubor & anhelitus  
 gneus; lingua aspera tumet, & ora arentia auræ ca-  
 tandæ inhiant.

*Et pestis amara.* Vox **קָטָב** significat malum exitia-  
 , & qualemque exitium, conf. *Psal. 91:6. Jes.*  
*8:2. Hof. 13:14.* Verum, quoniam cum anthra-  
 ce cōpulatur, exitiale notat contagiem, atque luem  
 bito enecantem. Hinc vox censenda est metaphorici  
 um *pestis* descriptionem continere, adeo ut hic mor-  
 us conjungatur cum suo symptomate. *Amarus* au-  
 tem dicitur ille morbus; quia ingratus & horridus; non  
 alium ob gravissimum, quem inurit, doloris sensum;  
 sed præ primis, quia lethalis est; *mors* enim ut res *a-*  
*mara* sèpius occurrit. *1 Sam. 15:32. Jes. 38:17.*  
*Reg. 4:40. Psal. 64:4.*

Observa jam hic secundum occurrere malum, priori  
 ecumulandum, quod rationem formalem habet secun-  
 dæ sagittæ, in gentem hanc rebellem immittendæ; ut  
 ost famem sequatur pestilentia, eique superaccedat  
 unquam comes, & suppliciorum incrementum. Ita in-  
 ter supplicia divinitus intentata, etiam pestilentia recen-  
 setur.

setur, *Ezech. 14: 21.* Confer quoque *Lev. 26: 15.*  
*16. Deut. 28: 20. 21.* *Hiskias*, ex hoc morbo de-  
 cumbens, queritur (*Jes. 39: 12.*) *descenderunt in me*  
*sagittæ tuae.* In obsidione Hierosolymæ hanc plagam  
 minatur Deus. *Jes. 5: 14.* *Ezech. 5: 12.*

*Et dentem bestiarum immittam in illos.* Instrumenta novi supplicii hic designantur; *bestiae* videlicet, id est fera animantia, viribus valentia, & ad dilacerationem hominum prona: qualia sunt *leones*, *pardi*, *ursi*, atque *lupi*, quibus aliquando & homines cedunt in cibum. *Immittendi* verbum videtur esse castrense, atque accipendum de incursu hostili; *Deoque* tribuitur, ut aduersus hostes suos expeditionem bellicam facienti, & instar belli Ducas res moderanti. Nota hic malum tertium, instar *sagittæ* seu teli immittendum; de quo suppliciorum ad vindictam immittendorum genere vide. *Jer. 15: 3.* *Ezech. 14: 15.* *2 Reg. 17: 25.* Hoc etiam fieri, quando redacti in potestatem hostium, feris ad dilaniandum objiciuntur, quilibet agnoscat mecum. Ita *Daniel* damnatus fuit ad foveam leonis.

*Cum veneno repentium in pulvere.* Hic stylo poëtico per periphrasis *repentes in pulvere* vocantur *angues* & *serpentes* *venenati*: quibus *venenum* tribuitur tanquam malum mortiferum; quos enim serpentes dentibus vulnerant, illi infuso vulneri succo venenosø, subito, excitata in sanguine effervescentia, qua ejus crasis solvit, moriuntur. *Hæc* nova Dei, vindictam sumentis, sagitta est, quæ ad hostium suorum uteretur exterminium. *Hanc* plagam minitatur Deus etiam. *Jer. 8: 17.*  
*Amos. 9: 3.*

*Vers. 25. Foris orbabit gladius.* Est sanè *gladius* instrumentum in bello potissimum, quo strages editur inter hostes: undè synecdochice qualiacunque armorum gene-

genera sub sese comprehendit. Nihilominus notandum, ebus maxime usum esse, quando cominus pugnatur, & eruptis aciebus hostes in fugam dati sternuntur: atque sic connotat viatorum inter viatos edendas strages. Effectum gladii in manu viatorum dicitur *orbare*, seu orbos facere, quod ex adultorum casu sequitur, dum filii parentibus orbati evadunt orphani. Hoc præstaret gladius *foris*, quicquid in agro est, aut extra munimentum ultimi refugii: ita nimurum hostes terram pervadendo, omniaque depopulando, Rempublicam subvertent, maximamque prædam, hominibus occisis, bonisque direptis, agerent. Notate hic quartum malum, quod anquam gravissimum Dei judicium ingratiss illis rupis contemptoribus eveniret, bellum scilicet cum horridis suis effectis. *Levit. 26: 16. 17. 25.* *Deut. 26: 25. 47. 8.*

*Et à penetralibus erit terror.* Vox אִימָּה terror hic notat terrorem panicum, qui maximam parit in gente confusione, ut nesciat, quid sibi faciendum sit; unde consiliorum fluctuatio, & dissensus intestini supra modum defensionis; imò desperatio, & desperata molimina; quæ aliquandò erumpunt in mutuas cædes. Concipiuntur post agros depopulatos etiam confusiones in munimento præsidiali. חֲרוּבִים sunt intima ædis alicujus penetralia, seu conclavia, ex quibus prodiret malum terribile. Videtur templum respicere, ex cuius atriis & penetralibus exitium immineret omnibus, in prædio istius urbis ad tutelam inveniendam coaliatis, & quidem à condonesticis in ipsos excurrentibus: quod malum præ reliquis erat metuendum.

*Cum juvenem tum virginem, laetentem cum viro tano.* Scilicet gladius feriet. Non caderent tantum qui arma gerebant, sed etiam inermes: atque hostium, quos

quos contra hunc populum degenerem adduceret scele-  
ris perpetui vindicta, tanta foret crudelitas, ut nulli  
parceret sexui, nulli etati, nullius haberet discriminem:  
deo ut nec juvenem adolescentiarum flos, nec virginem  
decora species, nec latitentem insita etiam feris commi-  
seratio, nec senem denique reverentia eriperet ex malo.  
Est haec extremæ saevissimæque cædis exaggeratio fre-  
quens in sacris: vide 2 Chron. 36: 17. Jer. 51: 22.  
Dum itaque nemini parcendum definit Judex, belli e-  
ventus notatur cum lumino populi ingratii exterminio.

Vers. 26. *Dixisse.* Verbum in indicativo verti-  
mus in subjunctivo; quia versus sequens monet Judi-  
cem abstinuisse ab hac pronunciatione, & non dixisse,  
quod justitia dicere exigebat; quod est moderantis ju-  
dicium peccato promeritum; quodque est justitiae arbit-  
triarie, quæ in tempore supplicia modificat, cæterum  
poenarum reservans ultimo judicio. Cohibitio ab istius  
sententiae pronunciatione notatur verbis nisi timerem,  
& firmatur ex relictione reliquiarum disperitarum. *Di-*  
*cere* hic idem est ac præcipere, & mandare, atque ita  
ex tribunalii pronuntiare de exscindendis populi reliquiis  
usque ad omnem memoriam deletionem.

*Ad angulos usque queram eos.* In textu legimus  
אֶפְאַיְרָה pro אֶפְאַיְרָה. Verbum nullibi nisi in  
hoc loco amplius occurrit; quod tamen satis manifesto  
voci פְּנִים suum debet ortum, quæ angulum alicujus  
agri notat. Malè enim legunt, ac si tres vocula distin-  
ctæ essent in textu אֶפְאַיְרָה, qui vertunt cum vul-  
gato, ubinam sunt? divellunt enim in textu conjuncta  
& arcta coherentia. Invenias hanc voculam in lege,  
agros demetere jubente, relictis tamen in pauperum u-  
sum angulis. *Livit.* 19: 9. 23: 22. *Deut.* 24: 19.  
unde in *hiphil* הַפְּנִים, quod quidam vertunt in omnes  
angul-

angulos dispergere , & releggare , quosdam Rabbinos  
secuti ; Verum hoc minus placet , cum quia textus a-  
git de poenâ non inferendâ , licet promeritâ ; cum ta-  
men actualis Judæorum dispersio , quæ ipsos cogit ubi-  
que agere inter gentes , poena fuit revera illata . Tum  
quia poena ejusdem ordinis sequitur , quæ minus cum  
hoc effato cohæreret , quando additur , *cessare faciam*  
*inter homines memoriam eorum* ; quod sane dispersioni  
contrarium est , quæ conservationem memorie Judæo-  
rum includit . *R. Salomo Jarchi* vertit , *constituam*  
*os angulum* , quod exponit , abjiciam eos à me , ut  
ant liberi , & pateant omnium direptioni , uti angulus  
gri , quem non demetebant , relinquebatur cuiusvis  
transfuntis pauperis arbitrio . *Jonathan* , & *reliquum*  
*faciam ex illis partem* , quemadmodum vir , qui deme-  
rit agrum suum , & relinquit partem aliquam . Verum  
tū interpretes incurruunt in eadem vitia cum prioribus .  
*Ielius Abarbanel* . *Colligam eos in angulum* , ut *ces-*  
*sare faciam ab hominibus memoriam eorum* : si enim , in-  
quit ille , in uno angulo degant , facilius possunt op-  
rimi , quod factum in decem tribubus , quas Salma-  
nassor in unum deportavit locum , undē facillimè ea-  
cum memoria periit . Ast noluisse hoc Deum , propter  
ostium jactantiam innuit , qui eos non in unum angu-  
lum coëgit , sed per universum orbem dispersit . A-  
proposito , licet in uno altero regno , ut in Angliâ ,  
Gallia & Hispania fuerint exterminati ; non tamen de-  
stra est tota gens , sed in multis terris superstites me-  
moriā suā conservant .

Omnium optima versio est , *ad angulos usque que-*  
*m ipsos* : seu ad verbum *angulabo ipsos* , angulos  
eos cum agro demessurus , nihilque non exsecatum  
dicturus . Ita Messem suam inter eos , ejusque exten-  
sionem

sionem exponit Deus, nisi quid obstaret, ad angulos usque inclusivè futuram. Jussisset itaque ut ipsi agricanguli extremi à messoribus demeterentur, & hostes Iudeorum residuos perquirerent in angulis ad plenariam eorum deletionem & internacionem, nisi gravis ratio contra agendi id prohibuisset. Supponitur itaque missis ampla, in qua agrum suum demeteret, ac exinde resecaret Iudeos: moderamen tamen est, quod reliquia populi dispersæ in naultis locis manerent, & quasi in angulis terræ.

*Faciam cessare inter homines memoriam eorum.* Hic iterum proponitur poena singularis promerita significans totius gentis abolitionem. Conf. Exod. 17: 14. Job. 18: 17. Psal. 119: 13. Scilicet futurum fuisse, ut ne leviter quidem impressum in terrarum orbe vestigium relinquoretur, quod eorum extinctam memoriam revocare posset. Concipitur iterum hæc pena tanquam æqua & crimi ab iis perpetrato condigna, quam jus talionis postulare videbatur; quæ dictabat sanæ oblicationem Dei, cuius memoriam non coluerant hi apostatae vers. 18. jure hic venire puniendam *ablationem memoriae transgredientium de terrâ.* Quod factum fuisset, nisi aliquod obstaculum fuasset aliud.

. Verl. 27. *Nisi ægritudinem inimici timerem.* Hæc igitur vera ratio & causa fuit, cur non ipso in angulis exsiderit, memoriamque eorum sustulerit Deus, vindicem læse gloriae agens. Qui hic *inimicus* audit, mihi est *Diabolus*, omnium inimicorum nominis Dei dux atque caput, qui abnegationis gloriae rupis author est, & consiliarius, atque ad hoc crimen suos incitat. Huic tribuitur **DVD** *ægritudo*, seu dolor ex manifestata in rupe gloriae Dei: cuius abhinc studium est excepç:à ira & indignatione opera Dei male interpretari. Hic ad dol-

dolorem suum leniendum , & qualemcumque vindictam  
repetendam , conatur gloriam Dei quâ pote obscurare.  
Ils author est omnis blasphemiz in Deum , & seductio-  
nis gentium , nec non persecutionum , quas adversus  
veritatis professores movent Tyranni : hæc enim omnia  
ab ægritudine istius inimici erant exspectanda. *Timere*  
dicitur Deus ægritudinem Diaboli ita compositam ad  
gloriæ Dei insultandum , ἀνθρωποποιῶς : nulla enim cau-  
sa est , cur Deus hunc inimicum respiceret tanquam se-  
potentiem , quasi ejus iram cohibere non posset : sed  
tolummodo respicit ejus dolorem , ut malum quæren-  
tem , gloriæ suæ contrarium , cui antidotum parare  
vellet & obicem ponere , ne hostis scopum suum planè as-  
sequeretur : sicuti enim in metu est perceptio mali , ut  
minnentis & minitantis , unâ cum voluntate illud pro  
iribus avertendi , aut declinandi : ita in Deo consilium  
uit eum eludendi scopum , quem ad damnum gloriæ  
suae inferendum sibi præfigebat inimicus , maloque  
tentato mature per ea occurrendi media , quæ id facile  
vertere poterant ; seu isti media eripiendi , quibus ad  
nem suum abuti posset. Notandum interim non di-  
vere divinum hoc effatum , quod nullus foret ægritudi-  
ni inimici locus , sed quod eum , ægritudine occupa-  
tum , certo quodam destituere arguento voluit , quo  
gentium seductionem juxta humanæ sapientiæ præ-  
judicium poterat abuti ; quippe qui hanc posteriorum  
Abrahami abolitionem interpretaret Dei Abrahami ,  
quoad caussam diutinæ velitatione disceptatain , con-  
damnationem , & Deorum gentilium triumphum.

*Ne alienent hostes ipsorum. Quos hostes ipsorum*  
videlicet *Judæorum* appellat , sunt gentiles , iam  
lim religione Mosaicæ infesti , & sub inimico jam de-  
gnato tanquam sub capite adversus eam militantes ;  
P quibus

quibus Princeps hujus seculi uteretur ad Judæorum extermínium , & veritatis oppressionem : ille enim potenter operatur in filiis tenebrarum. *Alienare* vero est gloriam operis , Jehovæ debitam , in alios transferre cum effectu. Non negat gentiles gloriam extinctæ gentis Judæorum rapturos ad Jovem suum Capitolinum , aliosve Deos aut Deas , bellorum , ut putant , præsides , quibus omnem armorum successum adscribere inter illos moris est. Ast spondet Deus illos hostium conatus non eum habituros successum , ut hisce suis triumphis vocandos ad fidem legis & euangelii ab agnitione veri Dei arcere queant , aut efficere , quo minus magna pars gentium videat hoc judicium extermинii esse ira Jechovæ effectum , contemptum rupis salutis severè vindicantis. Non permisit illis Deus omnimodum gentis Judaicæ extermínium , quin relictæ sunt per universum orbem gentis induratae & apostaticæ reliquiæ , quæ legem & Prophetas legentes in synagogis , exemplum effent punitæ coelitus apostasie , atque gentibus vocandis argumentum credendi Mosis & Prophetis , omnemque idolatriam effugiendi : ac simul etiam ex eorum libris evitandi scopulos , in quos illi impingentes naufragium fecerunt. Utile fuit ecclesiae Christianæ ad fidem Jechovæ Dei & Christi , quod Judæorum induratorum remanserit pars satis magna , sed dispersa per orbem , in memoriam antiqui populi : nam , hinc factum , ut ipsa posteritas ita afflita in exilio , non passa sit se exinde seduci ad cultum gentium , sed professâ fuerit in Deitate monarchiam , & Jechovam judicem , justo judicio eos punientem ; etiam si ad veram supplicii causam non asurgant : fuerunt itaque hostes quidem armis superiores , non causa : nec triumphus ille reportatus efficere potuit , ut fides legis & prophetarum aboleretur , quæ potius

potius per hunc triumphum confirmatur, quippe cum vaticiniis hujus libri consentientem, qui haec populi facta cecinerat.

*Ne dicant*; id est, ne dicat quisquam: divisum enim haec intelligimus, ut hic alii ab hostibus Iudeorum supra nominatis sint respiciendi: atque eum in fine hoc dictum accipimus ut impersonale; Belgicè eleganter reddas, *dat men niet en segge*: quod saepius obtinet in sacris. Vide Job. 18: 18. Jes. 38: 16. Hes. 2: 2. Intelligere hic possumus hypocritas, nomen Dei in speciem profentes, qualibus etiam utitur inimicus, ut eorum operâ gloriae Dei detrahatur.

*Manus nostra elata est*. Hic est sermo superbientium, viribusque suis innitentium; ast quorum præsumptio in Iudeis prædamnata foret. *Manus* venit pro viribus, atque ita notaatur, qui jactant proprias vires. Verbum מָנָס notat *altum & elatum esse*, atque metaphora abiis desumpta videtur, qui manum ad feriendum attollunt: & 2 Sam. 20: 21. *tollere manum in regem* dicuntur, qui rebelles contra regem arma sumunt, proprias vires ad ejus depulsionem experturi. Qui tale quid jactant, non agnoscent in isto judicio manum Dei punientem, sed eum quasi ex gubernatione mundi excludunt. Ast forte respicit potius eos, qui cum Iudeis vires liberi arbitrii credunt, & in omni suo opere *manum suam exosculantur*, id est propria arbitrii sui studia: atque tunc *alta dicitur manus*, quæ conspicua putatur, & propter eminentiam omnibus in sensum incurrens: quorum sententia in Iudeis fuit prædamnata, qui sua jactantes opera, ea etiam ostentabant tanquam propriam justitiam constituentia. Hic sensus nobis efficacior videtur, & cum re ipsa consentit.

*Et non Jehovah molitus est omne hoc. Accentus conjunctivus sub particulâ נ arctissimè nequit voces לה יְהוָה, ut aliud sit, non Jehovah molitus est, aliud, Jehovah non molitus est hoc omne. Posterius est eorum, qui Jehovam negant esse verum Deum, qui error est gentilium. Prius vero est eorum, qui rupem agnoscunt judiciorum causam, sed eam à vera Deitate excludunt: redemptorem & judicem eum agnoscentes saltem nomine tenus, ast magnitudinem ei detrahentes æque ac Judæi. Propter illos Deo etiam consultum visum fuit Judæorum reliquias ex hoc judicio eximere, & eorum memoriam relinquere, ut sic error iste pessimus cohibeatur exinde, quod ejus patroni cum Judæis damnatis hactenus colludant: quippe qui euangelium quo ad corticem admittentes nihilominus in causa primariâ Judæorum hæresin, ob quam condemnati sunt, admittunt, hâc in parte Judaizantes.*

Vers. 28. *Nam gens peritura consiliis sunt. Hic quaestio est de subjecto: de quibus nimurum hæc dicantur, de Judæis ne? num vero de gentibus, cæterisque inimici seu Sathanæ instrumentis? Judæi, quotquot cantum hoc interpretantur, hæc ferè ad hostes Israëlis, & eos, qui dicuntur gloriae Dei contradicere, referunt. Maxima pars interpretum Christianorum de Judæis hoc dictum existimat; metuunt enim alias omnes hic esse intelligendos, à quibus Judæi gravia passi sunt, eosque sub semine inimici, & hostibus Dei recenseri: atque hunc versum conferunt cum vers. 4. Ast si verum fateri velunus, & simplicitatem retinere, Judæorum interpretatio hic preferenda est; quia ratio redditur, cur metus ille Dei ab inimici ægritudine, seu hostium perversis studiis gloriam judicij à se alienantibus, & hypocritarum haud sinceris confessionibus, sit legitimus? Ratio illa*

illa est, quoniam tota illa cohors sunt *gens perdita consiliis*, quæ sanè immediate cohærent. Neque hoc veris Christianis est contrarium, quia illi non sunt de numero hostium Judæorum sed gentiles: nec de numero hypocritarum, gloriae Dei detrahentium; sed de numero filiorum, quos Judæi & gentes vexarunt, quique cum hypocritis disceptant.

Prædicatum quod attinet, *Jonathan* vertit *gens perdentium bona consilia*, id est repudiantium consilia ad eorum bonum proposita. *Paraphrastes Hierosolymitanus*, *populus perditus malis consiliis*, perverſa in propriam perniciem cudens consilia, & amplectens. Notandum verbum זְבַן dici de ovibus in aberratione à pastore vero pereuntibus, quales præda fiunt leonum & cæterarum belluarum. Ista aberrationis causa ponitur in propriis consiliis. Mens itaque dictorum est, gentem illam in suis consiliis, circa viam salutis statuenter, quid sibi sequendum sit ( licet visa sit sapiens in oculis suis ) ita perditè sibi placuisse, ut Deum, de rupe salutis testantem, non audiverit, imò à regno Dei recedens in perniciem abierit. à quā gente sanè nihil expectandū boni, sed omnia gloriae Dei adversa.

*Non est in ipsis prudentia*, scilicet ad consultandum id, quod optimum est; quippe quæ non animadverteret, quod observandum erat: quam nempe ob causam Deus Judæos abjecerat, antehac ita defensos, & corroboratos; quemve errorem in ipsis damnaverat; cum hoc judicium ad controversiæ alicujus decisionem illatum debuisset inquireti, & cauſa per Judæorum istorum supplicium justificata ex eorum libris dignosci. *Pau-lus* diceret Φατκούτες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. *Rom.* 1: 22.

## DEMONSTRATIO

AD VIM

## RATIOCINII.

**G**ota hæc pericopa, pœnarum denunciationem adversus eos continens, qui Deitatem rupis sospitatoris abnegarunt, huc facit, ut abnegationem Deitatis Christi ostendat esse crimen in coelo damnatum, atque ex gratiâ Dei regnoque Christi homines excludens. Hinc præsens exemplum vocandis & vocatis ad fidem euangelii proponitur in cautelam, ne in eundem lapidem impingentes in simile judicium incident. Variæ hic ponuntur notæ, quæ in tempore perspexæ, totidem lunt pœnarum indicia, abnegationem magnitudinis rupis tanquam crimen infidelitatis damnantia.

I. Notæ istæ, rationem pœnarum habentes, censentur mala sequentia,

**N.** Occultatio faciei Dei, à Judæis ablata; quæ exclusionem ex omni gratiâ includit, ut fiant *non populus*, omni bono spirituali & defensione orbatus, imò plang abdicatus, sedens sub judicio indurationis. Vers. 20.

**D.** Conversio gentium rapta in argumentum zeli perversi, unde eorum ex regno Christi exclusio ortum duxit, quandò cum vocatis ex gentibus coabitare nollent. Vers. 21.

**I.** Irritatio Judæorum per gentem idololatricam; quæ

quā provocati sunt Judæi ad bella temeraria & lites ; atque bellis impliciti , contra gentem , orbis dominam , pugnare magno suo damno coacti sunt.

Vers. 21.

¶. Exterminium Reipublicæ Judaicæ , per omnia plagarum genera promotum , dum fame , peste , feris , & gladio maxima eorum pars extincta est , atque terra eorum anathemate percussa similis facta est terræ Sodomæ , & terræ antiquæ per Assyrios & Chaldæos vastatæ. Vers. 22-25.

¶. Dispersio reliquiarum populi perfidi , in exemplum viarum Dei , dum memoria eorum sicut servata in dedecus eorum , ut alii discant cautius mercari. Vers. 26-28.

II. Cæterum hæc faciunt ad justificationem causæ Christi , & Judæorum damnationem , omnibus vocatis & vocandis manifestandam. Videas enim poenarum starum rationem jam à principio reipublicæ fuisse indicatam : atque nationem Judaicam non potuisse eum in nodum abdicari , nisi ob crimen abnegatæ & male habitæ rupis salutis , pertinaciter continuatæ in vexatione filiorum & filiarum ejus , si modò Deum audiamus in hoc canticō vias suas prædelineantem , & fata populi perfidi in antecessum definientem. Si vera tradidit Moses , quando hoc canticum tradidit populo , si que Judæi illud etiamnum ex Mosis præcepto canentes , Mosis proferunt testimonium , oportet ut ante consummationem reipublicæ hoc crimen commiserint , verum Deum ospitatem scelestè occiderint , & abnegatione Deitatis ejus huc reatum contraxerint , quem luere debuerunt in excidio Reipublicæ , & luunt etiamnum in suo exilio. Credendum itaque erat , neminem venturum tanquam Messiam ad redemptionem populi promerendam nisi Deum

Deum manifestatum in carne , ad parvum tempus humiliatum , sed abhinc ad thronum judicii contra pertinaces exaltandum.

III. Confirmatur porrò *Deitas rupis* contra gentes eam abalienantes , & hæreticos eam oppugnantes ; quoniam Deus reliquit Judæorum portionem in dispersione eo consilio , ut prudenter animadverterent pii , negantes Deitatem Christi ad exemplum Judæorum etiam aberrare à ratione salutis , & perire in suis consiliis . Hi constituantur inexcusabiles , quia non assicuti sunt consilium Dei in relinquenda Judæorum posteritate , quod fuit eos nobis siltore caplarios librorum V. T. & conservatores antique traditionis , ex quibus testimonia pro Deitate Christi , quæ omnem dubitationem superant deponuntur . Si excidisset Deus toram gentem , destitueremur eorum scriptis , ex quibus eorum errorem ut damnum cognoscere licet : destitueretur ecclesia provocatio ad libros V. T. contra Judæos testantes & fidem veram circa articulum Deitatis Christi confirmantes . Imò frænum injectum est gentibus & Hæreticis , qui fati coguntur libros V. T. in manu Judæorum conservatos sapere gentis antiquitatem , nec in gratiam Christianorum esse confitos , cum adhuc sint in manu eorum , qui Jesum occiderunt , & in hunc usque diem in suâ infidelitate persistant , aperti quippe Christianæ religionis hostes . Proin fatendum , si illi ex proprio suis judicentur codicibus , atque ex iis causa damnationis probetur *abnegatio Deitatis Christi* , adeo ut hi ipsi libri tandem aliquando futuri sint instrumentum conversionis eorum , quando ad debitam reddituri sunt attentionem ; non esse excusandos , qui in eandem incident hæresin , atque ex hujus cognitionis defectu se sentiunt cogi ad Systematis theologici omninodam perversionem .

Pro-

Prolapsi sunt ex hujus veritatis abnegatione Judæi in  
ματαιολογίᾳ. Prolabuntur & illi in idem malum , ut  
cogantur viam salutis fingere ex proprio cerebro , propriis  
consiliis adhærentes , in quā percunt : qui enim Dei-  
tatem Christi negant , cum pretio sanguinis Christi etiam  
ejus satisfactionem tollunt , atque doctrinam de justificatione  
peccatoris corrumpunt , coacti ejus loco justificationem ex placito , quæ per acceptilationem fiat , substi-  
tuere , qualemque illud placitum sit ; quā in re Judaismus & gentilismus quoad caput rei consentiunt.

# DEMONSTRATIO IMPLEMENTI AD DIVINITATEM *Hujus cantici* FIRMANDAM.

Constat in antecessum canticum hoc præsenti in pericopâ adversâ Judaicæ gentis cecinisse fata , & ut diximus cum criminè spretæ rupis salutis conjunxisse . Quod si juxta hoc vaticinium iudicia illa ad unum omnia Judæis evenerint , haud dubiè censenda sunt eis evenisse ob ipsum illud crimen , quo- tum hic junguntur : fieri enim non poterat , ut magna illa pars populi Judaicî unâ cum Republicâ exterminio

ex dignitate populi Dei excideret , quin simul etiam reatum contemptæ & male habitæ rupis salutis contraxerit , qui Deo hanc vindictam extorsit. Nil proin ad caußam Christi contra Judæos afferendam vendicandumque nobis restat demonstrandum , quam ut ex historiâ probemus omnia illa mala , hic notata , Judæis evenisse , quæ hic tanquam totidem supplicia , ob crimen rejecti redemptoris infligenda , allegantur. Jam vero palam est

I. Post excisum uncum Ducem , quem Christiani profitentur esse Jesum , Judæorum ex voto crucifixum , atque sub blasphemiae titulo ( quoniam se filium Dei dixerat ) ad illud supplicium damnatum traditumque , maximam Judæorum partem vexasse filios , id est discipulos excisi ducis ; quo facto crimen damnatae rupis malesanam istam progeniem in signum pervicacia aggravaturam prædixerat textus. Sanè multa gravia à Judæis passi sunt Jesu discipuli. Paulus paucis rem omnem attingit 1 Thess. 2: 14-16. Jam ab initio regni Christi carceribus inclusi sunt Apostoli , & Synedrii magni ius- su flagellati , omnesque sustulissent , nisi Gamalielis obstatisset consilium. Aet. 5: 3. 34. 40. Stephanus , vir plenus fidei & Spiritus Sancti lapidibus obrutus est. Aet. 7: 58. 59. Abhinc Saulus , auctoritate Synedrii adversus novellos Christianos munitus graves & horrendos contra ecclesiam Christi concitavit fluctus. Aet. 8: 3. 9: 1. 22: 24. 16: 9. 1 Cor. 15: 9. Gal. 1: 13. 1 Tim. 1: 13. Jacobum Herodes Agrippa gladio percuti jussit. Aet. 12: 2. Petrum in vincula conjecit. Act. 12: & ut Judæis placeret nihil intentatum reliquit. Quanto cum furore Paulum ad necem quæsiverint , patet ex Aet. 21. 22. 23. 24. Jacobum Justum de templo præcipitarunt , teste Josepho. Ant. J. 20: 8. & Eusebio H. E. 2: 22.

II. Judicia, Judæis interminata, etiam palam constant, & quidem.

**N.** Judicium illud spirituale *absconsionis faciei Dei*: à quo omnis *lux veræ cognitionis à Judæis recessit*, nec non pietatis & solatii. Sic misera gens in reprobam mentem manifesto tradita est: à quo enim verum λόγον abnegarunt, tota theologia Judaica facta est ματαιολογία, fabulis & nugis cabballisticis plena, tota superstitionis, ac conciliationem peccatoris cum Deo querens in rebus nihili. Imo recessit ab iis etiam vera pietas & gaudium. Hinc etiam *Josephus* ultimas de hac gente ejusque impietate effudit querelas, cogunturque Judæi ipsi fateri, quod graviores ob iniquitates, propter quas salute indigni sunt, in exilio mancant. Imo in tantum ab iis recessit *lux solatii*, ut tot secula templo & sacrificiis destituti non habuerint, quo mentem erigant, vivamque spem concipient; expiations enim veras in sacrificiis umbraticis quærentes, non possunt non exhorrescere ad eam cogitationem, quā Deum intuentur omnia expiationis media legalia ab iis auferentem.

**D.** Judicia sequuntur corporalia externa, quæ sunt,  
**I.** *Provocatio Judæorum ad iram & furorem per gentem stultam*; quod planè factum à Romanis, Judæos in Palestinā ad rebellionem & arma capessenda irritantibus: non solum quando *Cajus* imaginem suam in templum jussit collocari, quod consilium tamen ejus mors abruptit: verum maximè, quando *Gessius Florus* gentem Judaicam oppressit, corundemque cultum multis fannis & ludibriiscepit, qualia multa videoas apud *Josephum*. Hinc Judæi, iram concipientes, contra Romanos in-

surgere ceperunt , quibusdam turbonibus ab occupatione Massada , propugnaculi Judææ validissimi , occisis Romanorum præsidiis , initium facientibus. Hoc motuum principium universalis rebellio & populi apostasia secutæ sunt ; adeo ut ab anno ær. vulg. 65. usque ad 70. bella cum Romanis , non nisi cum civitatis sanctæ excidio fi nienda , gesta fuerint.

2. Excidium Reipublicæ Judaicæ plus quam unâ plâgâ fuit spectabile ; nam , cum Romani Hierolymas includerent , subactis jam Galilæis multisque locis munitis destructis , innumera hominum multitudo perempta fuit *fame* , *peste* , & *gladio*. Maximus horror omnium corripuit animos e *penetrabilis templi* , pudendum in modum profagati , quando sub Eleazare militantes intimum templi atrium , & zelotæ sub ducatu Johannis extimum ejusdem templi occupaverant , præliis intestinis se mutuo incessanter invadentes , omniaque cadaveribus replentes ; dum etiam tertia factio urbem teneret ; atque ex monte templi erumpentes alii alios conterent. Horreis incensis *fames* oborta est gravissima , ex cadaverum foetore accessit *pestilentia* , atque ex intestinis dissidiis multorum *strages*. Ita attritis viribus civitas à Romanis facilius occupatur : quod peractum anno ær. vulg. 70. Loimensis 10. duce *Tito Vespasiano*. Constat unâ illâ obsidione undecies centena millia hominum , quod fando vix est auditum , periisse. Urbs solo æquata est , templumque igne concrematum & di rutum. Reliqua à strage turba fere tota spectaculis fuit servata , ut cum *feris animalibus* certamina inirent , dilaniantibus bestis objecta. Cum autem

arma

arma ulterius moverent Romani ad totam terram subigendam , multi coacti sunt in antris horridisque speluncis latebras querere , ubi ne quidem à serpentibus , cæterisque veneno necantibus reptilibus tuti erant. Quocunque te vertas , nihil erat nisi ignis absumentis , & sanguinis effusis manantia flumina. Ut ne Sodomæ quidem subversio , & terræ per Assyrios & Chaldæos vastatio fuerit terribilior.

3. Hinc cæteri Judæi , exuti sacris & profanis , sine templo & aris per ultimas mundi horas palare coacti sunt , ubique terrarum miseris erroribus dissipati , nullius provinciæ potentes , servientes ubicunque degebant , & domitos animos , quondam ad libertatem tam acres , sorti huic & omne genus Iudeis submitentes. Præsertim à quo sub Hadriano altera vice vieti & deleti sunt , prohibiti patios repetere lares.

III. Hisce Dei judiciis , in pervicacem Judæorum gentem effundendis , concipiuntur hic præmitti , hinc gentium vocatio , illinc Iudæorum pertinacia.

- N. Gentium *vocatio* , nobilissimum est regni Christi beneficium , cuius ope filius Dei constituantur hæres mundi & ecclesia ejus cohæres : huic *vocationi gentium* Paulus Cantici dictum (*illos zelare faciam per non populum*) ipse applicat Rom. 10:19. Eventus vero respondit prædictioni ; Christus enim , à quo resurrexit è mortuis , mandata dedit Apostolis , ut jure acquisitæ potestatis in cœlo & in terrâ , qualescumque gentes ad disciplinam suam vocarent , & in regnum suum introducerent. Matth. 28: 18.19. Act. 1: 8. Quod non solum factum fuisse ab Apostolis , sed etiam eo

cum successu constat, ut propediem ecclesie ex gentibus collecte ubique terrarum inventae fuerint. Conf. Col. 1: 6. Unus Paulus ab urbe sancta usque ad Illyricum, & quidem κύκλῳ per varios *circuitus* euangelium prædicavit. Rom. 15: 19. Reliqui diviso inter se orbe cæteras gentes adierunt; Parthos à Thomā, Æthiopes à Maithæo, Indos citeriores à Bartholomæo, Scythas ab Andrä, Asiam à Iohanne, Pontum, Galatiam, Bithyniam, & Cappadociam à Petro euangelium receperisse antiqua traditio est apud Eusebium H. E. 111: 1. Quicquid sit, saltem universum terrarum orbem ferè pervasisse euangelium, & ubique Christianos fecisse ipsa testatur experientia.

**D.** *Judeorum pertinaciam* ansam præbuuisse huic vocationi gentium, etiam confirmat historia. Monet enim Lucas in actis, ut cum Judæi animum obfirmarent adversus euangelium, Apostoli conversi sint ad gentes, ut fortean hoc medio eos ad Zelum provocarent. Hinc Paulus & Barnabas Judæos alloquentes, ita instituunt. Act. 13: 46-48. *Vobis* quidem necessum erat primò prædicari verbum Dei. *Quia autem eum aspernarni, & vos non judicatis dignos vitâ æternâ,* ecce convertimur ad gentes. *Quo quidem nuntio lœtabantur gentiles, & glorificabant sermonem Domini, & crediderunt, quotquot ordinati sunt ad vitam æternam.* Hinc gentes concipiuntur ut in deficientium Judæorum supplementum adductæ, quo damnum illud regno Christi resarcitum fuit. Rom. 11: 11-14. Hoc pertinaciæ gentis quæslitum remedium, quibusdam Iudæorum reliquiis cessit in bonum, qui se converti passi sunt; ast maximæ gentis parti in

in malum , qui eo vehementius adversus Christianam fidem & Christianos credentes exacerbati sunt ; undè horrendum illud exterminii judicium in se provocarunt.

IV. Notanda quoque sunt alia , judicium illud consequentia , quæ post Reipublicæ Iudaicæ excidium per eventus vaticiniis consentientes impleta cernimus ; qualia sunt.

**N.** *Conservatio reliquiarum gentis Iudaicæ* , quæ licet in summum venerit exterminii periculum , nihilominus tota extingui haud potuit , Deo dispersos inter gentes , & magnam partem ex Iudeâ evadentium conservante ; atque id residuum abhinc ita parsus multiplicante , ut etiamnum inter quascunque fere orbis terrarum gentes dispersos invenias Iudæos , viva severitatis Dei exempla , nobilissimæ prosapiæ carcinomata , omniumque nationum inter quas extores & palabundi degunt , nauseam & abominationem.

**2.** *Ista reliquæ* (tanquam itæ divinæ speculum) reverâ hunc usum præstiterunt ; ut ovantibus Romanis , & luxuriantibus hæreticis potuerint opponi . Constat Iudæos superstites victoribus sæpius oneri fuisse ; audiamus ipsam confessionem *Rutilii Numatiani* , cuius querela ita se habet.

*Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset*

*Pompeji bellis imperioque Titi.*

*Latius excise pestis contagia serpunt.*

*Victoresque suos natio viæta premit.*

Hæretici verò , Iudaicis erroribus Christianam fidem contaminare laborantes , falsa sua dogmata in

Lu-

Iudæis prædamnata cernere possunt; quamdiu populus iste apostaticus superstes ore & scriptis fidem Christianam impugnat. Ita fibula imponitur hæreticis, ne in propagandis erroribus pergere studentes, Christianorum (Iudæorum apostasiam agnoscentium) animos facile occupent.

2. *Insolentia inimici* secuta etiam est Iudæorum iudicium: quæ fuit elatio gentilium, gloriam Dei Iudicis alienantium, & ad Iovem Capitolinum transferentium, quem excisæ Republicæ Iudaicæ jactarunt auctorem; *Jehovam Deum non agnoscentes*, ejusque nomen hostilibus insultibus persequentes, spectarunt hanc victoriam, ut Idolorum suorum à Iehovâ reportatum & multum jactatum triumphum: hoc faciunt templum pacis in rei memoriā extructum; & arcus ille triumphalis Vespasiani, formam trophyi referens; nec non mandatum Titi, didrachma antehac Iehovæ pensum, posthac Iovi Capitolino pendere præcipiens, quarum rerum testis est *Josephus*.
7. Hostile viatoris populi odium adjiciatur, non solum in *Judeos*, verum etiam in *Christianos*, quippe etiam nominis Iehovæ cultores, quosque tanquam Iudaicæ religionis sectam & propaginem resperixerunt Romani: à quibus præter inmania convitia gravissimas quoque persecutions passa est ecclesia Christiana sub Trajano, Severo, Maximo, Decio, Gallo & Volusiano, Valeriano & Gallieno, Aureliano, Diocletiano, & tandem etiam sub Iuliano: de quibus oppressionibus multa Historici, & præsertim *Lactantius* de mortibus persecutorum, nuper è tenebris erutus. Non tamen efficere potuit hostilis ille impetus *inimici*, in Chri-

Christianos mancipia sua immittentis, quo minus illorum fides prevaluerit, qui Judæorum supplicium interpretabantur occisi Christi vindictam, à gente apostatica sumptam; quique profitebantur opus illud non Jovis Capitolini, sed *Jehovæ*, manu populi stulti, & à verâ religione aberrantis, ad hoc ipsum utentis, eamque ita circumscribentis, ut libros V. T. unâ cum reliquiis Judæorum tollere haud potuerint.

¶. Imò etiam supponuntur fore hæretici Judaizantes, Deitatem filii Dei negantes, & vires proprias propriamque justitiam jactantes, quorum caussa spectanda erat in Judæis, ex fædere Dei exclusis, prædamnata. Sic Ebionitæ, Christum credentes merum hominen, seu יְהוָה נֹתֶן non *Jehovam*, orti sunt; & alii legis umbraticæ observantiam adhuc urgentes, atque ita dectrinam de justificatione peccatoris corruptentes, ex quorum principiis postea orti sunt *Pelagiani*, *Photiniani*, *Arriani*, nec non *Muhammedani*, quoad caput rei cum Judæis sentientes, Deitatem Christi, ejusque λύτρου, ad animarum redemptionem solutum, abnegantes.

V. Notandum porrò hanc adversus Judæos latam sententiam in hac scénâ concipi, ut ante supplicii illationem promulgatam & à variis prædictam: quod tempus inter crimen excisi ducis, & judicij dñi exsecutionem intercedere debuit: proinde quoad hujus rei impletum notare oportet, excidium illud Reipubl Judaicæ non accidisse, nisi post aliqualem euangelii de futuro illo judicio vaticinantis promulgationem, & prælagiorum quorundam, hunc exitum denotantium, præconium.

¶. Videas hujus argumenti prophetias & prædictiones in libris N. T. annotatas, & ante finem politie Judaicæ cum iisdem libris per universum orbem diffusas:

natas : quales invenire licet Act. 13: 40. 41. 28: 29.

27. 1 Thess. 2: 16. &c.

D. His addc aliquot præsgia , apud Josephum nota-  
ta , huic excidio præmissa .

Lubet hæc Christiani Matthie verbis in Theatro e-  
jus historico occurribus subnotare . „ Prodigia ,  
„ inquit , sive portenta , quæ expugnationem & τανόλε-  
„ θρίαν urbis Jerosolymæ sunt antegressa erant quadru-  
„ plicia . 1. In cælo : nam primo stella fulgida  
„ sive cometa per integrum annum supra urbem Je-  
„ rusalem stetit . Luna eclipsim per duodecim noctes  
„ continuas passa est . 2. In aere visi sunt quoque an-  
„ te occasum solis currus & quadrigæ in totâ illâ re-  
„ gione per aërem ferri , & phalanges armatae in nubi-  
„ bus commisceri . 3. In templo lumen in azynorum  
„ festo circa maximam templi aram tam clare fulsit ,  
„ ut dies illuxisse putaretur . Ænea templi orientalis  
„ porta , cuius ostia viginti simul viri maximâ cum  
„ difficultate removebant , ferreis seris æneoque pessu-  
„ lo conclusa , horâ noctis sextâ sponte patuit . Bos  
„ cum sacrificanda esset agnum peperit . Sacerdotes in  
„ festo Pentecostes interius ingressi templum sacrorum  
„ causâ strepitum primo atque sonitum , deinde vocem  
„ audiverunt dicentem , μεταβάνομεν ἐντεύθεν : Migra-  
„ mus hinc . 4. In urbe , quadriennio ante bellum in  
„ festo tabernaculoruni Jesus quidam , Anani rusticus  
„ filius , cum Jerosolymam ad festum venisset , fanatico  
„ repente spiritu corruptus , exclamare coepit : vox ab  
„ oriente , vox ab occidente , vox à quatuor ventis ,  
„ vox supra Jerosolymam & templum , vox super spon-  
„ sos & sponsas , vox super omnem populum . Hæc  
„ vociferans noctu atque interdiu circuibat urbem ; &  
„ quanquam ob voces mali omnis verberaretur , ta-

„ men

„ men eandem perpetuò cantilenam canebat. Addu-  
 „ catus ad Romanum Præsidem , & flagris cæsus neque  
 „ supplitavit , neque lachrymavit , sed voce lugubri-  
 „ ter inflexa ad singulas plagas clamabat : *Væ. Væ. Je-*  
 „ *rosolymis!* donec Albinus Præses hominem absolvit,  
 „ insanire ratus. Ille verò usque ad bellum vocifera-  
 „ batur. *Væ. Væ. Jerosolymis!* In festis autem præci-  
 „ puè triste illud augurium declamabat , idque fecit  
 „ annos septem & menses quinque , donec in obsidio-  
 „ ne in moenibus obambulans rufus clamaret intentâ  
 „ voce : *Væ! Væ urbi & populo!* & prostremo adje-  
 „ cit insolens hoc verbum. *Væ etiam mihi* , cum subito  
 „ hostili tormenti iætu ad vocem illam percussus con-  
 „ cedit . . . Notatur etiam quod Christiani ante obsi-  
 „ dionem urbis divinitus sint admoniti , ut ex urbe  
 „ Jerosolymâ transfugerent in oppidum trans Jordani-  
 „ nem , nomine *Pellam* , in ditione Regis Agrippæ  
 „ Junioris sitam , ubi conservati sunt.

Hæc qui mecum accurate perpenderit , atque in timore Dei discusserit , non poterit non mirari , quam accurate Deus in principio etiam prædixerit finem (Jef. 46: 10.) populo suo ; utque ne quidem unum verborum istorum malorum in vanum ceciderit in terram , verum omnia quam exactissimè impleta fuerint hæc tens in extorri & sub divino anathemate exulan- te populo judaico. Utinam dies adesset , quo Mo- sen hic animadverterent Judæi testem agere contra illos , atque eum audientes vietas darent manus , Deo , rupi salutis gloriam , debitamque magnitudinem cedentes !

## SCENA TERTIA

*Ultimam regni Christi post varia ejus certamina evolutionem exponens. Vers. 29-43.*

## I. Scenæ tertiae ratio.

**A**CINGIMUS nos jam ad tertiam sive ultimam cantici hujus divini scenam , in quâ mihi videor trium observare sermonum sibi mutuo respondentium vices. 1. Primus Sermo querulus est , in quo sua ex dolore orta emitit actor suspicio , lugetque in certâ gente prudentiae & debitæ attentio- nis defectum ; quem tanquam spei ecclesia ad tempus fru- stratae & in posteriora secula dilatæ , si non planè vacil- lantis , respicit causam : quippe qui efficeret , ut plena- ria mundi hæreditas unâ cum universali agnitione magni- tudinis rupis suæ , credentibus ex testamento Dei pro- missa , non statim adfuerit , sed in aliam oportunitatem fuerit rejecta. Has lugentis partes in se suscipiens pa- lam se profitetur ex eorum numero , qui rupem salutis agnoscunt , ejusque magnitudinem venerantur. Quid ni concipimus cundem quem ante diximus Mosen hic denuo introduci actorem , qui in primâ scenâ adversus Iudeos carnales , in rupem Salutis perfidos , egit κατίγορον ; in secundâ vero judicii divini ad eorum supplicium parati prœconem. Quid quæsto obstat cur idem ille non tertiatâ vi- ce induat personam dolentis , eo quod partis sincerioris populi sui , per fidem regno Christi insertæ , & cum side- libus ex gentibus unitæ , haud felicior paratus esset in hære-

hæreditatis mundi occupatione progressus , idque propter quorundam stuporem , se Christo non subjicien-  
tium. 2. Alter sermo est respondentis ad istam quere-  
lam , atque ad rem in quæstione per ampliorem consilii  
divini expositionem aptissime reponentis. Actor hic est  
ipse Deus , ita tamen , ut duæ divinitatis personæ ser-  
monem hunc consolatorum proferant , & quasi inter  
se dividant. Prima testatur de secundâ , atque spondet  
eam , quicquid in communī decreto erat ratum , atque ad  
ecclesiæ assertiōnēm stabilitūm , in tempore suscep-  
tam. Secunda quoque se sistit , ut ad hoc opus ,  
quantocuyus opertunitas adesset , promptam atque pa-  
ratam. Utraque solatum fundat in gloriosissimo quo-  
dam ecclesiæ supra hostes triumpho , quem spondet non  
solum Deus Pater per filium adducendum , sed & filius  
ut per suum Zelum in tempore perficiendum. Proin hic  
depinguntur hostium contra ecclesiam conamina , ut e-  
lidenda , & in gaudium ac gloriā oppreslorum severè  
vindicanda. 3. Tandem finitur hoc canticum sermone  
tertio , licet breviori ; qui est hominis ad acclamatiōnēm  
regi , ita parato ad suorum auxilium , invitantis , atque om-  
nem illam spem in argumentum jubili rapientis. Ubi bona  
futura pro rei dignitate exaggerat , quippe quicquid a-  
liquis sibi ex conciliato Dei amore spondere possit con-  
tinentia. Neque displaceat , si quis etiam hic Mosen  
concipiat , quasi ex sepulchro redivivum , atque eum in  
modum post fata loquentem , qui hic gentes invitet ,  
ut electos ex Judæis secum excitant , atque ad commu-  
nes rupi laudes dandas persuadere laborent.

## II. Ansa, his sermonibus oblata.

**A**nsa, quam huic quasi collationi oblata puto, querenda est in dictis scenæ secundæ, ubi gens quædam notata fuerat, tanquam periens consiliis & attentione ad rationem viarum Dei cærens, atque hæc tenus diabolo (rebus Christi inimico) ad omnem ejus indignationem contra regnum Christi exequendam pessime inseriens. Dixerat Judæis relinquendas esse reliquias, easque per totum orbem dispersas ad quofundam refrænationem. Prævidet, qui id ex Dei sententiâ didicerat, illam gentem malesanam objecturam speratæ mundi hæreditati plenariae obstaculum, atque interim fore, ut subnascatur pessima vitis, cuius plantatores forent Judices, in speciem quidem rupem nostram quoad ejus magnitudinem profitentes, sed tamen reverâ ecclesiæ inimici. Hæc dolet animitus aëtor primus: hunc luctum modificat Deus pater & filius: atque hoc solatum admittens quiritor, monet regni Christi hæredes, ut spem illam cum hilaritate in animo foveant, atque laborent, ut hunc viarium Dei exitum videant Judæi, & eadem cum hilaritate secum profiteantur.

## III. Cujus temporis fint decantata hic ecclœsia certamina, ejusque promissa hic assertio?

**N**ihil notius, quam populum Dei hic repræsentari, ut ab ejus hostibus diu oppressum, & variis certaminibus exercendum, quamdiu scilicet tempora durarent divinæ super ejus hostes tolerantiaz: verum tristioris hujus repræsentaminis gloriosior subjicitur exitus,

tus , quo causam ecclesiæ & suam aeternus Deus , hinc populum suum extolleret , illinc hostes ejus subigeret . Hærent tamen Interpretes cuius temporis sit populus ille , quem hic ut diu afflictum & tam gloriose liberandum depingit Deus , immediatus hujus cantici auctor . Triplex verò hic est sententiarum divortium .

1. Quidam cantici hujus argumenta , in fatis populi Dei depingendis non excedere tempora liberationis Judæorum ex captivitate Babylonica autumant . Hi primum sermonem redire ad accusationem Judæorum , qui Chaldaeorum jugum sceleribus suis promeruerant , volunt : alterum verò sermonem spondere liberationem populi ex ista captivitate Babylonica unâ cum subversione Monarchiæ Chaldaeorum , per Cyrus peractæ , audacter asserunt .

2. Alii argumentum cantici terminandum in ultimum reipublicæ Judaicæ exitium per Romanos illatum volunt , atque primum hujus scenæ sermonem redire ad accusationem populi perfidi volunt ; alterum vero ad judicii per Romanos inferendi illationem ; ut inimici ibi puniendi sunt Judæi pervicaces .

3. Tandem sunt alii , qui judicium , quod populi oppressi assertionem continet , quodque spondet Scenæ hujus sermo secundus , referunt ad liberationem regni Christi ab hostibus ultimi temporis , quam exspectat ecclesia ut cum introitu plenitudinis gentium & universali conversione Judæorum adducendam .

Nos quod attinet , haud vereinur asserere hujus tertiaræ scenæ argumentum esse agere de obstaculis , regno Christi sub Novo Testamento objiciendis , iisque iterum removendis , ut tandem magnitudo rupis nostræ per totum orbem agnoscatur . Idque adstruimus .

A. Ex duarum priorum sententiarum refutatione , quibus .

bus remotis nil remanet in viis Dei præter judicium illud in sacris celeberrimum , cuius spes facta est ecclesiæ Novi Testamenti , ab Antichristi aliorumque hostium persecutionibus liberandæ . Saltem adversus primam applicationem , quæ hanc scenam temporibus Chaldaeorum & Cyri , Persarum regis , accommodare laborat , militant haec rationes . 1.) Quod Moles ipse hæc applicet ad populi ex primo testamento in terram istam introducti finem , quando monet *in fine seu ultimo die rurum* hoc canticum sic testificaturum contra ipsos . *Deut. 31: 28. 29.* undè & ipse Deus dicit , videbo *quodnam sit futurum eorum ultimum* , ut in hoc ipso cantico , vers. 20. 2.) Adde , quod jam ante probatum sit , & crimen & poenam hic ita exaggerari , ut aliquod atrocum seculis ultra antiquitus commissum idololatriam hic notetur , & quidem ultimo exterminio puniendam , quale non fuit captivitas Babylonica . 3.) Monuimus etiam inter poenas numerari provocationem populi fœdriagi ad Zelum per conversionem gentium ; quod Paulus exposuit de vocacione gentium , ut medio provocationis Judæorum ad pravam illam æmulationem , quâ se averterent à Christo : quod Chaldaeorum temporibus haud quaquam obtinuit . 4.) Dicant quælo , quomodo spes de exscindendis Chaldaeis , & restituendo populo , ut cum Deo suo conciliato potuerit eo tempore respici , ut gentibus argumentum jubili , quo Deo ut parato ad illam assertionem populi sui acclament ? Sanè ille locus supponit hilaritatem fidei , quæ non est nisi gentium conversarum , ex quâ Paulus etiam conversionem gentium sub N. T. probat , ut à Prophetis prædictam . *Rom. 15: 10.* Pone hic ab omnibus gentibus , quod quidam vult , exigi , ut felicitatem Hebreorum plenis laudibus ad cælum tollant , eo quod Deum

Deum colant, qui peccatis eorum veniam, & Idololatris, à quibus crudeliter habiti fuerunt, perniciem adstituat: num quæsto hoc præstare possunt sine abjuratione Idololatriæ, & conversione ad Deum Israëlis? Ast, tale quid à totius terrarum orbis populis tunc factum, non dicet opinor ille paraphrastes. Multo magis causa ejus ruit, si vertamus, concitate jubilum gentes, populus ipsius: aut excitate gentes ad jubilum populum ipsius. Cum in utraque verione gentes non possint non concipi, ut jam credentes, & in calu hostium servorum Dei maximæ lætitiae argumentum invententes, quippe in spe ipsâ judicii instantis subsilientes.

Neque altera sententia satisfacit, quæ quidem in secundâ scenâ agnoscit judicium Dei fuisse depictum, quod tanquam Christicidæ tulerunt à Romanis Judæi, verum in hic tertiatâ scenâ putat fieri redditum ad idem argumentum, licet cum exaggeratione. In hac explicatione & applicatione dispicet 1.) *Tautologia*, Sapientiæ divinæ minus conveniens: ad quid enim spectabit denuo repetere accusationem jam ante in scenâ primâ tam accuratè absolutam, & judicium in scenâ secundâ adeo graphicè depictum? 2.) *Destruttio solidæ cohærentiæ*, ea enim non admittit in vers. 27. 28. ut per gentem consiliis pereuentem Judæos intelligamus jam ante damnatos: sed evidentiâ nexus evincit, Judæorum, ecclesiæ & Dei hostes notari, qui post inficta Judæis judicia, & dispersas eorum reliquias nondum agnoscerent hos ab crimen non agnitæ magnitudini rupis ita punitos. Hæc inconsiderantia ponitur ut per Judæorum reliquias refrænanda, & aliquando confundenda: proin ratio datur, cur Deus suæ gloriæ consilens meruatab illis; quia sunt gens periens consiliis. Hinc sequitur porrò cetera, quæ sequuntur, concipi debere, ut

Judæorum refractoriorum judicium sequentia, atque excurrere usque ad ultimum ecclesiæ Christianæ triumphum. 3.) Adde, quod Judicium Judæis per Romanos illatum non expiationem terræ, sed anathema intulerit, quæ sanè è diametro opposita sunt, nec in unâ sede morantur. Magnum Dei judicium, quo Judæos punivit, terram Dei, ejectis colonis, posuit sub anathemate. Sed magnum judicium, quo ecclesiam libertaret ab hostibus circa ultima N. T. tempora expiarerat terram Dei, & totum orbem faceret habitaculum ecclesiæ Deo gratissimum. Unde necesse est hic non respici illud judicium Judæorum jam ante descriptum in scenâ secundâ, cuius consequens fuit huic contrarium.

B. Pro tertîâ sententiâ, quæ hanc scenam ad impeditum regni Christi progressum refert, quæquè hic promitti felicissimum Christianismi post diuturna certamina triumphum statuit, fortissima militant argumenta. 1.) Habet illa applicatio præeuntem Spiritum S. ut constare potest ex Apoc. 15: 3. ubi canticum Moysis dicitur tunc decantandum, quandò ultimam reportaverit ecclesia vietoriam ab hostibus suis: cumque huic ecclesiæ triumpho nulla cantici nostri verba applicari queant, præter ea, quæ in hâc tertîâ scenâ occurrunt, eaque legitimo nexu (ut nostra expositio ostendet) huc quam aptissime referri possint, sanè spiritui sancto nobis in istâ applicatione duci refragandum non est. Adde, verba ipsa cantici propterea sæpius repeti, atque ex hâc scenâ desumi in Apocalypsi, ubi felicia ultimi temporis fata occurunt deprædicanda. Vide Apoc. 6: 12-17. 18: 20-24. 19: 2. 2.) Ad ipsam scenâ conclusionem attendentes (que scenæ exitum exponit vers. 43.) videbunt ibi conjungi omnimodam servorum Dei ab hostium oppressionibus liberationem, cum expiatione terræ Dei

&amp;

& populi Dei , atque utrumque exhiberi ut argumentum jubilationis hinc gentium , illine Judæorum . Cumque ea hactenus non viderit orbis ita junctim à Deo ecclesiæ prætita : omnisque scriptura prophetica felicia illa tempora ad ultinam ecclesiæ N. T. periodum ( quæ totam terram exhibebit deo sanctificatam ) referat ; oportet , ut spem , quam hæc scena facit , concipiamus tanquam se ad finem mundi usque porrigitem . Imo hinc sequitur *judicium* illud assertionis , quod secundus scena hujus sermo adèò graphicè depingit , non esse judicium Chaldaic à Cyro illatum , nec judicium Judæis à Tito Vespasiano inflictum ; sed *judicium* , quod hostibus ecclesiæ N. T. post varia ecclesiæ N. T. decertata certamina manet .

3.) Adde , quod quorum causa hic agitur , vocentur servi Dei , seu *veræ rupis* , qui legibus regni Christi parentes , multa passi fuerant pro nomine Christi martyria , jam verò certum est , hunc titulum non competeret , nisi *Christianis* , jam ante nomen Christi profrentibus : undè sequitur hoc judicium , ad vindicias causæ horum servorum Christi instigendum , nullum aliud esse , quam quod peteret horum sincerè credentium hostes , qui Christianum nomen persecuti fuerant , & persequuntur adhuc , & quidem cum illâ consequentiâ , ut abhinc *rupes salutis* in toto orbe agnoscatur . verus & summus ille Deus . Hæc judicii istius ratio exponitur vers . 39-42.

4.) Neque prætermittendum , quod tota hæc scena res referat , quæ post reipublicæ Judaicæ extermínium ultimum , atque dissipatas per orbem Judæorum reliquias , sequerentur , nec non obstaculum regno Christi , quo minus ab eo tempore ad plenariam mundi subjectionem seu hæreditatem proœcta fuerit , objicerent . Proin scenæ hujus sermo primus luget tantummodo illâ regno Christi objecta impediēmenta , quæ in

sermone responsorio considerantur, tanquam singulari  
Dei vindicta auferenda.

Neque metuendum est, quod hæc nostra interpretatio  
Judæis nimium faveat, qui illud judicium concipiunt,  
ut peccas sumpturum ab iis, à quibus multa gravia in dis-  
persione fuerant passi, ac proinde Christianis, populi Ju-  
daici oppressoribus esse applicandum, sicuti Judæorum  
magistri hanc scenam applicare solent. Cum contra fa-  
cile sit demonstratu plura in hoc cantico norari hominum  
genera, quales sunt *Judæi*, sub anathemate positi: ser-  
vi Dei ex Judæis & gentibus collecti, atque rupem sa-  
lutis sincere profitentes: nec non *Romani*, primum  
gentiles, postmodum pseudo-Christianii, à gentilium  
principiis, sententiis, & ritibus non satis purgati: I-  
mo etiam alii *Judaizantes*. Hæc duo ultima genera inimi-  
corum, se servis Dei opponentium designari, ut hoc  
Dei judicio puniendi (sive hostes live osores audiant) con-  
stat: ast non alio nomine, quam quia *servos rupis* non sine  
horrendis sanguinum effusionibus aliisque injuriis op-  
primere conati fuerant. Sub his verò Dei servis non  
comprehendi Judæos è terrâ suâ ejectos vel inde con-  
stat, quia illi notantur ob non agnitam rupis magnitu-  
inem ex terrâ ejectedi, & tanquam osores & hostes Dei  
proscripti, in fine demum reducendi.

#### IV. Tertiae hujus scenæ scopus.

**E**X dictis etiam colligimus hujus ulterioris repræsen-  
taminis scopum esse, ut ostendat, quibus gradibus  
post damnatam gentem Judæicam rupes salutis sè cauſſæ  
sue & servorum suorum probaret vindicem, & quomo-  
dò in elevatione regni sui (super hostes sui nominis ex-  
altandi)

alrandi) suam magnitudinem, seu quod idem est, Deitatem suam ad totius mundi convictionem affereret. Hinc exigit rupes salutis, ut in opere vindictæ suæ videantur animadvertiscant homines in communi, quod ille sit omnipotens ille mundi rex, & solus ille ac supremus verus Deus. vers. 39. Neque acclamatio regi facienda (quæ postulatur vers. 43.) aliud vult, quam ut eum celebreat verum regem in regno Dei. *Hanc agnitionem* concipit, ut intentum à magno illo ecclesiæ vindice in viis illis suis fructum, quem sub finem operis ab hominibus, judiciorum istorum spectatoribus, exspectet. Scilicet quod multi ex Iudeorum supplicio & gentium fugâ non satis agnoscerent, hoc efficeret, ut universaliter agnosceretur ex tertio seu ultimo iudicio per sequens hostium & osorum supplicium: atqui hæc foret *agnitio magnitudinis rupis*, cui se omnes Antitrinitarii per multa secula opposuerant, quodque argumentum omnibus antegressis scutulis magnam controversiarum partem constituerat.

### V. Methodus in adnotatione hujus scenæ servata.

**P**Oëtica sictio in hâc scenâ elegantissima est, & probat hoc canticum esse sapientiam divinam dignissimum opus. 1. Primo loco in scenam educit hominem, gloriam rupis amantissimum, sese Orthodoxis fidei confessoribus adjungentem, qui cognoscitur ex dictis, quibus profitetur vers. 31. *Non sicut nostra rupes est rupes eorum.* Non potuit dicere nostram rupem, quin profitebatur se cum omnibus electis credentibus supra eandem Petram ædificatum, atque in eâdem invenisse confugium fidei ad suam salutem. Ita etiam quosdam Jú-

dices appellabat *inimicos nostros*. Nihilominus probat se Prophetam à Deo de rebus futuris edoctum , undè indicat se prævidere fugam gentium , inimicorum aliorum exaltationem ad tribunalia , corundemque futura molimina ad vitim pravam colendam , quæ pessimum protruderet venenum : imò etiam quod gens malesana per illa omnia non rediret ad prudentiam , quâ magnitudinem rupis agnoscat . Hæc expositurus docet cum gemitu horum inconsiderantiam effecturum , ut rupes nostra secundum suam magnitudinem non statim per totum mundum ab omnibus gentibus cognoscatur & glorificetur : atque hunc dolorem eleganter sub phrasí optativâ occultat , quæ testatur per horum insipientiam magnum ab ecclesiâ arceri bonum , quod tamen fervido animi desiderio multi sperabant . Adde etiam sub hoc schemate indicari aliquod priorum Christianorum præjudicium , quo proxime secuturam putabant universalem mundi sub regno Christi subjectionem . 2. Secundo loco comparent Deus Pater & Filius , qui sistuntur , ut confortaturi ecclesiam quoad spem conceptam ; sed indicant eam spem exercendam esse tolerantiâ : bonum enim speratum dilatum tantum esse in tempus oportunum : attamen certò certius venturum , quod prior probat ex obsignatione libri , alter firmat jurejurando . Prior signa temporis oportuni exponit ; alter verò modum exsequendi judicii , quo triumphum ab incredulis reportaret , suianque magnitudinem comprobaret , explicat . 3. Tertio loco comparet etiam aliquis divini consilii minister , qui suadet , ut spem illam datam rapiant in argumentum jubili , atque eam inde concipient futuræ liberationis certitudinem , quâ , non aliter ac si jam partam coram iacuerentur victorian , regem illum populi , ejusdemque potentissimum defensorem , omnibus laudibus celebrent ,

brent, atque ad concentum præ primis electos ex Ju-  
dæis invitent.

VI. *Divisio hujus scena.*

**P**Ro triplici sermone tripartitam concipimus hanc scenam.

I. Primi actoris sermo effundit querelam, supra gen-  
tis malefanæ in præcedenti scenâ memoratae inconsiderantiam; ubi videas.

A Votum majoris sapientiæ & prudentiæ. Vers. 29.

B Convictionem criminis, defectum prudentiæ ma-  
nifestantis, ubi procedit

1. Ex facto aliquo futuro, ad veram causam per  
inconsiderantiam non relato. Vers. 30. 31. a.

2. Ex condemnatione futurâ aliorum hostium, qui  
tamen veram causam cognoscentes priorum in-  
considerantiam facerent inexcusabilem: horum  
*judicium*

a. Notatur. Vers. 31. b.

b. Exaggeratur ab eo, quod etiam illi judices fo-  
rent homines pessimi consilii & pravæ vitis au-  
tores. Vers. 32. 33.

II. Secundi actus sermo duplex est, exponens con-  
silium Dei de novo medio revocandi inconsiderantes  
ad agnitionem magnitudinis rupis, per aliud judicium,  
in hostes ultimi temporis effundendum; ubi agit

A. Deus Pater,

1. Decretum ultionis, ab hostibus sumendum, ma-  
nifestans. Vers. 34. 35. a.

2. Oportunitatem temporis, quo hoc judicium  
fieret, per qualitates temporis indicans, cuius signa  
forent,

a. Va-

- a. Vacillatio pedis hostium. Vers. 35. b.
- b. Ultima ecclesia angustia decentiam maturandæ liberationis includens. Vers. 36.
- c. Proterva hostium insultatio spem ecclesiæ per amaram expostulationem irridens. Vers. 37. 38.
- B. Deus Filius, dictis patris non solum accinens, sed se paratum ad illud auxilium fistens; in cuius sermone notetur.
  1. Exordium, invitans ad attentionem, quâ ejus magnitudinem ex viis ejus futuris animadvertant. Vers. 39.
  2. Speci à Deo datæ (de liberatione ecclesiæ per ultionem ab hostibus sumendam) renovatio, & sub iure jurando confirmatio. Vers. 40.
  3. Modi, quo judicium exerceret, terribilioris expositione. Vers. 41. 42.
- III. Tertii actus sermo epiphonema continet, excitans ad jubilum, ubi occurrit,
  - A. Excitatio ipsa ad debitam regi acclamationem faciendam. Vers. 43. a.
  - B. Confirmatio officiū debiti ex rationibus, dignum jubilatione argumentum proponentibus. Vers. 43. b.

# EXPOSITIO TEXTUALIS

## *Scenæ tertiae*

V. 29.

**U**TINAM sapientes fuissent : vel sapienter ; atque adeo se sapientes ipso rerum conspectu , nec non occasio num oblatarum prensatione præstarent. Nova hic scena est , & novus actör eam aperit , qui in publicam crumpens querelam dolorem suum te statur supra novè accusatorum inconsiderantiam , & non admissam sapientiæ disciplinam. Respicit actör veram sapientiam , ex verbo sapientiæ hauriendam , quam negat à gente malesanā aut edocētam , aut ad usum revo catam : respondebatque hæc ejus querimonia ultimè dīctis , & in fine scenæ antecedentis per modum accusationis objectis. Neglectus igitur sapientiæ , hic notatus , est attentionis defectus , quā non didicerant scripturas , vias Dei delineantes ; nec dogmatis , in quo radicatur omnis sapientia , sensum & momentum. Est autem hoc *dogma* doctrina de rupis dignitate & magnitudine , sine quā ratio salutis peccatoris non intelligitur ; Suntque *viae* Dei omnia ejus opera , quæ ad veritatis iustificationem & falsitatis contrariae damnationem se facturum prædixerat Deus. Particula optativa **וְלֹא** exponitur per negativam **אַל** à LXX interpretibus ,

T

nisi

nisi forte in suo vitiato codice legerint **לֹן** pro: vertunt enim hæc verba εκ ἐφρόνηταν συνέται, conjungentes & verbum sequens.

Hoc optativo dicendi genere pessimè abutuntur Pelagianizantes, qui indè in Deo *velleitatem*, in homine intemeratas liberi arbitrii vires colligunt. Verum præterquam quod Deus non nisi per ἀνθρωποπάθειαν sic alibi loqui concipiendus sit; hic plane ejus applicatio non quadrat; frustra enim hic fingunt Deum loqui, cum auctor hanc scenam aperiens potius *homo* sit, de Deo loquens in tertia personâ, ut liquet ex vers. 30. aperte enim se iugit vers. 31. cum fidelibus, dum Deum rupem professurus vocat *petram nostram*: talis sermo est hominis fidelis, petram salutis etiam spei omnisque fiduciae sua fundamentum & fulcimentum proficitis. Talis est, qui dolet in his defectum sapientie, quia causa erat amoliendi per longum tempus boni, quo gloriofior evasisset ecclesia, & gloria *rupi* assereretur.

*Animadverterent hoc.* Verbum **דְּשִׁבַּת** notat aliiquid ad mentem revocare, atque ita attendere, ut simul quod intelligunt factis futuris applicent. In viis Dei observandis is rem rite perpendit, qui in gestis rerum prædictarum eventum perspicit, & ex quonam Dei consilio fiant per prophetias dignoscere novit. Nexus ponitur inter *sapientiam* & *prudentiam* *attentio-*  
*nis*, prioris est res maximas cognoscere ex usu & scopo: posterioris est ad obvia attendere, quomodo illæ possint in casibus oblatis locum habere. Confer quoad Phrasin & utriusque nexum. *Psal. 107: 43. Jerem. 9: 11. Hof. 14: 10.* Particula **תָּנִית** relativa est, monique objectum animadversionis esse indicatum in antecedentibus. Quæ Præco *judicij* divini præmonuerat in antecedentibus, ea monet tunc fuisse ab us perpendenda

denda quando, judicia Dei cernerentur populum Judaeum invadentia, eosque etiamnum debere ea considerare attentius.

*Attenderent ad extremum ipsorum. Verbum בּוֹן & חַבֵּן notat prudentiam, seu prudentem rerum trutinationem, ut quo ducant teneas: cumque exitus acta probet, prudentia amat in alieno exemplo potius spectare, quid sibi de viae exitu spondere possit; quid non? נְחָדָר notat (ut videtur vers. 20.) rei extremum seu ultimum terminum, ubi finis anteriora damnatur aut coronat, prout exitus nocet aut juvat.*

Dubium videri poslit, quorsum illud affixum **לآخرיתם** referri debeat: quidam ad Judaeos suppliciis Dei punitos referunt: atque ita huic nostro foret in votis, ut haec gens inconsiderantior exemplum severitatis Dei in Judaeis diligentius expenderet, atque judicia ipsa cum suppliciorum causis exactius conferret, ne in simile exemplum perfidiae incidat, atque ecclesia similes creet molestias. In hunc sensum si verba accipiamus, deplorat istius prudentiae & sapientiae defectum, quandoquidem in eo se manifestaturum, quod hi ad Judaeorum exemplum professores rupis eodem ac illi odio proscriberent atque persequerentur, non perpendentes Judaeos ita agendo in judicium exterminii incidisse. Hoc si notarent, supponit, quod manus à sanguine servorum Dei fundendo cautius abstinerent.

Sunt tamen alii qui vertunt *ad extremum suum*, referendo affixum ad illos ipsos, quos deplorat actor, atque imprudentiae reos arguit: quod forte cum sequentibus magis convenit: atque ita tacite infelicem viarum exitum (quem notatum cernimus vers. 30.) inuitit; quamvis nec praesentiant nec credant id delinquentes,

tes, qui hoc ex Judæorum exemplo discere debuissent. Est in hominibus irregenitum mira cæcitas, quod præsentia intuentes futura non advertant; nec patiantur se à præsentibus voluptatum fruitionibus depelli per consequentium malorum interminations, quas non ad animum revocant: Imo quod ne quidem finem præsentium judiciorum Dei videant.

Vers. 30. *Quomodo persequeretur unus mille? & duo fugarent decem millia?* seu myriadem. Descriptio rarum belli eventum suspendit ex usu prudentiae; imo ut dilatum, vel saltē nondum obtentum proponit ob defectum sapientiae. Vel potius fuga hostium concipitur ut res præsens, nuperve facta: sed ab istis insensatis non rite perpensa; qui manentes in abnegatione Deitatis rupis nostræ, non rite animadvertisit id sine consilio manifestandi rupis præstantiam fieri non potuisse. Ut rem factam nuper concipi debere eam fugam monent sequentia, ubi *rupes eorum dicitur eos vendidisse, & Jehovah eos concidisse.* Depingitur effectum aliquod diuinæ potentiae simul ac tutelæ (quando hos liberare vult oppressos, aut punire transgressores) omni modo stupendum, propter partium inæqualitatem: *unus enim confertur hic cum mille hominum turbâ, & duo cum militum myriade:* in quâ collatione augetur proportio; nam *unus* quidem in primo effato opponitur uno milenario, ast in altero effato *duo* juncti opponuntur longè aliâ proportione, non duobus millibus, sed decem; qui numerus quintuplicatus est. **רַבָּח** licet ex etymo à thenate **רַבָּכָה** multitudinem significet magnam, in numeris definitis tamen myriadem notat, habetque se ad numerum millenarium, sicuti millenarius ad centenarium; & centenarius ad denarium. Conf. *Jud. 20:10.* In tantâ partium disparitate numeri majores ponuntur hostium

hostium continere manum : numerus minimus repræsentare Dei instrumentum unum & alterum , quo solo velit uti ad hostium superbiam depremendam . Eventus victoriarum autem ponitur in eo , quod non solum servaretur ecclesia ab hostium invasionibus , sed quod cogerentur hostes unum & duobus junctis terga dare per fugam , & fugiendo à tergo arma sentire persequentes . Exempla similis victoriarum reportatae sunt in sacris . Samgar bubulci baculo tantummodo instructus sexies centrum Philistaeorum profligavit , Jud . 4 . Jonathan cum suo armigero Philisteos aggressus , eos fugavit , 1 Sam . 14 . Verum in similibus casibus notanda semper manus Dei , cui ex aquo est per paciem redimere a perplures ; quippe qui immisso inter hostes terroribus panicis , facile eos confundit . Nec sufficit rem in abstracto sic spectasse : cum acto hic potius novum specimen inconsiderantiae profert , quod nempe finem novi operis non satis perpendiculariter manserint in errore circa rupem salutis . Deletâ Judeorum manu hic ponitur delenda etiam alia quedam potestas in mundo , scilicet opponens adversus regnum Christi , seu contra professores magnitudinis rupis nostræ : quam victoriam reportaret ecclesia parvâ manu : fugatos enim , aut fugandos , esse ex hostium numero concipiendos me docent sequentia , ubi eorum rupes opponitur Deo nostro .

. Si non , quia rupes eorum vendidit eos . Revocatur illa fuga hostilis potestatis ad causas singulares . Questio erat de modo possibilitatis istius eventus ? Qui potest , ut tam impar vis collata , talem inveniret successum ? nisi aliunde accederet ratio ? quam nunc exponit . Duplex adducitur stupendi eventus causa , hinc rupes eorum : illinc Iehovah . Rupes eorum est , cuius defensioni inniti solebant , atque opem in bellis implora-

re; rupes enim, ut diximus, symbolum potentiae est, seu veræ, seu imaginariæ, ad quam se homines, ut defensionem inveniant, recipiunt. Cumque hæc corunæ rupes à Jehovah distinguatur, nulla alia esse potest, quam gentium aliquis Deus, seu idolum, quod colebant: imò est ipse Diabolus, pro Deo cultus, homines seducens, atque gloriam Dei ad se rapiens: qui videbatur in deletione Reipubl. Judaicæ caußâ superior; dum victores, triumphi laudes ad hunc suum Deum referentes, sibi videbantur in eo habere fortissimam rupem. Dicitur hæc rupes eorum suos vendidisse, id est, alterius potestati concessisse, & quasi tradidisse; quo sensu etiam Deus dicitur vendere populum Psal. 44: 10. Verum emphasis verbi מִכְא haud quaquam negligenda videtur: Qui enim sic vendit aliquid, lucrum intendit, atque ejus gratiâ quasi de jure peculii recedit. Eum in modum ponitur antiquus ille, & vaferminus fallendi artifex (videns, quod incremente per orbem lumine veritatis, idololâtras ex gentibus in pristinâ cœitate retinere diutius haud valeret) consilium mutasse, & è re suâ existimasse, ut priorem commutaret scenam, atque hominibus Idololatriam quidem detestantibus, nec tamen veritatem Dei sincerè agnoscientibus traduceret potestateim illos sub novâ seductionis specie in aliam religionem transferendi. Sic vidit Johannes in Apocalypsi cap. 13: 2. Draconem omnem suam potestatem Bestie tradentem. Vendidit itaque fugatos, quia retinere non poterat; & hoc egit, ut sub titulo mentito aliâque formâ nova evaderent regni tenebrarum mancipia.

*Et Jehovah conclusit ipsos. LXX. Καὶ ὁ κύριος παρέδω-  
νεν αὐτοῖς. Et dominus tradidit ipsos, fugatos nempe;  
quos rupes ipsorum deferuit; cum tueri non posset.  
Jeho-*

**Jehovah** subegit, potestateque orbavit. Verbum סִגְר in Hiphil חַסְגֵּן notat propriè jubere occulti. Deus concipiatur ut rei arbiter; qui jubet, ut victi concludantur, & quasi in suis detineantur ergastulis, atque pro suo arbitrio statuit de sorte fugatorum, ut evadant mancipia & potestate orbati sub potestate novâ serviant. Dein statuit de ergasterii ministris, quorum sub custodiâ hi servi forent premendi: unde hoc verbuna sub notione iradendi vertitur, quatenus id pendet ex arbitrio Dei. Sensus itaque est, Deos gentium ita deseruisse patrocinium cultorum suorum, atque alia orci instrumenta parasse, quæ eas subigerent, ut interim totum r̄i arbitrium fuerit penes **Jehovam**, hisce utentem, & ad eum finem excitantem: nisi enim **Jehovah** eos tradidisset, & eam scenæ mutationem suo arbitrio direxisset, nihil horum eo modo fieri potuisset.

Vers. 31. *Quia non sicut nostra petra, petra ipsorum est.* Nota hic oppositionem fieri inter utramque petram, & utrumque populum ad hanc aut illam petram spectantem; dicit enim Orator זָרָב & זָרָנו. Proin nomen petræ seu rupis transfertur hic etiam ad Deos alienos; non quod revera sint id, quod audiunt; verum quia tales censemur à cultoribus suis, qui se ab iis accepisse auxilium auctumant. Dum opponuntur populi per affixa (*nostra & ipsorum*) evidens est non unum esse utriusque confugum, nec eandem fidem; verum qui petræ salutis adhærebant, hic gloriari de ejus præstantiâ supra petram fugatorum. Differentia in eo est, quod petra ecclesiæ sit constans, semper sibi similis, mutationem in suis non patiens, atque insuperabilis. *Petra vero fugatorum* sit varia & mutabilis, nec quicquam valens adversus arbitrium petræ nostræ, cui cedere cogitur & inservire. Quando orator hic nos-  
ter

ster dicit *nosta rupes*, conjungit se cum iis, qui se pteræ salutis adhaerentes super eam ædificari passi sunt; profiteturque se ex numero fidelium & membrum ecclesie esse. Hinc observamus, quam coactè interpretes (dum personas in scenâ sermonem commutantes non sat distingunt) dicant *Deum loqui in personâ populi aut Mosis*: quo interpretandi genere mirè ordinem sermonis turbant.

Verum, deliberandum hic de potestate particulae causalis: negat fugam & subactionem hostium adeo singularem fieri potuisse, nisi ad confusionem petræ hostium fugatorum & ad gloriam Jehovæ, qui agnoscendus sit in eâ rerum mutatione supremus mundi arbiter & gubernator, atque caussæ judex, dum fugatos jubet quasi includi, & ob contractum reatum opprimi: nunc autem probat in illâ rerum mutatione longè alias fuisse partes rupis nostræ, quam rupis fugatorum & subactorum; atque hunc nostrum Deum revera concipiendum esse in illâ rerum mutatione, ut verum judicem, & supremum arbitrum; quia non est nostra petra comparaenda cum petrâ eorum. Hoc jam ponitur ut per omnes Jehovæ vias comprobatum: atque inde concluditur eum in hoc judicio attentius fuisse considerandum, quam quidem faciebat gens malesana, finem viarum Dei in hisce non perpendens.

*Et inimici nostri erunt Iudices.* Vel sunt *Judices*. LXX. οἱ δὲ ἐχθροὶ ἡμῶν ἀντοῖ. Illi hic accusationem concipiunt, quâ in hostibus denuo peccatum inconsiderantiae culpatur, quod in sequentibus putant confirmari, dum *vitis eorum* depingitur ut pessimos fructus profrens. Sed malè, dum longè aliud quid dicitur. *Inimici* vocantur, fortè ad præcautionem, quia poterant videri amici; quippe Deo mentientes hic concipiuntur fucum

fucum facere , & speciem regni fingere , dum nomen Christi externum profitentur. Hi audiunt פְּלִילָה , quæ vox Judices in caußâ litis & arbitros notat , Exod.

21: 22. Derivatur vocabulum à radice פָּלַל , quæ vox in Pihel jūdicare significat. 1 Sam. 2: 25. Psal. 106: 30. Atque ita hi inimici , licet se rectè sentientes iactent , ponuntur Judices fore ab istâ scenæ mutatio-ne , & potestatis translatione ; qui abjurata idololatriâ antiquâ , & publicâ authoritate muniti caußas dicerent , atque controversias deciderent : hi enim rupem ecclesiæ in h. c. litis caußâ & controversiâ justificarent , atque eum summum Deum declararent. Ita aliquando magnitudo rupis ex viis ejus , præsertim ex fugâ hostium cognosceretur in N. T. ut non solum pii in illâ fide confirmarentur , sed etiam ipsi inimici pro suâ authoritate id tanquam rem evidentem agnoscerent , ejusque præstantiam præ diis gentium celebrarent.

Vers. 32. Nam vitis ipsorum erit ex vite Sodomæ. Hic omnis difficultas versatur in particulâ relativâ ipsorum , quam interpretes diversimodè trahunt. Quidam hic redditum fieri ad Judeos existimant , atque nexum querunt cum vers. 26. ex R. Salomone Jarchio , qui rem ita connectit. Dixi in corde meo , in onus angulos dispergerem eos , cessare facerem memoriam ipsorum . . . propterea , quia opera ipsorum opera Sodoma & Gomorrha. Abarbanel ad hostes refert ; Cum inquit confutaverat opinionem , quæ volebat falsorum Deorum ope superatum Israelem : jam quoque ostendere conatur , neque justitie suæ hostes debere victoriam , cum nihil minus fuerint quam justi , qui naturâ cogitationibus & actionibus se pessimos probaverint. Sunt & inter Christianos interpretes , qui ad gentiles referunt ,

Putentque Mosen jam hic gentilium flagitia commemo-  
rare , quibus divinam iracundiam irritarunt : atque ad  
majorem exaggerationem fructus vitiosæ illius propagati-  
onis Gentilitatis conferre cum fructibus Sodoma & Ga-  
morrhæ . Verum , parum attendunt illi omnes ad sce-  
nam præsentem . Loquitur præsens orator ut frater in-  
ter fratres & ad fratres , deplorans , quod *gens quæ-  
dam malefana* non didicerit sapientiam & prudentiam  
ex viis Dei cum Judæis & Gentibus initis : atque ad eū  
stuporis exaggerationem monet , quod caussam facile po-  
tuissent dignoscere , si ad caussam & finem fugationis  
gentium quoque attendissent . Saltem debuisse convin-  
ci ex judicio aliorum *inimicorum* , qui judices fo-  
rent , urget apud fratres , qui (licet inimici) hanc rem  
probe tenerent . His dictis subjungit argumentum , pro-  
bans eos fore *inimicos* , *homines sc. pejimos* , ex fructi-  
bus . Hæc probare de Judæis aut Gentibus Idololatris ,  
apertis hostibus , apud professores rupis nostræ non erat ope-  
ræ pretium ; cum nemo Christianus de eo dubitet ; neque  
metus erat , ut ab his deciperentur eorum judicio . Verum  
motus erat eos , qui Judices agentes , magnitudinem  
rupis nostræ dogmatizarent ex tribunalibus , aliquando  
decepturos veros fideles , qui eos propter tale judicium  
acciperent pro amicis , & veris regni Christi membris :  
eorum in gratiam probat illorum *judicium* ab eo respici  
quidem ut caussæ favens , at tamen ut *inimicorum* , fugo  
& specie fallentium , re ipsa tamen ut veritatem saluta-  
rem opprimentium ; *quia vitis ipsorum foret ex vite So-  
dome* . Ita omnia proximè coherent , & insituuntur fi-  
deles , cur in judicio caussæ conscientes , tamen non  
sint habendi pro amicis , sincerè credentibus , & veris  
populi ductoribus , neque eorum judicio in omnibus  
standum sit . Notandum quoque particulam **¶** aliquan-  
dò

dō etiam esse assertivam , & verti certe 1 Sam. 14:39.  
44. 25:34. Quasi dicat , certe *vitis* eorum ( quos licet  
Judices in hoc casu faventes tamen etiam inimicos nostros  
appellavi ) erit ex vite Sodome . Obtinet saltem illum  
rationem dare , & confirmare , quod eos recte inimicos  
ecclesiae dixerit.

*Vitis* est Symbolum populi , qui respici vult ut plan-  
tatio Dei , ad fructus bonos gratosque proferendos fa-  
cta. Sic populus Israëliticus concipitur alibi ut *vitis* ,  
quam Deus plantaverat. Vid. Psal. 80:9. Jes. 5:  
1-7. Sic & ecclesia N. T. commendatur ut *vitis Dei*.  
Cant. 8: 11. 12. Jes. 27: 2. Imò Joh. 15: 1. Chri-  
stus se vitem vocat , ita tamen , ut fideles à se depen-  
dentes concipiāt tanquam *racemos* ; ut revera ad ec-  
clesiam capiti junctam τὸ ὄνον *vitis* reſerat. Hic loci  
notatur *vitis* , sed haud bonae indolis , cui cum pessimi  
tribuantur fructus , evidens est , quod non sit planta-  
tionis divinæ , sed plantationis *judicum* , nomen Chris-  
tianum mentientium : quique declarantur veræ ecclesiae  
inimici. Hinc constat vitem illam fucatam veræ viti  
movere controversiam de veritate ecclesiae , atque vide-  
ri velle suis racemationibus verum comprehendere po-  
pulum rupis. Nihilo-minus illa damnatur in hoc canticō ,  
quandò declaratur originem duxisse ex vite Sodomæ.

Fore dicitur ex vite Sodomæ , & ex agris Gomorrhae .  
Nihil notius , quam Sodomam & Gomorrhām fuisse fa-  
nigeratissimas pentapoleos civitates , in fertilissimo Palæ-  
stinae agro quondam conditas , sed sub ætate Abrahā-  
mi singulari Dei judicio eversas , atque in mare mor-  
tuum demersas. Agti tamen Gomorrhae sunt ille ipse  
oræ , quæ mare mortuum radunt , eique adjacent ,  
quæ à pestiferis aquarum istarum halitibus ita corrū-  
puntur , ut , quicquid in iis excrescat , verorum geni-

mīnum speciem quidem referat , sed tamen quoad fucum contaminet , ita ut in corruptissimos fructus exeat. Proin vītis Sodome in agris Gomorrhae excrescens alludit ad pessimas illas frutices , quæ in istis oris notantur , de quibus multa veteres . Tertullianus in apologetico cap. 40 , de hâc regione loquens , dicit. Olet adhuc incendio terra , & si qua illic arborum poma collantur , oculis tenus , cæterum contacula cinerescent . Augustinus de civitate Dei libr. 21. cap. 8. Prodigiosè fuligine horrore est , & poma ejus interiorem favillam mendaci superficie maturitatis includunt . Isidorus Etym. libr. 14. c. 3. Nascentier ibi poma viuentia , substantâ specie maturitatis , ut edendi desiderium gignant . si carpas , fatiscent ac resolvuntur in cineres , fumumque exhalant , quasi adhuc ardeant . Eadem tradunt Ambrosius libr. 1. de Abrah. cap. 6. Clem. Alex. libr. 2. Pædag. cap. 10. Hæc jam ante memoriae prodiderat Philo Judæus libr. de Abrahamo , ac præ primis Josephus de Bello Jud. libr. 5. cap. 5. Colore quidem & specie , inquit , aliorum fructuum sunt perfuniles , tactu vero in carpentium manibus resolvuntur in fumum ac cineres . Vites itaque Sodome in agris Gomorrhae egyptum præstant Symbolum ecclesiarum fucatae , per hypocrisin veram mentiens ecclesiam , videturque quam proximè referre populum Judaicum carnalem , qui olim istas mundi oras incoluit : hic vero quantocius concipiuntur ab eo separati genuini Abrahami filii , populi pars electa , in sacris tantummodo pro Sodomâ reputatur , & pro Gomorrâ . Conf. Deut. 29: 23. Jes. 1: 4. 10: 23. Jerem. 24: 14. Zeph. 2: 9. Hic loci notandum , quod non ipsa vītis Sodome in agris Gomorrhae exhibeat , sed ejus propago ex vite Sodome sumpta & ex agris Gomorrhae in aliam oram translata : atque sic

sic eleganter ac quasi nativo symbolo depingitur sub N.T. novus *populus carnalis*, vero populo spirituali gravis, molestus, & iniamicus, cuius omne consilium foret populi cujusdam (ad imaginem disciplinæ Judaicæ) formam induere, qui legem antiquatam & tempora revo-caret, quasi cum repullulante Judaismo imitaturus ferre omnes Judæorum ritus, & transumpturus doctrinæ eorum apostaticæ dogmata. Notandum apprimè, post gentium fugam hanc vitem poni pessimis uvis pullulan-tem.

*Uvæ ipsorum erunt uvæ venenatæ, quibus baccæ a-mare.* Josephus quoque testatur fructus ut vocant Sodomiticos colore edilibus fuisse similes, ast eorum aci-nis messe haud tolerandam amaritudinem. *Uvæ & bac-cæ aut botri degeneris ejusdem vitis mihi sunt Symbolum doctorum illius populi, doctrinam quasi vinum in pectore suo continentium ac foventium.* Vocantur *uvæ venenatæ* (עַנְבָּיו רֹוֶשׁ) seu *uvæ veneni*, aut *fellis*. Vox **עַנְבָּה** (quæ frequentius scribitur cum aleph עַנְבָּה) norat quidem *caput*, sed & *venenum*: quia *venenum* in ca-pite aspidis est. Job. 20: 16; notat etiam *fel*, atque ita vertitur Psal. 69: 22. Jer. 8: 14. 23: 15. Thren. 3: 5. Adde Deut. 29: 18. Hinc in baccis aut botris notatur summa *amaritudo*. Sic notatur hoc emblemate, quod illi doctores foveant sentencias, mortifero suo toxicō miserandam necem animis afferentes: vel saltem *a-marore* suo omni veræ consolationi contrarias.

Vers. 33. *Vinum ipsorum fel* (aut *toxicum*) *draco-nicm*, & *venenum viperinum acerrimum*. *Vinum* est, quicquid ex uvis expressum profluit, atque censetur potus generofus, omnem sitim non solum extinguens, sed & animos exhilarans. Verum *vinum* ex *venenatis* & *pestiferis* uvis expressum, non potest non esse exitia-

le, felle ac veneno madens. Prout itaque *vinum*, ex bene  
sanis uvibus expressum, symbolum est doctrinæ euangelicæ,  
cujus est sitim justitiæ satiare, atque conscientiam affi-  
ctorum omni solatio hæficare. Conf. *Joel.* 2: 18. *Jes.*  
55: 1. *Zach.* 9: 17. Ita è contra *vinum* hoc, cuius  
omnia effecta sunt contraria, ponitur ut symbolum dam-  
noscit illius doctrinæ, quam pseudo-ecclesiæ doctores ex  
sinu suo effunderent. Ad veneni acumen exaggeran-  
dum confertur cum toxicò animalium maximè vénénato-  
rum, quales sunt *dracones & viperæ*, de quibus vi-  
dendus Cl. *Bochartus*. Scilicet horum toxicæ lethifera  
sunt, ita ut draconum subito vitam extinguat, viperi-  
num acerrium non sine multis doloribus homines ene-  
care soleat. Ita effecta indicantur in hominibus spiri-  
tualiter enecandis, ut aliis subitanum insinuet stupore-  
rem; alii male curatæ conscientiæ morsus & rosiones  
sentiant: undè colligas eorum doctrinam nihil prodef-  
se, nec ad vitam sanctitatis, nec ad solatium con-  
scientiæ.

# RESPONSIO VINDICIS ET ASSERTORIS.

Ver. 34.



Aetenus querela & contestatio doloris hominis, meliora ecclesiae fata sperantis, & in neglectu attentionis quorundam causam dilati boni lugentis. Sequitur nunc responsum Dei vindicis, consilium suum de sperata ecclesiæ libertate & pace nihilominus in tempore adducendâ exponentis, modumque, quo ea adimpleret, indicantis.

*Nonne hoc penes me conclusum?* Concipi debet Jehovah consolator quasi exsurgens aliquid ostentare manu suâ comprehensum & conclusum, quod instar habet diplomatis, in æterno Dei consilio conscripti, & nunc quasi porrectâ manu ex archivis arrepti, quo defensio ecclesia ejusque exaltatio, certo modo & tempore gloriolè suscipienda, ex rato Dei decreto continebatur. Nota interrogationis indicat rem cognitam, & quiritant ac ploranti in memoriam solum revocandam: quasi dicat: *quid doles regnum cælorum in suo ad plenariam mundi hæreditatem progressu per obiectum illud impedimentum suspensum?* *Noftine immutabili meo decreto ratum esse, regnum ecclesie suo tempore erigendum?*

dum? atque illud decretum aliquando q. juxta prouidendum diploma exsecutioni esse mandandum?

*Obsignatum in archivis meis.* Vox יְזִירָה propriè penitentiæ & ærarium significat, in quo aut thesauri reconduntur, aut chartæ majoris pretii momentive reponuntur, ut videre est in locis. Deut. 28: 12. 2 Chron. 32: 27. Prov. 8: 21. Joel. 1: 17. Alludit sermo ad mores regum, qui non tantum in archivis & ærariis thesauros, regnique commentarios reponunt, verum & diplomata sua in similibus locis signare solent. *Diploma* (quod nos hic concipimus ut ex loculo suo manu arreptum, quo ostentetur non solum, sed q. tradatur in manus filii regis) hic dicitur *in archivis* Dei patris quondam *obsignatum*, in quantum consilium pacis patrem inter & filium non tantum quoad omnes ejus partes ratum est ab æterno: verum etiam promissionibus & comminationibus confirmatum: imo & ipso sanguine Christi ratificatum est illud testamentum, ex quo illi jus competit regnum sibi postulandi, subditos regni confirmandi, & adversus hostium qualiacunque molum afferendi atque defendendi.

Vers. 35. *Mea est ultio.* [לִי נַקֵּד] Ultio nihil aliud est, quam poenæ illatio, ad omnem injuriam sibi suffice illatam manifestandam, ex lege talionis infligenda. Haberet etiam annus gratiae dies suos ultiōnis, quibus hostibus ecclesie daretur retributio. Jes. 61: 2. 63: 4. Declarat vero hic Deus, se jura vindictæ sibi servare, atque suo moderamini relinquenda esse, quæ circa modum & tempora vindictæ definienda sunt. Has partes sibi vendicat supremus mundi Judex & Arbitrus. Notandum porro ultiōnis & vindictæ exercitium abrumpere telam tolerantie divinæ, quæ pro tempore hostibus indulget, ut ea faciant contra ecclesiam, quæ fieri

fieri videmus. Estque illa tolerantia non vindictæ ablatione, sed dilatio. Mens dictorum itaque est; „ vides di- „ ploma signatum, & filio meo tradendum ad regni sui „ promotionem. Sed tencas me tempus vindictæ in mea „ posuisse manu, meque datam spem impleturum per coer- „ citationem hostium, quandò ego id oportunum fore arbit- „ rabor: ergo de felici rerum eventu esto securus; quia in „ in mea est potestate: nec esto nimis festinus, quia in „ meo res sita est arbitrio. Revocatur hic locus ad praxin à Paulo *Hebr. 10: 30. Rom. 12: 19*, in quantum complectitur universalem veritatem, seu canonem decentiæ divinæ, in regimine mundi servandæ: qui dictat ulcisciendi partes prorius divinas esse, supremo Judici solum committendas, quas ut nemo temere sibi sumere debet, ita nec cum Deo de ejus exercitio disceptare; sed in ejus arbitrio planè acquiescendum esse, ut hoc solo sic contentus, quod Deus noverit & hoc opus suum facere in tempore.

*Et retributio.* Verbum שָׁלֵךְ solvere significat *Lev. 5: 24.* & rependere *Jud. 1: 7.* Nimirum mala inalis, & bona bonis, quod est justitiae divinæ, quam Deus abnegare non potest; quippe *Iudex totius terræ,* *Gen. 18: 25*, cuius est unicuique compensare pro operibus, *Rom. 2: 5.* Exponit Deus decretum suum, & constantem suam volentatem de dandâ hostibus ecclesiæ retributione, & abrumpendâ aliquandò suâ tolerantiam, quâ in hostium permissione fuerat usus, quandò retributionem suam dicit.

*In tempore nutabit pes eorum.* Vox נַעֲלֵם oportunum tempus significat, quo res in mundo singulare quid flagitant: ut נַעֲלֵם mihi ferè significet tempestivè aut opportunitè. Sic judiciorum divinorum exsecutio cum justâ bonorum & malorum retributione certæ alligatur oportuni-

tunitati , quam Deus quoque definivit , cui soli jus in tempus competit . *Dan.* 2: 21. *Psal.* 74: 16. Nutare ( aut vacillare ) pes dicitur , quando quis inclinat ad lapsum , ejusque causæ in aliquem irruunt eo cum impetu , ut ipse minetur casum . Pedes sustinent corpus , quibus vacillantibus homo in lapsum proclivis est . Negatur in scripturis vacillationem in fidelibus perrectu-ram unquam ad eum lapsum , quo gratiâ Dei excidant ; id enim prohibet divinæ gratiæ constantia . Vid. *Psal.* 66: 9. 74: 18. Verum hic contra tempus aliquod oportunum dicitur fore , quo adversantium pes vacilla-ret , atque ita regni adversarii qualiscumque lapsus instaret , facile ex pede vacillante exspectandus . Sunt interpres , qui relativum quo , quasi per ellipsis omis-sum rursus supplent , atque suo loco inserunt , quod accentum distinctivum in voce **לען** , eam non nihil su-pendente , postulare volunt , vertentes , in tempore , quo nutabit pes eorum . Neque ego multum refragor . Verum hoc tamen monitum cupio , tales suspensiones , præsertim in poëticis , sapè affectus loquentium indica-re , sermones in medio suspendentium , ut majorem con-citent attentionem . Hic sermo omnem attentionem sus-pensam vult circa illam oportunitatem , quam Deus in-culcare vult , ut proinde supplementum relativi hic vi-deri possit minus necessarium ; præsertim si sequentia temporaliter vertantur .

*Quando propinquus erit dies calamitatis eorum . Lip-*  

*pis & tonsoribus notum , quod particula **ל** æquè sit temporalis ac causalis . Nos hic priorem eligimus potes-tatem ; quia sermo versatur in descriptione temporis . Vox **איך** , quæ vaporem , nebulam , & umbras signi-ficat , etiam alibi notat calamitatem , sive statum nebu-losum & tenebricosum , quo omnia sunt confusa , at-que*

que perplexitatem & horrorem inferunt. Lxx vertunt hic ἀπωλείαν id est interitum ; quia ut aquæ in vaporem resolutæ abeunt , & quasi percunt ; ita hi ponuntur perituri per interitum & calamitosum exitum. Conf. Prov. 24: 22. *Dies istius calamitatis proin concipiatur ut dies illis nebulosus , qui lucein spreverant , & omnem cognitionem verbi Dei extinguentes tenebras præ luce amaverant , quos manerent ultime tenebræ. Vel ut dies , quo istæ aquæ frementes contra ecclesiam dissiparentur , atque in vaporem resolutæ planè in vanum abirent. Nutatio pedis eorum ponitur ut præambula huic judicio , & signum interitus appropinquantis.*

*Et festinabit.* Verbum וְיַהְיֵה negat ullam moram : diciturque de aquilâ , quæ præcipiti impetu volatum accelerat. Hab. 1: 8. Conf. Psal. 119: 60. Jes. 8: 1. Notandum hoc verbum hic adhiberi in singulari , cum sequentiâ , quæ cum eo conjungenda sunt , legantur in plurali ; undè hic anomaliam agnoscent Grammatici. Verum , quid obstat , quo minus tacitè repetenda sit vox dies , & festinabit idem ille dies ; ut accentus tipha sermonem non nihil suspensum faciat , quo in causa sequentia cum affectu erunt pronuncianda.

*Parata illis.* Vox יְהֹוָה id significat , quod imminet , atque promptum & paratum est , ut accedat. Cum impetu itaque subjungit Deus parata erunt illis omnia ; scilicet , quæ illos ut mala obruent , atque interitum illum iis inferent.

Vers. 36. *Jehovah enim judicabit populum suum.* Observamus hic Jehovan loqui de Jehovâ ; pater hic designat filium , quem constituit rupem salutis , & simul etiam vindicem populi , cuius est acquisitum sibi populum defendere : atque ita repræsentatur , ut cui pater cum diplomate hoc judicium tradit. Verbum יְהֹוָה exponit

ponit omne Iudicis officium , quod in foro exercet , ubi cuique dicturus jus suum caussas cognoscit , argumenta expendit , sententiam decernit , omniaque ea ordinat , quae ad jus cuique suum asserendum faciunt . Venit quidem aliquando sensu judicii adversi , quandò caussam injustam damnat . Gen. 6: 3. 15: 14. sed potius est , ut notet judicium faustum pro caussâ justâ , atque sic caussam alicujus recipere ad cognoscendum , & injuriam ab eo arcendam . Vide Psal. 54: 3. *Populus ejus* dicitur , quem sibi mercando fecit peculium , qui que eum colit ut dominum & legitimum peculii possessorum ; Christus autem & alibi celebratur , ut qui *judicaret populum suum* sub suo patrocinio cum omni æquitate . Phrasis tota translumptra occurrit Psal. 135: 14 rem nota Psal. 72: 4. Jes. 11: 4. 4. Neque obstat , quod Paulus Hebr. 10: 30. hunc locum adducat , ubi agit de iudicio severitatis , dicens : *Novimus eum , qui dixit mea est vindicta , ego repandam inquit Dominus ; & rursum , judicabit Dominus populum suum.* Horrendum est incidere in manus Dei vivi . Paulus enim agit de iudicio eorum , qui post primam illuminationem à fide deficientes , dominum & populum ejus persequuntur : jam caussam acturum cum Dominum populi sui monet contra tales hostes , idque ex hoc loco benè probat : proin evitare non poterunt tales , quin incident in manus Dei vivi , qui federet inter populum suum , & ejus hostes , qui per apostoliam defecerant .

*Et super servos suos pœnitabit eum.* Lxx. Καὶ ἐπὶ τοῦ δέρματος αὐτῷ παρακληθήσεται , & in servis suis consolabitur . Propter homonymiam verbi חַנְחָה illa versionum est diversitas : quandoquidem enim pœnitere significat Num. 23: 19. 1 Sam. 15: 19. Jud. 21: 15. Nonnunquam consolari passive , aut se solari . Gen.

27: 42. 37: 35. atque occurrit etiam tota phrasis.  
*Psal. 90: 13. 135: 14.* Videtur in genere notare sedationem passionis alicujus vehementioris, ut ex *¶11* suam accipiat significationem; quæ si sit mœror notat solatium capere: si amor beneficentiae notat pœnitentia: aut etiam si sit *ira*: adeo ut significet quasi ad sedatum animum redire. Quicquid sit, utraque significatio admissi potest. In sensu *pœnitentiae* (quæ impropriè Deo tribuitur, *1 Sam. 15: 29.*) significat judicem velle abrumpere diutinum ecclesiæ laborem, & servorum suorum ærumnas tanquam res ingratas, atque nisi terminentur fini ultimi temporis minus respondentes, amoliri. Significatio vero *consolationis* repræsentat judicem ut fratre, qui se per misericordiam respicit quasi dolorum ecclesiæ participem, quique pro in exitis illis laboribus & molestiis querat sibi quasi solatium, ac singularem animi contentationem. *Servi ejus* vocantur omnia veri populi membra, quoniam pro Domino laborantes se juxta ejus voluntatem composuerunt, omnia perferentes atque per obedientiam servorum præstantes, ad quæ Dominus eos vocaverat, in solâ ejus voluntate acquiescentes. Hi supponuntur multum luctati cum illatis ab hostibus injuriis. Jam promissio eos ad patientiam & constantiam excitat hoc arguento, quod istius certaminis agonothetes aliquando suo judicio hoc ageret, ut mutata illâ conditione difficiili ex oppressione istâ restituantur libertati, & requiem inveniant in regno Christi.

*Quando videbit, quod abierit manus.* Videre hic notat benignum miseriarum intuitum, ut *Exod. 3: 7.* Nihil notius est, quam quod manus in sacris sit *symbolum potentiae*, sicuti & *brachium?* manus enim est inter organa corporea illud mentis instrumentum, quo in rebus alias corporicas robur exercet suum. *Manus itaque servorum*

vorum Dei est illud humanæ potentie auxilium , quod veritati & ecclesiæ laboranti patrocinium & defensionem præbere consueverat . Hæc manus concipitur ut abitura certo in tempore ab ecclesiâ . Verbum **HN** notat porrò ire , & magis magisque recedere . Manus verò ita recedens & abiens symbolum est recedentis onnis potentie & auxillii , ut sine his corpus nihil amplius valeat ; ita de-pingit vires ecclesiæ omnes enervatas & dejectas , nervosque adeo incisos esse , ut præ imbecillitate manus attollere non possit . Tale quid evenit ecclesiæ , quandò patroni , bone ejus cauissæ defensores , aut morte dece-dunt , aut per apostasiam Christi ecclesiam deserunt . Inīò quando ita divitiis & potentia bellicâ destituitur in aliis regionibus ut hostium viribus resistendis sit im-par . Hoc idem sub symbolo *confracti brachii* notatur *Dan. 12: 7.* Proponitur hic casus , ut certo aliquo tempore haud dubiè futurus ; atque simul etiam ut ultionis & retributionis divinæ , ab hostibus sumendæ , singularem oportunitatem includens . Pròin nexus sermonis est , Deum per hyperaspisten ecclesiæ , filium suum , tunc *judicaturum populum suum & Christi* , omnemque eorum causam , haetenus laborantem , asserturum , quando videbit manum abiisse , atque adeo servos suos omni humano auxilio aut robore destitutos . Quod i-psum etiam alii vates cecinerunt . Conferat modo lector *Dan. 12: 1.*

*Et nihil factus fuerit inclusus & derelictus .* Phrasis ista in sacris proverbialis est , ut constat ex *1 Reg. 14: 10. 21: 11. 2 Reg. 9: 8. 14: 26.* Sacro hoc adagio evidentissimè denotatur extrema vastitas , crudelissima internecio , atque omnimoda prorsus extinctio , in qua nullus fit superstes , ne ex illis quidem , qui vinculis *constricti* carcere clauduntur , aut senio confecti , vel

vel mōrbo exhausti etiam à s̄evissimis hostibus pro *de-reliētis* pr̄termittuntur. Ita omnia repr̄esentantur ut deplorata. Sicuti prius effatum sub manus symbolo respiciebat principes & potentiores ; ita hoc effatum respicit humiles & multis infortuniis oppressos. Nota tamen , quod *inclusus* & *derelictus* , ablatis principibus viris , ferè reliqui populi faciat divisionem ; ut *inclusus* sit , qui sub oppressione Principum adversariorum latitare cogitur : verbum enim יְשׁוּעָה se in abdito contineat , & ad occultationem includere significat. Nehem. 6: 10. *Derelictus* verò ( בָּלִי ) est , qui cladem effugit , & quem non attendit ita hostis. Hi dicuntur *nihil facti* , seu ad nihilum redacti ( hoc est ) omni splendore , & potentia orbati. Sic vox דָּבָר nihil vertitur. Ies. 40: 17. 45: 6. Conferat lector , quæ Cl. Ioh. Henr. Ursinus ad hunc locum notavit in suis analētis. Vol. 2. Libr. III. Obs. xiiii.

Vers. 37. *Et dicet.* Variant hic interpres , dum alii hæc nectunt cum verbis *judicabit Iehovah* : atque subnectunt , & *dicet* : censentes hanc expostulationem concipiendam esse , ut ipsius judicis , sed tanquam in alloquio ad servos suos prolatam ; quâ per sarcasnum hostibus perculsis illudit , prostratis insultat , vanorumque numinum impotentiam objicit , eorum cum ferociam , tum jactantiam repressurus. Alii potius nectunt cum proximè antecedentibus , tempus oportunitatis auxiliī Dei exponentibus , quam descriptionem hic continuari existimant. Hi concipiunt hunc sermonem , ut ab hostibus ecclesiæ profectum , populo Dei vanam fiduciam objicientibus : atque sic erunt dicta hominum super ecclesiam oppressam exultantium , spemque servorum Dei irridentium. Hoc sensu effatum nostrum ut impersonaliter dictum accipi debet , atque tunc belgice elegan-

eleganter vertas: *Ende als men seggen sal.* Utra expositio præferenda sit? videndum paucis. Ego hic video in præsenti sarcasmo *rupis* fieri mentionem & rideri confugium ad rupem illam; ast *rupes* sic abso-tè posita notat rupem salutis, atque hostium est confugium ad hanc rupem ridere, quando credentes vident quasi derelictos, uti in proximè præcedentibus fuerunt depicti. Hæc quasi derelictio ansam dare videtur huic sarcasmo. Conf. *Psal. 14: 6.*

*Ubi est Deus ipsorum?* Formula est sarcasticæ irrisio-nis, populo derelictionem Dei sui objicientis: atque non sine amarulentia spem vanam exprobrantis. Scilicet eam depingunt prophetæ quandoquidem ecclesiæ conditionem, quâ sub oppressionibus videatur actum cum regno Christi, quâque hostes supra quasi devictam ecclesiam triumphum canunt: in quibus canticis acsi de Deo hujus populi ipso victoriam reportassent insultando dicerent. *Ubi est Deus ipsorum?* Similes insultationum hostilium formulæ in Psalmis sunt frequentiores. *Psal. 42: 11. 79: 10. 115: 2. Conf. Joel. 2: 17. Mich. 7: 10.*

Rupes, ad quam configuerant? Cantici hujus argumentum erat assérere *rupi* Mosis & servorum Dei magnitudinem contra Judæos aliosque Deitatis Christi hostes, hæc in parte Judaizantes.. Hanc *rupem* descripscrat vers. 4. Servi Dei dicuntur ad *hanc rupem confugisse*, quod est opus fidei, in omni casu diffcili salutem & auxilium querentis in hujus rupis communione, dum precibus hoc sese recipiunt, atque ejus patrocinium implorant, & sibi etiam spondent. *Sarcasmus* ex deplo-rato illo omnique auxilio destituto statu objicit illos frustra fuissè, atque per experientiam edoceri, quod eorum fides fructu carcat, dum confugium defensionem non

non invenit. Poteſt hæc obiectio eſſe hominum duorum generum, tum eorum, qui rupem piorum negant eſſe Deum, potenteim mundi rectorem: tum eorum, qui ei quidem testimonium magnitudinis præbent, ſed interim negant modum confugii, quem servi ejus profitentur, eſſe verum ejus cultum, quo hanc rupem ſecum conciliare poſſint; priori ſenſu eſt Iudeorum & Judaizaſtrium; altero ſenſu eſt inimicorum judicum, viti Sodomaſ prefeſtorum.

Vers. 38. *Qui adipem vietimaruſ ipsorum comedebant, biberunt vienon libaminuſ ipsorum.* Relativum (*qui*) reſpicit Deum & rupem, quam populo proposuerat Deus, id eſt patrem & filium; queſe cauſa eſt, cur uerque conjungatur in plurali, propter pluralitatem perſonarum. Uterque fideiſibus erat ſolatio, quod ſolatiuム rident adverſarii. *Victimæ hic ponuntur cum libaminiſbus;* ſolebant enim libamina atfundи ſacrificiis votiſis & ſpontaneis; & quaſi Deo cedere in cibum & potum, quando ille concipiſt ea grata habere, atque quā talia admittere. Hic verò iſte victimæ & libamina debent pro ratione œconomie N. T. ſpiritualiter intelli-gi, ut victimæ ſigniſcent ſpirituales fidelium oblationes, in quibus ſe ipſos omniaque ſua in mundo, ſpontaneo animi impetu Deo ſiſtunt (Conf. Rom. 12:1.) quibuscum junguntur libamina, tanquam ſymbola martyrii, ac proinde oblationes ſanguinis martyrii, quandō pro nomine Christi omnia dura & mortem i-pſam ſubeunt: vienon enim libaminiſ eſt emblema ſanguinis martyrum, qui pro veritate confeſſionis, quam profitentur, ſanguinem ſuum effundunt. Sic Paulus hoc mysterium exponit. Phil. 2:17. 2 Tim. 4:6.

Status quæſtionis eſt, an qui Deum celebraント patrem in Christo, & ad Christum ut rupem ſuam confugiunt,

pro istâ confessione , omnia impendentes , omniaque ferentes , irro mortem ipsam : non gratum Deo offerrant sacrificium ? Hoc ajunt servi Dei ; negant adversarii , & sarcasticè rident . Quasi dicant , qui adipem vietimarum ipsorum scilicet comedebant , biberunt etiam vinum libaminum ipsorum : quod si verum est , ut illi miseri sibi persuaserunt , cur non adsunt ? & suâ liberatione atque auxilio id comprobant ?

Verum adhuc durius dicta accipi possunt , si vox יְהוָה , ut sequenti effato respondens , & indefinite posita , accipiatur : ut sensus sit , quos coluerunt , eorum martyres facti sunt : ast coluerunt falsum numen , & se servos stiterunt dæmonibus , quibus etiam eorum martyria grata fuerunt . Non quidem id expresse dicunt , sed tectè , atque intelligendum relinquunt ex Dei & rupis impotentiâ , eos in ultimis afflictionibus non salvante .

*Surgant & auxilientur (aut opitulentur) vobis.* Finis Sarcasmus cum apostrophe ad servos Dei . Verba priora quasi colloquium exhibent inimicorum & osorum inter se : ast proxime convertunt acrius dicta ad fidèles , qui ad hanc rupem sese receperant . *Surgant inquietunt quos vos insani colitis , pater & filius , atque vobis in desperato hoc statu opitulentur.* Surgere ardentem Deo tribuitur , quotiescumque insigne aliquod opus , non sine demonstratione omnipotentiae sua absolutendum , concipitur auspicari , ut videre est , Num . 10: 35 . *Psal. 12: 6. 44: 27. 68: 2. 102: 12.* Illud autem singularis omnipotentiae divinæ opus est *opitulatio* , servis suis oppressis præstanda , quæ respicitur in sarcasmo tanquam desperata , & jam sero ventura , ut nulla ejus spes sit relictæ . Similem illusionem ab hostibus juxta prophetiam pateretur in cruce ipsa rupes Christus , *Psal. 22: 9.* Ubi postulant hostes ejus , ut Deus persimilem

milem opitulationem in re desperata benevolentiae testimoniū patienti præbeat, si verum sit vias ejus Deo placere. Hoc ipsum benevolentiae signum nunc postulant à servis rupis genuinis adversarii; quippe qui externam prosperitatem verae ecclesie signum faciunt. Nota porro tremendam fidelium tentationem, qua ignitis istiusmodi telis scutum fidei eorum perforare laboraret Sathanas, eisque in animum inducere ut spem abjicientes à fide deficiant: in quo temptationum æstu hypocrita solent manifestari, & per apostasiam ab ecclesiâ recedere; sincere autem credentes per constantiam victores evadere.

*Sit super vobis profetatio.* Vox סתרה significat, quod rem abscondit, ne à malo inveniatur. Ita Deus concipitur agere cum dilectis suis, *Psal. 32:7. 119:119.* Atque ejusmodi occultationis ad defensionem spes facta est ecclesie, *Ies. 4:6.* Hoc ut jam in tempore oportuno fiat, exigit irrisio. Progressus est à majori ad minus, plus est opitulatio, quæ rerum restitutionem importat; minus est occultatio, quæ tantum conservacionem licet in statu misero subinnuit. Quasi dicant, si vobis nimium videatur, quod opitulationem postulamus: hoc saltem cedat vobis benevolentiae signum Deus vester, ut vobis parata sit occultatio, quæ superstites maneat à parato exterminii malo. Concipere ecclesiam, ut in instanti ab hostibus eam persequentiibus delendam ad ultimum usque, si decretum hostium succedat. Concipere irrisores, ut ex apparatu aliquo præsenti & multis hostium successibus colligentes, jam cum ecclesiâ conclamatum esse: rem ad ultimum discrimen perducent, & manum hostium elatam minari, ut uno ictu omnes conterat. Est tamen in hoc repræsentamine propheticō insigne contra metum antidotum:

dotum: indicat enim hunc ipsum temporis articulum, quo tam proterve ecclesiæ oppressæ insultarent ejus inimici, continere oportunitatem auxilii, quod Deus promiserat; qui ita quasi irritatus & ab hostibus provocatus revera signum, quod postulabant, adduceret.

Vers. 39. Hic patri promittenti judicium, ad populi oppressi assertionem iusciendum, succinit ipse *filius*, quem judicem designaverat: atque adeo abhinc dicta concipio, ut dicta *filiu*, promissioni *Patris* (Vers. 36.) respondentia. Promiserat Jehovah Deum rupem & castram populi aucturum, & quidem eo tempore, quando ultima ecclesiæ necessitas ejus auxilium postularerat. Nunc addictus fidelibus Assertor se quasi coram sistic: & ex abrupto loquens introducitur; quia hoc ad representandam ejus promptitudinem quam maximè faciebat: signum enim temporis (Vers. 35. datum) postulabat, ut ad ecclesiæ liberationem & glorificationem futura festinarent.

*Videte nunc.* Id est, intelligite; & cum singulari mentis attentione perpendite *nunc*. Particula נָאעַנְךָ *nunc* hic suam exercet emphasin. Fateor voculam נָאעַנְךָ non semper exercere significationem temporalem, sed sèpè notam esse illationis & consequentiae, atque hoc sensu vertendum foret, *videte igitur*; quia hostes ita laborant vos confundere, *respicite igitur* in cum singulari attentione, ac plenitudinem, quæ in me est, potestatis cum sufficientiâ potentiae meæ notate, ut verbis istis tentationum opponatis. Vide sensu illationis utur pari. *Jos. 1:2. Gen. 3:22. Prov. 5:7. 8:32. Psal. 2:10.* Sed sensus temporalis tamen prior & frequentior est: atque tunc notat rei oportunitatem.

*Ego, ego sum ille ipse.* Pergit Assertor in abrupto dicendi genere, ut hæc cum singulari affectu dicta ful-

se cogitemus. Repetitio vocis יְהוָה etiam emphatica est; quoniam per hanc ingeminationem auditorum requisitam attentionem magis excitat, atque ut mentem ad se convertant adgit. Vide eandem repetitionem adhibitam *Jes. 43: 25. Hos. 5: 15.* Conjugitur vox נִמְלֵת per modum prædicti, quasi esset nomen proprium, unde versio Belgica ejus versionem (DIE) literis scribit majusculis. Intellige eum sic definiri æternum, constantem, & immutabilem esse Deum, ut *Psal. 102: 27. 28. coll. Hebr. 1: 12.* Aut si relativè vclimus accipere, vertenda sunt verba, quod ego sum ille, quem pater vobis promisit judicem; ipsa rupes, ad quam vos haud frustra recepistis.

*Et nullus Deus mecum est, Conf. Vers. 12.* Hæc adversus eos dicuntur, qui eum dixerant non *Jehovam*, adeoque se ita jungit patri & spiritui sancto, ut velit se agnosciri unum eundemque cum ipsis Deum. Dein exhibet se solum Deum cum exclusione *Deorum dictorum*, quos in regno N. T. suscipiendo exuerat: & cum separatione ab omnibus effectis numinibus, quorum patricinio nitebantur adversarii. Quando se solum exhibit intuendum, probat suorum fidem, qui hunc solum agnoscentes coluerant.

*Ego morte afficio & vitæ restituo.* Futura hæc sicuti præsentia Latinorum sæpius actionem notant sine connotatione temporis: quasi dicat: ego is sum, cui competit jus vitæ & necis; quo iure efficio ut homines ad meum arbitrium moriantur, atque etiam efficiam, ut mortui aliquando vitæ restituantur. *Conf. 1 Sam. 2: 6. 7. Jes. 45. 6. 7. Thren. 3: 37. 38.* Provocat hic loci ad jus suum supremum non solum, verum etiam ad illustre specimen potentiae, quod exspectandum in fine temporum, ipso die resurrectionis. Hæc mor-

tuorum futura resuscitatio magnum est ecclesiæ solatium, ac simul etiam fiducie fulcimen ad credendum nullam ecclesiæ conditionem adeò deploratam esse posse, quam curare & restituere non possit ille, qui mortificat quos vult, & vitæ restituit.

*Sauiciavi, etiam ego sanabo.* Verba metaphorica sunt, sub symbolo enim *sauientis* semet designat populi sui exploratorem, atque manet nulla ecclesiæ evenisse adversa, quæ non ipse suâ moderatus fuerat prouidentiâ. Sub symbolo *sanantis* (undè נִפְנַי audit, Exod. 15: 26.) significat se ipsum quoque mala ista ad ecclesiæ suæ restitutionem ablaturum. Conf. Jes. 57: 17. 18. Jer. 17: 14. Job. 5: 18. Hos. 5: 13. 6: 1. Exponit igitur Assertor ecclesiæ his verbis ratum penes se consilium liberandi aliquando ab omnibus persecutionum angustiis populum suum (v. Dan. 12: 1.) & resaciendi omissia ecclesiæ damna. Imo *sanatio* hæc infert non solum dolorum ablationem, verum etiam defectum, per majorem Spiritus Sancti operationem ad sanctificationem præstandam, quæ sane etiam spiritalis *sanatio* est. Conf. Jes. 30: 26.

*Neque erit ullus, qui e manu mea eripiat.* Sicuti antecedens enunciatum ecclesiæ liberationem spondet, ita hoc præsens hostium capturam ad certissimum suppli-  
cium. *Manus* Dei est symbolum potentiae ejus, prehendentis hostes ecclesiæ, quos cum manu sua con-  
scrit, non erit eripiens: quod in textu dicitur אֵין כָּל (conf. 2 Sam. 14: 6.) id est, nec ullus erit, qui se audiat interponere, quique valeat ulticem meam manum resolvere, ut quis impunitus & salvus exeat. Tantam sibi vendicat potentiam, ut nemo sit futurus, qui eam impedire, aut manum percutientem avertere possit. conf. Dan. 4: 34. Nota hic medium sanationis

nis ecclesiæ indicari, atque in eo collocari, quod Deus vindex persecutores ipse suâ manu prehenderet, certoque supplicio contereret: neque metuendum esse, ut poenam intentatam evadant, eo quod propter prævalentem judicis potentiam nemo eorum erectionem moriri audebit, aut ullo modo efficere poterit.

Vers. 50. *Nam attolo ad cœlos manum meam.* Sublatio manus aliquando initium operis cum exsertione potentiae notat, atque eo sensu Deo tribuitur. Verum hic aliud quid intenditur? scilicet *manum in cœlos levare* ritus fuit jurantium; leguntur enim in jurejurando tale quid observasse cœteros. Gen. 14: 22. Conf. Dan. 12: 7. Apoc. 10: 5. 6. Proin haec verba indicant Deum consilium suum, proximè expositum, & in sequentibus magis exponendum, jurejurando confirmasse: quod in sacris pluries obtinet, ubi Deus, licet indubia fidei, quia mentiri nescius, nihilominus humanæ se imbecillitati usque adeo accommodare cernitur, ut jurisjurandi interpositione autoritatem suam adhuc amplius afferat; ut nempe per duas res immutabiles, quibus Deum mentiri impossibile est, fortissimum solarium habeamus: teste Paulo. Hebr. 6: 18.

*Et dico: vivo in æternum.* Hæc verba formulam jurisjurandi exhibent, quâ Deus jurat per seipsum, ut dicitur Gen. 22: 16. Hebr. 6: 16. Extant similes formulæ. Ezech. 9: 11. Dan. 12: 7. Apoc. 10: 5. 6. & præscripsit Deus etiam hominibus formulam talem; Ier. 4: 3. & jurabis vivit Dominus. Quando hoc loco dicit, *vivo in æternum*, perindè est ac si dicat; *nolo haberi Deus vivens in æternum*, si quod dico venire non est. Quod vita in æternum faciat mentionem, id fieri putem, ut semet sifstat semper potentem & efficacem judicem cum ad vindictam hostium, tum ad patrocinium & solarium suorum.

Vers.

Vers. 41. *Si acuero coruscantem gladium meum.* Fætor particula **DN***s*i solet aliquando indicare absolutam juramenti materiam , ut *Psal. 89: 36. & 95: 11.* ast tunc particula *si* cum verbis jurandi vim habet expressæ negationis. Ita in allatis testimonii*s* *si* *Davidi mentiar est*, omnino non mentiar Davidi; & *si introibunt in requiem meam est*, prorsus non introibunt. Id cum hic loci non obtineat , particula *si* hic conditionem exprimit , non incertam , sed certissimè assuturam , ut sensus sit , *si strinxero gladium meum , experientur illi suo malo*, quod haud impunè eos dimittam , quod idem est , ac si dixerit , quando strinxero gladium meum.

*Fulgor gladii* per hebraismum notat gladium fulgentem & coruscantem , dum à rubigine prodit emaculatus , benè politus , & tersus : facitque ille fulgor partim ad oculos perstringendum , quo terrorem incutiat , partim ut inter vulnerandum altius sine obstaculo penetrat. Hinc apud Poëtas enses fulminei , micantes aut flammivomi sàpè nominantur : prout etiam in sacris. *Gen. 3: 24. Nab. 3: 3. Hab. 3: 11. Job. 20: 29.* Huc facit etiam *acuendi* opus , quo mucro gladiorum attenuatur , ut partes discindendo facilius se insinuet , vulnusque aperiat. Tale instrumentum terrificum est. *Ezech. 21: 9. 19.* Significant autem hæc res præparationem ad vindictam severiorem. *Gladius* Dei vindicis quandoquidem significat hominem bellicosum , ad vindictæ exercitium à Deo adhibendum , *Ezech. 21: 10.* nonnunquam qualemunque instrumentum vindictæ divinæ , ut Vers. 25.

*Et arripuerit manus mea ad judicium.* *Manus* Dei notat ejus providentiam , rerum omnium mundanarum directricem , cuius est vindictæ suæ instrumenta ad judiciorum exsecutionem movere , & adducere. Aliū verunt

tunt, & manus mea judicium apprehendat: atque expnunt, manum Dei dici judicium apprehendere & retinere, quando judicium ipso actu contra fontes puniendo instituit & in eo perseverat. Res eodem reddit; videtur tamen phrasis posterior dura & insueta: & contextus postulare videtur, ut sermo adhuc versetur in apparatu ad judicium, cuius exercitium in sequentibus notatur, ut ad hunc apparatum certo venturum.

*Reddam ultionem hostibus meis.* Effectum gladii ponitur *ultio*, quæ rationem pœnae habet, atque ad justitiam Dei puniticem spectat. Conf. vers. 35. Gladius ille tersus & exacutus est hujus justitiae divinæ quasi Sartelles, & ipse ultius audit, Levit. 26: 25. Conf. Psal. 149: 6. Punendi vocantur ejus hostes seu adversarii, qui huic Deo & regno ejus adversati fuerant, dum ex odio in Dominum servos ejus opprimere conabantur Verbum בְּשָׁרֶת reddere vertitur, & ex etymo notat facere, ut simile malum ad auctorem redeat, utque qui sanguinem innocuorum effuderant, crimen illud etiam suo sanguine luant.

*Et osoribus meis repandam.* Osores ejus dicuntur, qui licet hostilem in modum incurrere in ecclesiam aut non potuerunt ex virium defectu, aut ex politico astu è re suâ esse non censuerunt, nihilominus gavisi sunt ex malis ecclesiæ inflictis. Ad hos etiam extenditur *retributio*, de quâ etiam monitum fuit, vers. 35.

Vers. 42. *Inebriabo sagittas meas sanguine.* Sagittæ inter arma numerantur, quibus milites in bello eminus pugnant: atque Deo tribuuntur etiam, 2 Reg. 13: 17. & Christo regi, Psal. 45: 6. Confer ante dicta ad vers. 23. Symbolum conficiunt judiciorum Dei, quæ quasi è longinquo & velociter immittuntur, & quasi desuper è cœlo in homines irruunt. Conf. Job. 6: 4.

*Psal. 38: 4. 91: 5. Hab. 3: 11.* *Hæ inebriari sanguine* dicuntur. Verbum inebriari metaphoricum innuit copiosam aliquam absorptionem, quæ sine mensura & modo pergit, nec satiatur: imo etiam connotat aliquam lætitiam & jucunditatem, in immodico quasi potu quæstanam. Quando autem Judex dicit se effectum, ut *sugitæ ejus sanguine mebrientur*, se curaturum dicit, ut non abstineant a sanguinis effusione, quamdiu ejus aliquid fundendum restat; atque connotat se exinde aliquam excitaturum lætitiam cum in vindicta suæ instrumentis, tum in populo asserendo, confer quoad phrasin *Jes. 34: 4. Jer. 46: 10.* quainvis iis in locis sit verbum **נִיר**: ut omnia hic sint efficaciora.

*Et gladius meus absumet carnem.* De gladio vidi mus vers. 41. Phrasis *edere carnem* pluries occurrit in sacris. *Jes. 1: 20. 31: 8. Jer. 2: 30. 12: 12. 46: 10. Nab. 2: 13.* atque ibi gladius dicitur carnes voraturus perinde quasi ore ac dentibus esset instrutus. Ita profecto est: aciem ipsam gladii os scriptura vocat, & quemadmodum dentibus in ore constructis conciditur & absumitur cibus; ita etiam gladius acie exacutâ carnes minutatim in frustra fecat, & quasi vorat, atque absunit. Proin *edere carnem* notat homines occidere, & sic gentem diminuendo absumere. Sic bellum bellua est circumquaque vorans.

*De sanguine confessorum & captivorum* scilicet inebriabo. *Hebr. שׁבֵּח captivitas*, sed hæc vox sèpè sumi solet pro captiuis; abstractum videlicet pro concreto, vide *Deut. 21: 10. 2 Chron. 20: 11.* Tota phrasis indicat vindictam neminem præterituram, nec vulneratos ad mortem, nec captivos. Solent alias captivi in vitâ conservari & mancipia facta vendi, aut alio modo coerceri. Hinc *Agag captus*, mortis discrimen à se præ-

præteriisse gaudebat. 1 Sam. 15: 32. 33. Verum aliter agi Deus juss erat cum Canaan eis , hominibus devotis , & jure divini anathematis delendis. Huc alludit præfens hic locus , atque ad judicia Canaan eorum respicit , prædicens Deum cum hisce acturum uti cum Canaan eis , atque vindictâ suâ effecturum , ut ne quidem captivi immunes à suppicio supersint.

*Inde à capite comato inimici erunt ulti ones , scilicet gladii carnivori.* Hebr. à capite comarum , quod per Hebraismum est caput comatum. Indicat hic loci vindictæ latitudinem , quasi dicat à capite ad calcem , à principe ad infimos. *Inimicus* cominode notare potest diabolum , qui regni Christi primus hostis est , atque habet suos in unum corpus coactos , quos regno Christi opponit ; in illo corpore , huic oppositioni destinato , notatur *caput* , seu Dux & Princeps aliquis primarius , qui amat nomine capit is salutari , in quod tamen judex primario suam immitteret vindictam. Conf. Psal. 68: 22. 110: 5. 6. Hab. 3: 12. Intellige *caput* falsæ illæ ecclesie , quæ sub symbolo vitis degeneris jam ante notata fuerat , cuius *caput* scriptura novi Testamenti Antichristum appellat.

תְּפָרֹעַת Plurale à singulari יְרֵפָה , quæ vox *comam* significat , Num. 6: 5. Ezech. 44: 20. Videtur Jud. 5: 2. nuditates vel denudationes notare ; quorū res pexisse putatur *Vulgatus* , vertens nudati inimicorum *capitis* : atque sic etiam Arias Montanus vertit de capite nudationum inimici. Malè tamen quidam hoc revocant ad *caput detonsum & abrasum* : quando enim יְרֵפָה nudare caput significat , non notat *caput cœsarie spoliare* , atque ita decalvare ; sed *caput aperire detrac tâ galeâ* , cidari , & quocunque alio integumento remoto , ut *comam* videoas retectam , atque apertam. I-

ta leprosus incedere debebat פָּרָעָה Lev. 13:45. Id est, cæsarie non detonsa, & pileo non obiecta, contra morem gentis: debuit enim finere, ut pili excrescant, non abradendi, nisi ubi spes sanationis rediisset. *Caput nudationum* idem est, ac *caput comarum*, scilicet longâ & promissâ cæsarie apertum, non galeatum aut cidari obvelatum, sed comâ solutâ & apertâ horridum. Plurale hic quoque emphasis habet, cum enim unius capitis tantum una sit cæsaries, plurale hic rem exag-gerat, quod idiomatica hebraico familiare est, in quo numerus multititudinis mirè valet ad amplificandum, & superlativi locum obtinet: Ita *Psal. 94:1.* Deus ultionum dicitur, id est maximè ultor: & *Jes. 53:3.* Christus vir dolorum audit, id est, summis doloribus excruciatu. Adde *Psal. 55:24.* Ubi homines vehementissimè sanguinarii dicuntur *viri sanguinum*. In hunc sensum *caput comarum* est caput cæsarie suâ maxi-mè promissa horridum.

Nota porrò quod dicat Assertor ecclesiæ ultiones fore sumendas de capite illo horride comato: non dicit se dimicaturum cum thrasonico hoc capite, sed ab eo ultiones sumpturum. Comas à parte occipitis projiciebant comam alentes, ut à tergo spectetur illud caput, atque sic fugiens spectetur, seu occiput obvertens, & in fugâ ab assequentibus capiendus, nec non pro meritis suppli-cis severè puniendus, quippe cui præ primis omnes illæ injuriæ & oppressiones essent retribuendæ, quibus populum Assertoris affecerat.

Lxx vertunt ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐθνῶν, quæ transla-tio potius Symboli est interpretatio, *caput comatum* ergo metaphorice notat aliquem supremæ potestatis, à quo principes multarum gentium dependent, qui hoc caput multo cum apparatu circumstant atque tegunt ad majo-rem

rem terrorem iis incutiendum, qui illius jura non agnoscunt. Proin *Antichristus* hic satis eleganter depingitur, ut principum terræ potentiam metuendus, atque eorum, ab ipso dependentium, autoritate major: qui ebrios sanguine martyrum præprimis conspicitur ut objectum multivariorum ultios, & justæ retributionis, à quo mactatio ad membra inferiora pergeret, donec totum illud iniunctum (id est diaboli) *corpus*, regno Christi oppositum, planè esset destruētum atque absumptum.

Vers. 43. Tandem succedit tertia scenæ hujus ultimæ pars, in quâ à conscientia consilii divini, & aliis haec tenus divinitus edocitis monentur gentes jubilum concirare, ex spe illâ, hunc in modum confirmatâ, argumentum capientes.

*Concitate jubilum gentes populus ejus.* Paulus locum hunc legit Rom. 15: 10. *Hilares estote gentes cum populo ejus*, eum hunc in finem adducens, ut probet gentes aliquando ad regnum Christi esse adducendas, neque à gratiâ euangelicâ excludendas, imò potius simul cum populo Judæorum conjungendas, quod eadem luce illustratae, iisdem Spiritus Sancti donis cumulatae, & denique eâdem euangelii lætitia perfusa domini sui instantes victorias in antecessum celebrent.

**Γένεται οὐαὶ.** Hæc duo nomina videntur per appositionem jungi, quasi dicat, *Gentes*, quæ estis *populus ejus*, per fidem hæredes bonorum regni ejus factæ: atque ita distinguerentur à gentibus, in infidelitate remansis, aut per apostasiam iterum à populo Christi desctis. Qui ita vertunt, Paulinam interpretationem non obstat ajunt; quia ille versionem τῶν LXX allegat, nec tamen suâ allegatione approbat: sufficiebat enim alleganti, quod retinuisset, retineretque, quæ ad probandum, quod intendebatur, valebant: nempe gentium ad communionem ecclesiæ vocationem, quam ex

prophetis adstruere intendebat. Si quis tamen versio-  
nem græcam retinere malit, ille copulam omissam pu-  
tet ex impetuoso loquentis affectu, qui quasi utramque  
partem manu distincte designat. Vel cum Tigurinā  
versione legere poterit, *Excitate gentes ad jubilum po-  
pulum ejus.* Ut junctis vocibus & carminibus regi gra-  
tulentur. Verbum רְנֵן הָרָנִין à jubilare in hiphil no-  
tare paret aliis in jubilando præire, eos ad secum jubi-  
landum excitare, suoque exemplo ad illud ipsum pro-  
vocare. Sanè verbum רְנֵן plus dicit quam simpliciter  
aut lexari, aut laudare; est enim plerumque ovationis  
& acclamationis voces edere, idque ex lèxitia & gra-  
tulandi causâ. Jubilum autem ( hic postulatum à gen-  
tibus conversis & Judæis credentibus ) est acclamatio regi  
facienda, quando videtur in procineto exiturus con-  
tra hostes ad ecclesiæ triumpnum maturandum. Vide-  
tur hæc invitatio jubilum præparandum commendare  
gentibus tanquam medium adducendi plenitudinem gen-  
tium & reducendi totum Israëlem, populum regis jux-  
ta electionem: & quidem per argumentum rei instan-  
tis, dum jubentur effecta quædam notare, quæ signo-  
rum rationem haberent, ad regnum Christi ultimo  
tempore dignoscendum efficacissimorum.

Nam, sanguinem servorum suorum vindicabit.  
Quando hic notat sanguinem servorum rupis, eviden-  
ter respicit sanguinem martyrum pro veritate euangeli  
ab iis effusum, qui propter testimonium Christi tunc  
occisi fuissent. Præsupponit itaque ab hostibus veritatis  
tunc multa gravia fuisse passos illos servos Dei, quos  
tanquam ad ultimas angustias reductos depinxerat sermo  
Vers. 36. Hæc martyria derivari à comato illo capite  
ex ultiōibus illi intentatis ( Vers. 42.) constat quoque.  
Ex decentia Dei fluit, profusum servorum suorum san-  
guinem

guinem uelisci , ut vel in principio per exemplum Abeli probat Sacra Scriptura , Gen. 4: 11. Ubi clamores effusi sanguinis dicuntur deposcere ultionem. Conf. Luc. 18: 7. Apoc. 6: 10. Ratio istius vindictæ fundatur in pretiositate mortis (Psal. 116: 15.) in testimonium pro caussâ Dei libenter suscepæ , quam negligeret Dei gloria non patitur. Illud judicium vindictæ ponitur hic in argumentum laxitiae ; quia bona caussæ triumphum continet (Conf. Apoc. 18: 20.) quem spondet , ut istius apparatus & suscipiendi judicii effectum futurum. Nihil utilius , nihilque gratius dubiis & hærentibus animis in lite circa regnum Dei & Christi accidere potest , quam ut vera caussa decidatur , illique cælitus justificantur , qui bonam caussam defenderunt ; sic dignoscerent cui parti se addicere debeant , qui diu multumque hæserant , & propter quædam scandala à communione sanctorum fuerant aversi. Hoc itaque ultionis opus servorum suorum caussam non aliter justificaret , ac vindicta Dei Cainum punientis justificavit caussam Abeli. Nota in illo judicio manifestos fore characteres vindicationis servorum Dei.

*Et ultionem reddet hostibus , seu adversariis ex Verl. 41. Quandò adversarii sua luunt crima , contra regnum Dei ejusque subditos commissa , id piis sit materia gaudii. Psal. 58: 11. 12.*

Quoniam ejus consequens est ecclœsiæ libertas non solum & pax , remotis persecutoribus , & ablatis aut coërcitis hostibus : verum etiam ablatio impedimentoorum , quæ hactenus ecclesiam à plenariâ mundi hæreditate prohibuerant.

*Et expiabit terram suam , populum suum. Verbum נָפְךִי in pihel significat propter lytrum solutum expungere debita , & per metonymiam antecedentis pro consequente*

sequente efficere, ut acquirat quis omnia, quæ debitorum expiationem de jure consequi debent. Etymologici vim significationis ab *illinitio*, quæ pice fiebat Gen. 6: 14. derivant; sic *propitiatio* fiebat sanguine victimæ, cuius esset peccatorem obtegere, ne malum promeritum illum invadat, prout navis pice obducta ejus inductione ab aquarum ingressu præservatur. *Terra expianda* concipitur, quæ abominationibus antehac commaculata, & indè sub anathemate posita, aut quasi rejecta & hostibus concessa fuerat. Intelligo hic *omnem terram*, olim à populo Dei possessam, & postmodum ab hostibus concutitam: ac præ primis Palestinam, olim ecclesiæ sedem, & postmodum à gentibus profanatam, atque diu sub anathemate relictam. Quicquid terrarum ecclesiæ invaserunt postmodum Muhammedani & Anti-christiani, ad ecclesiam sublato propter expiationem Christi anathemate redire debet. Consequens istius *expiations terræ Dei* est omnium errorum & scandalorum ex eâ ablatio, ut justitia & fides in eâ habitent, unâ cum benedictione divinâ, in signum placati numinis, reddendâ.

Addit, *populum suum*. Vulg. legit, & *propitius erit terræ populi sui*. Lxx. καὶ ἐκκαθάριει κύπεο τὴν γῆν τὴν λαὸς αὐτῷ & *expurgabit Dominus terram populi sui*. Quasi voces in Hebræo legerentur in statu constructo; ast hoc prohibet affixum in voce אַדְמָתוֹ, & accentus sub eâ distinctivus. Potius hic concipi debet ellipsis copulæ, propter affectum loquentis omisso. *Populus expiandus* ponitur, qui ob peccata, terram contaminantia, fuerat aut castigatus, aut punitus; quiique abhinc per donum resipiscientiæ erat reducendus. Ejus *expiatio* itaque foret ejus per donum fidei & resipiscientiæ cum justificatio tum sanctificatio, ut ita dignus Deo populus esset, ad gloriam regis novissimè formandus. Vel

Vel etiam per ellipsin præpositionis in versione sup-  
plendæ legere possis populo suo , seu propter populum  
suum , ut nempe populo Dei commoda paretur sedes ,  
in qua pietati sincerorisque fidei professioni vacare  
possit.

# DEMONSTRATIO VALORIS ARGUMENTORUM.



Uid de fine seu scopo dictorum , in ultimâ cantici hujus scenâ allatorum , censendum sit ? vel ex ipso epiphonemate , aliisque enunciatis interpositis facile constat : nempe rupem salutis in omnibus viis hic expofitis se probaturam veram rupem , seu omnipotentem Deum , mundi rectorem , & ecclesie assertorem fidelissimum . Concipitur cauſa ejus non ſolum à Judæis damnata , ſed etiam à gentibus rejecta , & ab Antitrinitariis pertinaciter diſceptata , qui omnes ejus magnitudinem , ſeu ſumma & independentem Deitatem non agnoverent . Methodus autem diſceptationis Rupis , pro ſuâ dignitate decertantis , ponitur in adverſariorum judiciis , quæ totidem damnatae adverſariorum cauſæ argumenta forrent , non quidem ſtatiū ob hominum quorundam inconfideranciam , quoad valorem ſuum agnoscenda , ſed tamen ab aliis tam vocatis , quam nomen Christi mentientibus admittenda , donec omnibus judiciis consum-

matis totus orbis huic Regi Regum & Domino dominantium applaudat, atque omne os contradicentium occcludatur.

1. *Fuga gentium*, post Reipublicæ Judaicæ exterritum secuta, novum præbuit specimen *magnitudinem rupis nostræ*, quo palam factum est hanc rupeim nostram eo ulique imperium orbis tenere, ut regna mundi per suum arbitrio nunc in hos transferat, nunc alios, omnisque principes ad nutum suum exaltet aut dejiciat. *Quis magis & nobilius* hujus rei documentum cupiat? quam cum videt *unum fugare mille, & duos propulsare myriad*, ita ut draco cogatur Bœtiaæ suum cedere thronum, & montes quasi fugiant à facie hujus domini. Evidentia hujus probationis vel inde asseritur, quod ei non cedere solum sit inadvertentium; quodque adversariorum ecclesiæ alii, rupi nostræ mentientes, judices facti, id ipsum cogerentur agnoscere, & contra hæreticos quasi ex tribunali pro sententia defunere.

2. *Ipsa oppositio* eorum, qui *Judices* facti victimam Sodomæ plantarunt, & ceterum rupis nostræ cultores genuinos ad necem persequuntur (*sanguinem scrutorum Christi incessanter effundentes*) confirmat, oppresos illos veram constitutæ ecclesiam, hoc enim ex præsenti charactere, quem præscens hoc Dei & infallibile oraculum suppeditat, firmatur. Fateor ex summâ illâ, quæ regnum Christi opprimeret, angustiâ jactarent adversarii horum rem conclamatam esse, atque inde confiscare conarentur pravam esse horum causam. Verum, edicti ex ymbro prophetico, dum illa ipsa mala ibi cernerent prædilecta, protiori jure in contrarium argumentantur: *Ecce licet populum*, qui justo tempore magnitudinem rupis salutis venerans, à pseudo Christianis ob veritatem martyria patitur, & ut desertus ridetur, esse vetios

Cluſi

Christi populum, in quo corum assertor glorificari, & cum iustificatione causæ suorum debitam sibi gloriam si bi quoque vendicare velit.

3. *Ipsum judicium, tam hostium servorum Dei,*  
*quam corum, qui oderint ipsos, ostendet in exitu cer-*  
*taminum ecclesie, horum vindicem esse potentissimum*  
*judicem, qui judicium ipsi a Patre traditum gloriose*  
*exequatur. Cum præsens Prophetia hoc judicium rupi*  
*adscribat, cuius foret hoc ipso opere probare, quod ipse sit,*  
*qui occidit & vivificat, sauciat & medetur: non po-*  
*test non, quando ipso opere adest judicium, atque*  
*cum in modum tale vindictæ theatrum erigitur in mundo,*  
*a quolibet affirmari, hoc supplicium ab eo sumi, quem*  
*Dei Oraculum puniendum definiverat, & propter istum*  
*rectum, atque in eum finem intigi, quem eodem in loco*  
*expositio Spiritus Sancti narrationi suæ intertexerat. Erit*  
*ergo ultimum Antichristi cæterorumque hostium regni*  
*Christi excidium, judicium in caussâ hujus litis decisivum:*  
*quippe jam ante in signum decisionis prædictum, quod*  
*credere soberet vindicem populi sui oppressi, judicem agen-*  
*tem in mundo, & vindictam sumentem ab Antichri-*  
*sto, huc ipsam rupem salutis, hoc ipso opere divino*  
*magnitudinem suam in solidum comprobantem.*

4. Tandem probabit etiam Assertor noster ad totius mundi convictionem se esse æternam ecclesie rupem, cui divina competit majestas, *ex terra & populi sui expiatio-*  
*ne agnoscenda; que gratia hinc electorum iustificationem,*  
*eorumque sanctificationem, illinc promotionem ecclesie*  
*ad universalem mundi hereditatem includit. Quem au-*  
*tum ultima mundi secula communi nationum consensu*  
*per donum fidei & gratiæ sanctificationis agnoscent om-*  
*nis gratiæ & salutis fontem, ille hoc ipso comprobatus*  
*erit verus Deus, & liberrimus gratiæ omnis fons atque*

largitor, communi cum patre honore inter jubila gentium & Judæorum venerandus.

Hæc scena etiam Judæis proponitur, ut suo tempore ab iis probè advertenda; exigit enim ab iis Moses, tandem in viis Dei, circa ecclesiam Christianam calcatis, atque servatis, ea nötent, quæ illos aberrantes in virtutem reducere queant. Commendat Judæis hæc canticum, tanquam futurum ultimæ conversionis gentis suæ instrumentum; argumentum resipiscentiæ in eo ponit, ut eos pœnitentia spretæ rupis salutis, & transcant ad fidem magnitudinis ejus. Hoc vult, ut id discant ex viis ejus, quas, in propagatione regni sui servaret: cumque maximum Judæis scandalum sit, atque à principio evangelii fuerit, quod fides Christiana *regnum Christi* profiteatur esse *regnum Dei*, atque eo jure Christum unum & verum cum patre & Spiritu Sancto defendat est Deus: Deus eleganter in hoc cantico methodum suppeditat, & argumenta subministrat, quibus Judæi apostata aliquando ad resipiscentiam vocandi escent, dum solam signationem temporum, operumque signis temporum alligatorum, animadversionem postulat, quâ verum Christi populum ab omnibus aliis discretum cognoscant, & *eum sicut unum*, quam veneratur ecclesia, ex operum suorum magnitudine cum servis ejus venerari, atque colere addiscant.

DEMOMSTRATIO  
IMPLEMENTI  
AD  
DIVINITATEM  
*Hujus cantici*  
FIRMANDAM.

**S**Upponentes iterum prophetiarum implementa divinam earundem simul confirmare originem, restat tantummodo, ut quo usque hujus scenæ prædictiones sint adimplæ ostendamus.

I. *Fugatis* fuisse (& ferè sine manu, post Judæorum excidium) gentem, antea supra totum fere orbem dominatum, jam quasi à rupe suâ venditam, ut cum suā idololatri aliis locum cedere coacta fuerit, videre licet in Imperii Romani gentilis subitanè immutatione; quando Constantinus Maxentium, Licinius Maximimum vicit, & uterque Christianis libertatem cultus publici ex composito concessit. Audiamus *Lactantium*, rem omnem exponentem: ille in libro *de mortibus Persecutorum Constantini viatoriam* cap. 44. In hunc modum describit. „ Bellum per idoneos duces gerebatur. „ Plus virum Maxentio erat, quod & patris sui exercitum receperat à Severo, & suum proprium de Mauris atque Italis nuper extraxerat. Dimicatum,

„ & Maxentiani milites prævalebant ; donec postea  
 „ confirmato animo Constantinus , & ad utrumque pa-  
 „ ratus , copias omnes ad urbem propriū adinovit , &  
 „ ē regione pontis Milvii confedit. Imminebat dier,  
 „ quo Maxentius imperium ceperat , qui est ad sextā  
 „ Kalendas Novembris , & quinquennalia termina-  
 „ bantur. Commotus est in quiete Constantinus , ut  
 „ cœleste signum Dei notaret in scutis , atque ita pug-  
 „ nium committeret. Fecit ut jussus est , & transversū  
 „ X litera summo capite circumflexo Christo in lata  
 „ norat. Quo signo armatus exercitus capit ferrum.  
 „ Procedit hostis obviam sine imperatore , pontemque  
 „ transgreditur. Acies pari fronte concurrit. Stimulis  
 „ vi utrinque pugnatur. Neque his fuga nota , neq[ue]  
 „ illis. Fit in urbe sedatio , & dux (intellige Maxen-  
 „ tium) increpitatur velut desertor salu is publice.  
 „ Cumq[ue] repente populus (circenses enim natali  
 „ suo edebat) unā voce subclamat Constantinum vincere  
 „ non posse. Qua voce consternatus proripit se , ac  
 „ vocatis quibusdam Senatoribus , libros Sibyllinou in-  
 „ spici jubet , in quibus repertum est illo die hostem  
 „ Romanorum esse peritum. Quo responso in spem  
 „ victoriae inductus procedit , in aciem venit. Pons a  
 „ tergo ejus scinditur. Eo viso pugna crudeliter , de  
 „ manus Dei supererat aciei. Maxentianus exercitus  
 „ proterretur. Ipse in fugam versus properat ad pon-  
 „ tom , qui interruptus erat , ac multitudine Eugen-  
 „ tiū presulū in Tyberim deturbatur. Consilio rati  
 „ dem acerbissimo bello , cum magnā senatus populis  
 „ que Romani luctuā suscepimus Imperator Constantinus  
 „ Maximini perfidiam cognoscit , literas deprehendit.  
 „ statuas & imagines invenit. Senatus Constitutio  
 „ virtutis gratia primi nominis titulum decrevit , quem

„ filii

„ ibi Maximinus vindicabat : ad quem victoria libera-  
 „ tæ urbis cum fuisse allata , non aliter accepit quam  
 „ si ipse victus esset. Cognito deinde senatus decre-  
 „ to sic exarsit dolore , ut inimicitias aperte profitere-  
 „ tur , convicia jocis mixta adversus Imperatorem  
 „ Maximum diceret. Haec tenus *Lætantius* ; atque ita  
*Maxentii* interitu tota Italia , imo torum Occidens ,  
 vidi Christianos , ex crudelissimâ oppressione subito e-  
 mergentes. Restabat adhuc in Oriente *Maximinus* ,  
 rigidissimus Christiani nominis hostis , quem quomodo  
*Licinus* superaverit , audiamus eundem *Lætantium*  
 exponentem. Cap. 46. & sequent. „ Propinquanti  
 „ bus exercitibus , jam futurum propediem p̄cēlum  
 „ videbatur. Tum Maximinus ejusmodi *votum Jovi*  
 „ vovit , ut si victoriam cepisset , Christianorum nomen  
 „ extingueret funditusque deleret. Tunc proximâ no-  
 „ ñte Licinio quiescenti adsticat angelus Dei , monens  
 „ ut ocyū surgeret , atque oraret Deum summum  
 „ cum omni exercitu suo : illius fore victoriam si fe-  
 „ cisset. Post has voces cum surgere sibi visus esset , &  
 „ cum ipso qui monebat adstaret , tunc docebat eum  
 „ quomodo & quibus verbis elet orandum. Discusso  
 „ deinde somno , notarium jussit adsciri , & sicut au-  
 „ dierat , hæc verba dictavit. *Summe Deus , te roga-*  
 „ *mus. Sancte Deus , te rogamus. Omnem iustitiam*  
 „ *tibi commendamus , salutem nostram tibi commendam-*  
 „ *us , imperium nostrum tibi commendamus. Per te*  
 „ *vivimus , per te viatores & felices existimus. Sum-*  
 „ *me Sancte Deus , preces nostras exaudi. Brachia*  
 „ *nostra ad te tendimus. Exaudi Sancte summe Deus.*  
 „ *Scribuntur hæc in libellis pluribus , & per Præpositos*  
 „ *Tribunosque mittuntur , ut suos quisque milites do-*  
 „ *cant. Crevit animus universis victoriam sibi creden-*  
 „ *tibus*

„ tibus de cœlo nuntiatam. Statuit Imperator pre-  
 „ lium diei Kalendârum Majarum, quæ octavum an-  
 „ num nuncupationis ejus implebant, ut suo potissi-  
 „ mum natali vinceretur, sicut ille vixtus est Romæ  
 „ Maximinus voluit præire maturius: pridiè manè a-  
 „ ciem composuit, ut natalem suum postridiè viator  
 „ celebraret. Nunciatur in castra movisse Maximinum.  
 „ Capiunt milites arma, obviamque procedunt. Cam-  
 „ pus intererat sterilis ac nudus, quem vocant serenum.  
 „ Erat jam utraque acies in conspectu. Liciniani scuta  
 „ deponunt, galeas resolvunt, ad cœlum manus ten-  
 „ dunt, præuentibus Præpositis & post Imperatorem  
 „ precem dicunt. Audit acies peritura precantum mur-  
 „ mur. Illi oratione ter dictâ, virtute jam pleni,  
 „ reponunt capitibus galeos, scuta tollunt.... Pro-  
 „ prius acceditur, tubæ canunt, signa procedunt, Li-  
 „ ciniani imperu facto adversarios invadunt. Illi verò  
 „ perterriti NB nec gladios expedire nec tela jacere  
 „ quiverunt. Maximinus aciem circumire, ac milites  
 „ Licinianos nunc precibus sollicitare, nunc donis. Nul-  
 „ lo loco auditur. Fit impetus in eum, & ad suos re-  
 „ fugit. Cædebatur acies ejus impunè, & tantus tur-  
 „ merus legionum, tanta vis militum à paucis mette-  
 „ batur. Nemo nominis, nemo virtutis, nemo ve-  
 „ terum præriorum memor, quasi' ad devotam mor-  
 „ tem non ad prælium venissent, sic eos Deus sim-  
 „ mus jugulandos subjecit inimicis. Jam strata erat in-  
 „ gens multitudo. Videt Maximinus rem aliter gei-  
 „ quam putabat. Projicit purpuram & sumptuose vestie  
 „ servili fugit ac fretum trajecit; ac in exercitu pars di-  
 „ midia prostrata est, pars autem vel dedita vel in fu-  
 „ gam versa est.... Sequenti autem Licinio cum ex-  
 „ erciū Tyrannum, profugus concessit, & purlus Tauri  
 „ montis

„ montis angustias petit . . tandem *Tarsum* confugit.  
 „ Ibi cum jam terrā marique perterreretur , nec ullum  
 „ speraret refugium , angore animi ac metu confugit  
 „ ad mortem , quasi remedium malorum , quæ Deus  
 „ in caput ejus ingessit. Sed prius cibo se infernit ac  
 „ vino ingurgitavit , ut solent hi , qui hoc ultimō se  
 „ facere arbitrantur. Et sic haulsit venenum , cuius  
 „ vis , referto stomacho repercussa , valere non potuit  
 „ in præsens , sed in languorem malum versa peñilens  
 „ similem , ut diutius protracto spiritu cruciamenta  
 „ sentiret. Jam sèvire in eum cœperat virus ; cuius  
 „ vis cum præcordia ejus ureret insulstentabili dolore  
 „ usque ad rabiem mentis elatus est , adeò ut per dies  
 „ quatuor insanìa percitus haustam manibus terram ve-  
 „ lut esuriens devoraret. Deinde post multos graves-  
 „ que cruciatus , cum caput suum parietibus infligeret ,  
 „ exilierunt oculi ejus de caveis. Tunc demum amissò  
 „ visu , Deum videre cœpit candidatis ministris de se  
 „ judicantem. Exclamabat ergo sicut ii , qui torqueri  
 „ solent , & non se sed alios fecisse dicebat. Deinde  
 „ NB. quasi tormentis adactus fatebatur , Christum  
 „ subindè deprecans & ploras ut suimet misereretur.  
 „ Sic inter gemitus , quos tanquam cremaretur ede-  
 „ bat , nocentem spiritum detestabili genere mortis  
 „ efflavit.

Hæc nota B. Lector , & agnosce , ut gentilismus  
 cum furibundis ejus defensoribus Imperatoribus Roma-  
 nis , ex Judæorum judiciis exemplum non capientibus ,  
 sed in idem persecutionis crimen contra nomen Jesu  
 commissum incidentibus , manifestò Dei judicio fuerit  
 sublatus , & terroribus panicis ex Occidentis & Orientis  
 imperio quam latè Romani illud tenebant , quasi fugatus ,  
 à quo licet resurgere sub *Licinio* postmodum , & Dein sub

*Juliano conaretur, haud quāquam tamen reviviscere potuit: rupe nostrā eos tradente in servitutem, & subigente, sanè evanerunt; imminutus quidem fuerat Diocletiani & reliquorum Tyrannorum persecutionibus Christianorum numerus, adeo ut erecto trophyo inscriperit Diocletianus *deleto Christianorum nomine*: nihilominus vicit reliquarum paucitas Gentilium multitudinem, quippe qui abhinc quasi fugati templo opesque idolis consecratae Christianis relinquere coacti nil quicquam contra moliri ausi fuerint; licet numero prævalerent, ut mille ad unum, & myrias ad duo.*

II. Non obstante novo hoc severitatis divinæ exemplo in eos, qui veros Christi cultores multis vexationibus opprimere conati fuerant; caput tamen extulit novum hominum genus, divinitatem Christi oppugnans, atque fidem ecclesiæ multis modis convellere laborans: idque statim ab imperatâ libertate & pace ecclesiæ (anno AE. V. 313.) post exitum *Maximini* datus: incepit enim hæc pestis ab *Arrio* (anno 315.) Ecclesiæ Alexandrinae presbytero, contra *Alexandrum*, ejusdem ecclesiæ Episcopum controversiam de filii Dei summâ cum Patre Deitate movente: quo excommunicato & presbyterio privato hæresin illam suscepit *Eusebius Nicomediensis episcopus*, ad quem *Arrius* se repperat. Proserpente contagie concilium *Nicenum* anno 325. convocatur, in quo *Arrii* hæresis damnatur, unde sekuta est librorum ejus combustio, atque authoris in exilium relegatio. Abhinc Arrianæ hæresis fautores errorem fucare, dolo agere, *Athanasio* lites movere (qui mortuo *Alexandro* ecclesiæ Alexandrinae creabatur Episcopus) eum in Synodo Hierosolymitanâ anno 335. damnare, & in exilium relegare: imò & *Arrii* symbolum approbare, cumque suæ ecclesiæ restituerent.

re. Mortuo Constantino Magno filius Constantinus quidem Athanasium revocavit; ast Constantius, Arrianæ hæresis fautor, à quo solus regnabat, omnia ad Arrianismi propagationem molitus est, atque Arriani, ut verbis Sulpitii Severi utar, ubi doli parum proceſſerant, vi agere decernunt, nam quodlibet audere atque agere facile erat regis amicitia subnixis, quem sibi pravis adulatio[n]ibus devinxerant. Quin etiam ex consensione multorum inexpugnabiles erant; nam omnes fere duorum Pannoniarum Episcopi, multique Orientalium, ac tota Asia, in perfidia eorum conjuraverant. Sed Principes mali istius habebantur à Singiduno Ursatius, Valens à Mursiâ, ab Heracleâ Theodorus, Stephanus Antiochenus, Acatius à Cæsareâ, Menophanes Epheso, Georgius Laodiceâ, Narcissus à Neapol. Hi ita palatum occupaverant, ut nihil sine eorum nutu ageret Imperator, obnoxius quidem omnibus, sed præcipue Valenti deditus. Occupat sub istius defensoris auxiliis hæresis ista etiam subito Occidentem, in concilio Mediolano anno 355. damnatur Athanasius, & creantur Episcopi Arriani Felix Romæ, misso in exilium Liberio, Mediolani Auxentius. Omnibus ita perturbatis moritur Constantius, & Augustæum imperium ad Julianum devolvit, qui ut Gentilisnum restituat omnem movet lapidem; ast Deus citò hanc nubeculam dispulit. Huic successit Jovinianus, qui Episcopos à Juliano relegatos tam Arrianos, quam Catholicos restituit, atque ad concordiam hortatur. Post eum regnarunt Valentianus in Occidente, Arrianis & Paganis indulgens, & Valens in Oriente ipse Arrianus, atque Orthodoxis infestus, qui interim ab eo graviora passi sunt. Hieronymus faciem hujus temporis describens in Chronico ad annum 364. dixit omnes pene toto orbe ecclesiæ Arrianorum

consortio pollutas. Greg. Nyssenus or. funebri in Basilium scribit propter auxilium Regum, quibus Arianiorum errorem colere cordi erat, morbum istum per omnia regna invaluisse. Præsertim Goths ab Uphilâ, episcopo Arriano, edocti, cæteras nationes Barbaras contaminarunt: notumque est ab iis Arrianam hæresin exundantem implevisse Italiam, Africam, Hispaniam atque Gallias. Dum in Oriente Gratianus, Theodosius aliique orthodoxi Imperatores Arrianos ab ecclesiâ removent. Habuit Arrianismus Barbaras istas nationes denfores sui & propagatores, præsertim quinto & sexto seculo, inter quos Theodoricus Italiæ Rex, qui Justinum Imp. monuit missis legatis, nisi Arrianis sua templa redderet, eosque persequi & pacem eorum turbare desisteret, se catholicos in Italâ gladio extinxerum. Septimo vero seculo Muhammed exortus fidem Arrianorum suæ farragini immiscerit, cujus sestatores etiam in hoc usque tempus Mosen & Christum agnoscentes, & Muhammedem tanquam legatum Dei celebrantes, Christum profitentur non solum omnium Prophetarum maximum, sed & filium Dei, ait creatum: cæterum doctrinam trinitatis in unâ Deitate abnegantes. Hi sunt, qui Christum, sed non Iehovam, dicunt Judæos judicasse, & gentes idololatras fugasse; nec tamen attendunt eundem ad asserendam sibi magnitudinem supremæ Deitatis hæc judicia edidisse. Hæc autem hærcis effecit, ut regnum Christi hastenus speratam mundi subjectionem non viderit; dilatam post multa certamina, in antecessum exhaurienda.

III. *Judices in illâ causâ notat futuros etiam alios, sed pessimi consili homines, qui vitem plantarent Sodomiticam: quos tamen servorum Christi inimicos appellat, à quibus illi multa patenterunt martyria & persecuto-*

cutiones. Non quod omnes Arrianismum damnantes forent ecclesiæ veræ inimici ; sed quod non omnes veram Christi magnitudinem seu Deitatem profitentes forent veri Christiani : quidam enim speciem referrent ac si vineam Domini colerent , sed dies eam ex fructibus manifestaret esse vitem , pestiferarum uvatum feracem. Sic vidit orbis sub Catholico nomine subnatum fuisse papismum , qui merus est Antichristianismus , quique licet Christi Deitatem agnoscat , nihilominus fidem & mores ita corrupit , ut reverâ spiritualem Sodomam & Gomorrham referret , Apoc. 11: 8. Jud. vers. 7. 8. Horum fuit dicere manus nostra elata est , & sic corrumpere doctrinam de justitiâ fidei , jam diu etiam in Judæis prædamnata , unde eorum doctrina vim evasit mortiferum , instar veneni draconum & aspidum ; quæ mortem secundam inferret , atque animas vitae spiritualis extinctione enecaret. Vnde tu scire ? quid in Papismo sit , quod eorum doctrinam adeo noxiā & mortiferam facit ? Attende 1. quod Pontificii doctrinam justitiæ fidei , quâ sola euangelium est potentia Dei ad salutem , Rom. 1: 16. 17. per introductionem propriæ justitiæ ( à Paulo in Judæis prædamnata , Rom. 9: 31. 32. 10: 3. 4. ) subverterint , dum merita bonorum operum , & opera supererogatoria defendant , nec non opera penitentialia etiam animis in purgatorio censem proficia & satisfactoria , illisque adjiciunt sacrificia missatica hilastica , & indulgentias papales , quibus omnibus rupes salutis enervatur , verum animarum solatium & pabulum , ceu vim sacerum ac lœtificans , populo eripitur , & toxicum anarum ei substituitur , quo inter multos terrores & gemitus hominum conscientiæ excruciantur. Quod malum haud parum exacerbatur , quando homines à sacris literis unico solatii fonte arcebant , & mendacibus

suis traditionibus atque effictis legendis occupabant: cæterum ignorantiam ut matrem devotionis foventes, quo minus sincera de justitiâ fidei doctrina discipulorum suorum mentes illuminaret. Omitto jam, quod *Pelagianismum* in damnatione *Jansenismi* Ecclesiæ suæ dogma fecerint Pontifices. 2. Quod verum & spiritualem cultum Dei evertentes, *idolatriam* denuò introducerint, & pudendam *superstitionem*, notandum porrò. Crimen in propatulo erit mecum expendenti, ut omnis eorum cultus ferè occupatus sit in cultu Deiparæ, Angelorum, Sanctorum mortuorum, imaginum, reliquiarum, panis missatici, & similiū rerum salutem non afferentium; ut reverâ *Papismus* sit novus gentilismus, sicuti etiam gentiles Idololatræ fuerunt *Sodomæti*. Estque *vinum* doctrinæ istius Idololatricæ mortiferum, quia irritat Deum, gloriae suæ æmulum, ad eum zelum commonstrandum, quo visitet peccata parentum in filiis. Adde his omne genus rituum superstitionum, per traditiones humanas introductorum: quorsum referre oportet tot numero dies festos adorationi sanctorum inservientes, totidemque ceremonias observandas, quales sunt lustrationes, unctiones, peregrinationes, exorcisini, rosaria, jejunia, ordines monachales, circulations theatrales ad pompam compositas, & quid non? Quæ omnia cultum spiritualem extinguunt, & hypocriticum ei substituunt. Verum sub his *mysteriis* latere *iniquitatis* vel indè constat, quod Papismus sub illo externo velamine manifestò facta fuerit sentina scelerum, quibus *Sodomæti* similes evaserunt: quid enim leges de cælibatu à monachis omnibusque Clericis observando pepererunt, quam omnium scelerum illecebras & monstruosas libidinum fœditates. Hinc Bernhardus serm. 19. ad Clerum. *Tolle*, inquit, *de ecclesiâ conjugium*

& thorum immaculatum: nonne eam reples concubinariis, incestuosis, seministriis, mollibus, masculorum concubitoribus, & omni denique genere immundorum? Sodomitas fuisse Pontifices Paulum 11, Sextum IV, & Julium 111 jam lippis & tonsoribus notum. Concubinatus apud illos Sacerdotem non facit inhabilem. Fornicatio iplis ludus est. Innocentius VI 11 in thoro fornacario octo progenuit spurious & totidem spurias. Pius IV fornicationibus in tantum erat deditus, ut in decrepitâ etiam senectute libidinem certis potionibus in se promovere studeret. Johannes XIII publicum lupanar fovebat, quam ob rem à Cardinalibus objurgatus horrendum in modum in eos saviit, exlectis uni pudendis, alteri præciso naso, reliquis amputatâ aut manu aut pede. Objicit Nicolao Papæ Udalricus Augustanus, quod Clerici, Archidiaconi, Episcopi &c. falsâ continentiae specie gravissima admittant peccata, masculorum imò & pecorum amplexus non abhorreant. Multa in hanc rem congeserunt viri docti, ad quæ nemō se continere poterit, quin exclamat; o Sodomam ex orco resuscitatum! o vitem ex palmito Sodome & ex agris Gonorrhæ! Quid dicam de dispensationibus Papalibus, & impudicis indulgentiarum vñyndatiobibus? illis peccandi licentiam, his scelerum veniam concedentibus, omnemque pietatem extinguentibus.

3. Accedit haud toleranda in conscientias dominatio, quâ liberatum sanguine Christi gregem unius Pontificis, ut Vicarii Christi & Dei in terris, potestati & arbitrio mancipatum volunt: quique se huic non submittunt, ferro atque igne exscindendi pronunciantur. Scilicet credendum Papam, hominem licet carnalem, impurum, Sodomiticum, omniumque libidinum cœno immersum, esse infallibilem controversiarum judicem, certissimum

sacra-

sacrarum literarum interpretem , & vivum Dei oraculum : imò Atheistam aut saltē infidelem, blasphemum, & euangeliorum irrisorem , esse fidelem fidei orthodoxæ custodem. Qualis fuit Leo X , qui cum *Bembus* aliquid ex euangelio ad ejus solatium proferret , reponet , quid mihi narras fabulam de Christo . Item , ô *Bembe* , quantum nobis profuit ista fabula de Christo ! Ni tamen credas Spiritum Sanctum ista hominum propudia , & Sodomitæ vitis plantatores in omnem ducere veritatem , parata non solum erunt tibi anathematum & excommunicationum fulmina , sed etiam qualicumque generum tormenta ; quasi piaculum committeres , non nisi morte expiandum.

IV. Quam iniquos & inimicos semper experti sint fidelissimi Christi servi hos judices & mortiferæ vineæ plantatores , omnis testatur historia , testantur martyrologia . Cruentas jam ab aliquot seculis habent manus , & ebria est Babylonica illa meretrix ex sanctorum sanguine , quam largè lateque effuso . Totum Cruciatorum exercitum immisit Pontifex in Occitaniam & Aquitaniam anno 1211 adversus *Albigenses* , inter quos plus quam ducenties millia fidelium Christi servorum trucidata sunt . Seculo sequenti sævitum fuit in Angliâ contra Wiclevistas . A quo innotuit orbi perfidia & crudelitas Concilii Constantini in *Johannem Hus & Hieronymum Pragensem* , quos flammis tradiderunt , classicum canente Papâ , unde novi Cruciatorum exercitus in Bohemos immisiti magnum hominum numerum , qui Christi nomen integrè profitebantur , occiderunt . In solâ Galliâ indè à colloquio *Possiaceno* , anno 1562 habitu , cœla sunt trecenta martyrum millia . Nota sane est horrenda illa in nuptiis Parisiensibus , *Ianiena* anno 1572 inter Parisienses , *Meldenses* , *Tricassios* , *Aurelianos* , *Bituriges* , *Lugduncen-*

dunenses, Tolosanos, Rotomagenses & per omnes regni provincias atque agros: quæ tantum habuit immanitatis, ut amnes sanguine fluxerint, & nullâ habitâ sexus atque ætatis ratione, quotquot invenire poterant ex Protestantibus infandis modis sustulerint. Summa martyrum, paucis illis diebus cæsorum, quos Rex ipse in responsione ad Legatum Pontificis (teste in vita Gregorii XIII Cicarella) faslus est, ad septuaginta millia, vel ut alii colligebant, ad plusquam centum millia Christianorum excurrit. In Belgio Dux Albanus, uti ipse gloriatus fuit, plusquam octodecim hominum millia carnicis manu trucidandos dedit; in cuius sceleris remuneracionem à Pio V ensem pileumque insignem accepit. *P. Paulus Vergerius* scribit suâ ætate intra triginta annos ex inquisitione pravitatis (ut vocant) hæreticæ centum quinquaginta Christianorum millia diversis afflictionum generibus fuisse consumpta. Furor Reginæ Anglicanæ Mariæ intra biennium plusquam Octingentos propter confessionem euangelii sustulit. *Laniena Hybernica*, anno 1641 perpetrata, in solâ Ultoniâ, quæ quartam Hyberniæ partem camque minus cultam continet, intra sex menses centum quinquaginta quatuor Protestantium millia sub infandis sœvientium tormentis enecavit. Successit *laniena Sabaudica* recentior, anno 1653 in convallis Pedemontii commissa, Hybernicæ per omnia similis, quâ etiam haud numerabilis Protestantium multitudo extirpata est. Quid ab aliquot annis & hodienum in Galliâ experiantur Protestantes neminem latet. Ex quibus luce meridianâ clarus est *sanguinem servorum Christi* clamare ad cœlum, & postulare vindictam, ab omnibus injuriis, & nefariis illis oppressiōnibus, per tot secula fidelibus illatis; atque purpuratam illam meretricem Romanam ad vivum adimplere characte-

rem mulieris apocalypticæ, ex sanctorum cruce inebriatae.

V. Interim nutavit pes eorum hostium, à quo tyrannidem suam adversus eos, qui corruptæ ecclesiæ reformationem urgebant, renovare moliebatur *Romanus ille Phalaris*: multi enim in Germaniâ Principes, & liberae civitates, nec non reges Britanniæ, Sueciæ, Daniæque, una cum magnâ Belgî & Helvetiæ parte jugum illud Pontificium non ferentes excusserunt, atque semet in libertatem vendicarunt. Unde effectum, ut licet tanto rigidius sacerdotes in Protestantes sub Principibus Pontificiis degentes, nihilominus cæteris ecclesiis, sub potentissimorum patrocinio ædificatis, pacem concedere coacti fuerint; qui quandoquidem læsi regnum Papæ vacillare fecerunt. Quid magnus ille Libertatis Germanica Assertor *Gustavus Adolphus* superioribus hujus seculi annis præstiterit, ut omnibus cognitum, repetere nihil attinet. Hinc etiam reditus Pontificum ex annatis, vacantiis, indulgentiis, aliisque fontibus impuris maximopè imminuti sunt. Accedit, quod magna pars Romanensium pro monarchicâ potestate, tanquam à Papæ imperio independenti, contra Hierarchicos steterit, qui Papæ infallibilitatem ipsam negantes, eathque ad legitima concilia transferentes, antichristianam illam sedem vacillare fecerunt. Nutavit pes eorum, quandò in Galliâ *Henricus IV*, in religione Reformatâ educatus, hæres regni evaderet, coactus ob varias oppositio-nes externam professionem mutare, quem proinde immisso in eum Sicario sustulerunt. Nutavit pes eorum, quandò contranitentibus Papis liberum ad reformatio-nem ecclesiæ promovendam ab Imperatore ipso, aliisque Principibus, petebatur Concilium, quod Papa postmodum Concilio Tridentino elusit, quâ arte Romam fecit Protestantibus implacabilem, & Principes alios, cum

cum agendi modum reprobantes, erga Protestantes indulgentiores.

VI. Restat adhuc persecutionem à xp̄i ecclesie toleranda, quandò ultimus hostium furor ultimas creabit populo Dei angustias, easque maximas: in quo certamine abibit manus populi Dei, & ad nihilum redigetur inclusus & derelictus. Eo usque, ut hostis gloriabundus & insultans, & quilibet Osor dicturus sit, ubi est Deus ipsorum? Rupes, ad quam confugerant? Qui adipue victimarum ipsorum comedebant, biberunt vīnum libanum ipsorum. Scragant & auxilientur vobis, sit super vobis protec̄tio. Ita suos canent triumphos, quando putabant actum esse cum Protestantibus. Hanc conditionem jam præparant hostes: incipit manus populi Dei recedere, dum hinc indè varii Principes per apostasiam iterum deficiunt à fide, atque redeunt ad vomitū suū: & alia Principum Protestantium stemmata emoriuntur, eorumque territoria ad Principes adversarios devolvunt. Hinc ortum, ut magna pars populi quasi inclusa gemat sub oppressione Principum, quorum Prædecessores Reformationem introduxerant, aut saltem concessis pacis conditionibus suā uti libertate concesserant: ast verò mutatā rerum facie nunc fugere aut latitare coguntur, imo carceribus & monasteriis inclusi, aut triremibus mancipati detinentur, qui nuper horum patrocinio, aut aliorum clementiā in plena libertate religionem suam profitebantur.

Imo quid aliud sibi spondere possunt inclusi, sub Principum Romanensium potestate degentes, quām ut miris artibus, exhaustis viribus, ad nihilum redigantr? Cum omnes ferè horum aulas videas à Jesuitis occupatas, qui docent, i. Principes Catholicos non debere in suis ditionibus aliam præter solam Romanam

tolerare religionem , atque decere eosdem , ut omnes suos subditos dissentientes ad consensum etiam corporalibus suppliciis compellant. 2. Nec non pacta cum Protestantibus circa liberum religionis exercitium inita , & edicta in eorum gratiam edita esse rescindenda , atque ob bonum ecclesiæ Romanæ licetē rescindi posse ; non solum quod hæreticis non sit habenda fides , verum præsertim , quod vi & metu sint extorta , non nisi ad tempus indulta , & quod caput rei est , quod à Pontifice Maximo non sint confirmata , qui contra illas pacificationes jam diu protestatus fuit , & præcipue contra pacificationem Monasteriensem bullam edidit , quæ eam nullam , cassatam , & damnatam proclamavit , idque ex potestatis plenitudine ut verba sonant. Confirmavit hæc dogmata praxis : atque talium edictorum & pactorum violationes experti sunt fidei nostræ consortes in Bohemiâ , Sabaudiâ , Hungariâ & Galliâ , prout pluribus Cl. Heideggerus p. m. in historiâ Papatus ad per. vii. ostendit.

Quid verò sibi metuendum habeant , qui sub potentissimis Regum , Principum , & Statuum patrociniiis hoc usque pace , aut validissimâ defensione fruuntur , facile ex indefessis Jesuitarum molitionibus colligas , qui docent Pontificem habere jus in omnia Europæ regna ( ut multis ostendit vir doctiss. Laur. Banck in Diafcepse de Papæ tyrannide cap. 13. 14. 15. 16.) Principes hæreticos excidere jure regni ( quod defendit Bellarminus libr. 5. de R. Pont.) imò tales Reges atque Principes absque crimine sive bello sive insidiis , gladio , veneno aliisque mediis è medio tolli atque confici posse , qui que id faciunt , si pœnam incurront , fieri Martyres , ut Mariana libr. de Rege L. 1. c. 6. 7. 8. & Corn. à Lapide in Apoc. 7: 3. tradunt. Exempla molitionum Jesuitarum ,

ticarum , quæ partim effectæ , partim tentatæ fuerunt , quibus patronis destituere ecclesiam laborarunt , eosque sub iis titulis auferre conati sunt , vidimus in nece Guilhelmi I. principis Auriaci , nec non in occubitu Henrici III & IV Regum Galliæ . Historia anglicana hisce molimini bus decretis , licet in tempore revelatis , referta est : quo enim conjurationes adversus vitam Elizabethæ reginæ Angliæ detectæ & punite sunt ? Quis non horreat pulveris pyrei molimen , quo Regem M. Britanniarum Jacobum I. unâ cum toto Parlamento subvertere decreverant , cuius sceleris artis & auctor Garnetus , in martyrum catalogum relatus , cernitur Romæ & alibi in libris . Quid contra Carolum secundum obsequitiem decreverint nostrâ ætate ? quidque contra gloriosissimum regem Guillelmum III (nunc ad hostium terrorem Dominantem ) iteratis vicibus moliti sint ? loquuntur iustis affecta suppliciis & truncata cadavera .

Adde callidas inescandi Principes artes ; sic apostatae facti , horum illestantis capti , & ad religionis nostræ abjurationem inducti , Jacobus Stuartus cum adhuc princeps privatus esset , & nuper Dux Saxonie Electoralis Rex Poloniæ creatus . Hinc facile eveniat , quod suis spondent homines sanguinarii aliquando fore , ut reliqua Protestantium pars , nunc adhuc patrocinata , cernatur à patronis derelicta , & viribus orbata .

VII. Verum quandò eum in modum ante victoriam triumphos canent , & non sine irrisiōibus omnem rem Protestantium declamatū pronunciabunt , aderit rigidus ille vindictæ dies , quo Deo martyrum sanguinem ab hostibus suis repetente cadet quoque Antichristus gladio , & abolebitur , ut non amplius supersit . Sic enim infit Deus in hoc cantico , gladius meus vorabit carnem , sanguinem exanimati & captivitatis , ab hirsutissimo capite

pite inimici. Quod imitatur Psaltes Psal. 68: 22. Deus franget caput inimicorum suorum , verticem comatum , indesinenter ambulantem in reatibus suis. & Psal. 110: 6. Dominus , qui tibi ad dextram est , reges obtruncabit tempore iræ sue , judicabit inter gentes , cadaveribus replebit. Caput obtruncabit , quod terræ ample præest : intellige caput illud , cui reges se submittunt , totumque Romanum imperium , longè latere dominans , omnem præstat obedientiam. Hęc plenariam ejus ablationem inferunt. Sub quo judicio Antichristus cum suis omni destituetur auxilio , ut nullus sit futurus , qui eos ex manu vindicis eripiat. Author judicij notatur rupes ecclesie , seu Dominus noster Jesus Christus , qui hic manifesto repræsentatur , ut ad hoc opus , illi commendatum , quasi in publicum prodiens , Apoc. 17: 14. Agnus vincet illos , utpote Dominus Dominorum & Rex regum. Audiamus Gentium Apostolum. 2 Thess. 2: 8. ὁ ( scilicet ἀριος ) οὐ ποιεῖ καταργήσει τὴν ἐπιφανείαν τῆς παροιας αὐτῷ : quem feceratum , & omni lege solutum , Dominus abolebit fulgore adventus sui , qui sit futurus præambulum adventus ultimi. Non quod ille sit reversurus in terram ad terrem scandam monarchiam erigendam , sed quod datus sit signum filii hominis , quo omnes teneant ejus esse judicium , quo judicabitur Antichristus ; quod ad scopum sufficit. Ratio formalis judicij etiam Apoc. 19: 2. definitur , quando appellatur vindicatio sanguinis servorum Christi ex ejus (meretricis) manu , quæ phrasis manifestò ex hoc cantico mutuata atque in librum Iohannis translata est. Apoc. 18: 8. exponit hęc tota causā in hunc modum. Uno die ventient plagæ ejus , mors , luctus , & famæ , & NB. igne comburetur , quia fortis est Deus , qui judicabit eam , nempe Babylonem. Quæ omnia dies recludet.

VIII. Abhinc exspectamus Ecclesiae requiem à persecutionibus *Jes.* 11: 9. 32: 17. 18. 60: 18. unā cum ejus plenariā sanatione ab omnibus illis percussionibus, quibus castigata fuerat: quæ procul dubio sanationem animarum etiam includet ab illis vitiis, quæ castigationum causæ fuerant. *Conf. Jes.* 57: 18. Hæc vero Sanatio haud quam speranda est sine uberiori Spiritus Sancti gratiâ, quæ efficiet, ut uberior sit futura Christi & mysteriorum verbi cognitio (*Jes.* 11: 9. *Dan.* 12: 4. 9. 10. NB. *Jes.* 30: 20.) & præclarior sanctitas *Dan.* 12: 10. *Jes.* 60: 21. *Zach.* 14: 20. Ex quibus principiis non poterit non oriri amplior animi consolatio, seu gaudium, per spiritum lætitiae fruendum, quo in expiatione, quâ Deum cum terrâ & populo suo habebunt conciliatum, alacrus glorientur, & Regis Assertoris triumphos lætioribus acclamationibus decantent.

IX. Quibus adde ecclesiæ maximum incrementum, per hæreditatem mundi adducendum, quandò erit conversio cum Judæorum tum gentium, de quibus quam evidentissime egit Apostolus Paulus, *Rom.* 11: 25. 26. *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc (ut von sitis apud vos prudentes) quod induratio per vicem contigerit Israëli, donec plenitudo gentium introierit: atque ita totus Israël servabitur.* Ubi docet Apostolus, licet Judæi vicem suam experiantur in judicio obdurationis, statuisse nihilo-minus Deum istius obdurationis terminum, quem ponit in plenitudinis gentium introitu; cum autem adhuc gentes restent convertendæ, restat & Judæorum conversio, cum ultimâ gentium ad ductione combinanda, quæ efficiet ut totus Israël salvetur.

Nota præ primis maximum conversionis populi Israëlitici

litici instrumentum fore in fine dierum hoc ipsius canticum ex Deut. 31: 21. quandò videbunt tertium seu ultimum in eo depictum *judicium, impletum in supplicio Antichristi, quo rupes nostra se cum effectu probabit verum esse Deum, & solum ecclesiae Regem ac Vindicem:* quod per hominum inconsiderantiam quidem non communiter à pluribus observaretur ex primo, quod Judæi tulerunt, *judicio, nec ex secundo, quo gentes sunt fugatae; sed planè agnosceret orbis, & præsertim gentibus novè conversis de eo monentibus, teneret totus Israël,* secundum electionem *populus Dei:* quando enim gentes ansam attripient ex stupendis illis Dei operibus, ac præsertim ex terribili Antichristi interitu, *Judæos invitandi ad debitam rerum attentionem, & cùm hoc cantico faciendam applicationem, ut Deo & Regi Christo secum ob gloriosum hunc ex hostibus suis reportatum triumphum applaudant, accedente Spiritus Sancti illuminatione; tam potens erit illa lux ad aperiendos Judeorum oculos, ut non poterit non terminari corundem obduratorum cæcitas, quo illi sese cum cæteris sceptro Christi inter intensissima jubila submittant.* Hec crunt felicia illa tempora, quando *velum à Judæorum oculis erit removendum, 2. Cor. 3: 16.* Eo feliciora, quo *omnia regna erunt (cum quarumcunque gentium conversione) Domini nostri & Christi, qui regnabit in seculum, Apoc. 11: 15.* quoque gratia Dei erit amplior: *Si enim (dicit Paulus Rom. 11: 15.) Judæorum rejectio, mundi est reconciliatio, quid erit eorum adoptatio, nisi vita ex morte?*

Circumstantias plures quod attinet, eas non determinamus, quippe nobis apprimè consci, quod adhuc in speculâ stantes Deo nihil prescribere oporteat, penes quem reservarunt sunt omnium rerum oportunitates, & cui infiniti consilia suum exsequendi modi, quibus veritas ejus constet. Tu medo in tempore veni Domine Iesu, & ecclesie tuæ afflictæ opitulationem addictam adfer, in omni ve- ni Domine Iesu. Amen.

HABAKUK  
ANALYSI,  
EXPOSITIONIBUS,  
ET  
DEMONSTRATIONIBUS  
ILLUSTRATUS.

Dd

PRO.

## P R O S P E R.

*Quamvis in sacris libris, quos noſſe laboras,*

*Plurima ſint lector clauſa & opaca tibi;*

*Invigilare tamen studio ne deſine ſancto,*

*Exercent animum dona morata tuum.*

*Gratior eſt fructus quem ſpes produc̄tior edit,*

*Ultrò abjectorum vilius eſt preium.*

*Obletant adoperta etiam myſteria mentem,*

*Qui dedit ut queras, addet ut invenias.*

# INTRODUCTIO.

In Librum Propheticum

# H A B A K U C I.

## I. *Libri Origo.*

1. Arvum hoc trium capitum volumen eā cum veneratione jam olim ab ecclesiā Judaicā fuit exceptum , ut illud unā cum reliquis aliquot Prophetarum ( qui minores cognominantur ) scriptis in unam συλλογὴν conjunixerint , qui populo à sacris erant. Cum autem Ptolomæi Philadelphi sub regno à Græcis Interpretibus unā cum cæteris Prophetarum minorum opusculis in linguam Græcam translatius fuerit hic liber , dubium non est , quin antiqua Juðæorum ecclesia eundem antehac tanquam ex divinâ inspiratione conscriptum receperit , atque ad piorum ædificationem populo prælegi curaverit.

2. Scriptor hujus libri procul dubio idem ipse fuit , qui consilii divini in eodem revelati minister atque præco ; quippe qui cap. 2 : 2. dicitur scribendi à Deo acceptissime mandatum , quo saltem ejus partem iuslīus est in tabulas referre , omniumque oculis ad legendum objecere : undē facile colligas eum artis graphicæ peritum , abhinc quoque integrum . hoc volumen concrīpsisse. Accedit , quod Spiritus Sancti amanuenses fuerint olim

Prophetæ, qui quo πάτα γραφή foret θεωτικένσος, ipsi visiones suas propheticas scripto consignare solebant.

---

## II. Prosopographia Prophetæ.

I. **V**iri præstantissimi, consilii divini hoc in opere ministri nomen in fronte libri legitur fuisse קַבְקוּק Chabakuk. Græci legisse videntur Χαβακούκ, qui reddunt Α'βακούκ: nisi fortè amanuensium *Kappa* in *Mi* mutantium hic fuerit error. Vocabuli etymon significationem suppeditat, à Prophetæ munere haud alienam; verbum enim פִּהֵל in *Pihel* amplecti significat, atque ita judice Hieronymo hæc vox Amplexantem notat; quod parentum est, liberos suos tenero amore prosequentium, quotiescumque amoris teneritudinem erga eos exprimere cupiunt. Habent sanè hujus Prophetæ consolationes se amplexum instar, dum pro paterno suo in pios affectu hoc agebat noster, ut ferè fractum sperantium animum erigat, atque novis de futurâ populi per Messiam redemptione promissionibus (quas charitas erga fidei consortes lubens cum lugentibus communicabat) emolliret. Fateor, mero parentum arbitrio nomina imponi infantibus, antequam, quid imposterum de prole suâ sit futurum, sibi spondere possint. Habent tamen istæ nominum impositiones nonnunquam in se testimonium spei parentum, & votorum, quibus liberos suos ab infantia Deo consecratos cupiverunt; soletque etiam gratiosa Dei providentia quandoquidem piis suorum respondere votis & precibus, ea, quæ ad gloriam nominis sui piis queruntur desideriis, orantibus clementer concedendo: quod hic fortè factum ultra

ultra parentum spem, non ultra eorum votum piè agnoscimus.

2. Ex quibus parentibus, quove loco hic noster natus ortusve fuerit ex sacris literis non constat. Quidam Judæorum eum fuisse *Sunamitæ*, istius fæminæ filium volunt, quem suo suscitavit olim amplexu *Eliseus*, matrice è morte restituit, cuius rei historia extat. *Reg. 4: 34.* Sed nimis levi innixi fundamento, quia scilicet vers. 16. *Elisa*, matri hujus restitutionem spondens, dixerat **חִזְכָּת-בָּן**, *tu eris complectens filium*: ast hoc cum historiæ circumstantijs parum convenit; non enim diu ante populi deportationem in captivitatem Babyloniam vixisse vatem nostrum jure ex eo colligas, quod Chaldæorum expeditionem, quam adversus Rempublicam Judaicam postmodum suscepérunt, tanquam instantem depingat: quæ tempora ab *Elisæi* ætate nimium remota fuisse quilibet prudens temporum putator sponte videbit. In *Seder olam Rabba*, antiquissimum Judæorum Chronicon comprehendente, *Habakuk ad Manassis* tempora, qui 36 annos ante primam Nebucadreazaris expeditionem obiit, refertur; quæ temporis ratio & facies haud male assignato prophetiæ hujus characteri respondet. Imò forte sub Rege *Ammone* aut *Josia* initio, vel in principio Regis *Jojakim* pondus erit, quando corruptissimi fuerunt populi mores, & ubique impietas prævaluit. Manet proinde in occulto ex quibus natus fuerit parentibus, & quando.

3. De ejus patriâ etiam incerta traduntur. *Dorothæus* vicum *Brijuhar* ejus locum natalem sine ullo teste aue argumento affirmat. Eundem ex tribu *Simeonis* oriundum dixit *Epiphanius*. *Judei* ejus monumentum juxta vicum **פַּרְנָא** *Jakuk* ad viam collocatum visitant, ut *Ben Simeon* de sepulchris Hebræorum, apud *Hottingerum*

rum de Cippis Hebræorum , tradit' , qui locus est in Galilæâ haud longè à *Saphettâ* seu *Sephet* , ubi Judæorum Academia ; inter peregrinantes etiam occurrit *Sanderson* Anglus , qui iter suum à Damasco usque ad Hierosolymas describens inter Sephet & Caphar Chittin sc̄ pagum aut vicum invenisse notat , ubi habitasse & sepultum fuisse *Hakukum* prophetam ferant Judæi ; cui nomen dicit *Jeakoke* : undē fortè colligas eum *Galilæum* fuisse . Verum , cum ista parum faciant ad prophetæ hujus illustrationem , haec tūtò ignorare possumus .

4. Sufficit nobis fuisse eum populi Judaici haud ignobile membra , castum religionis Mosaicæ non solum studiosum , verum etiam strenuum ejusdem hyperaspisten ; quippe qui hoc ipso opere se non solum fidei patrum confortem , sed & legis divinæ magnanimum atque imperterritum exhibuit vindicem , caussam legis contra ejus violatores apud Deum Judicem calidis supplicationibus agentem .

5. Non tamen vulgaris educationis hominem fuisse , sed ludi propheticī dignissimum discipulum vel hoc solo credimus , quod præter artem graphicam , etiam poëticam & Musicam tenuerit , quippe qui jesus est non solum oraculum Dei , quod verbotenus acceperat , in tabulâ conscribere , & loco publico affigere , ut prætereuntres legant ; verum etiam sub finem suæ compositionis hymnum exhibet Archimusicō traditum , ejusque arbitrio ad modulamen *Sigjonoth* in templo decantandum , quo sacrarum odarum numerus auctior evasit .

## III. Ejusdem vitæ genus.

1. IN libri inscriptione vocatur נבִי, Propheta: hinc eum Prophetam, id est, Oraculorum Dei præconem & interpretem egisse constat. *Lattantius* Prophetas majestatis divinæ præcones & pravitatis humanae correctores appellat. Hoc egile nostrum præscens ejus opusculum evincit, quo observare licet, præsertim ipsi curæ fuisse, hinc ad spem populi futuras Dei vias exponere, illinc corruptos populi mores corrigere; ad quid enim omnia spectant? quam ut gens Judaica instantis suæ visitationis tempus animadvertat, & se per conversionem ad suscipiendum suum Sospitatem in tempore componat.

2. Illustriore facit hunc nostrum prophetam revelationis genus, quo de arcano Dei consilio edoctus fuit: dicitur enim mediante visione hanc, quam hoc libro exponit, revelationem à Deo accepisse: ut proinde in suo cum Deo commercio non solum externo dignatus fuerit alloquio, sed etiam sibi objectum habuerit visibile aliquod repræsentamen, oculos feriens & mentem per sensus erudiens. Res ipsa quoque visionem illam confirmat, dum Deus sub scemate judicis, piorum caussam agentis, & hypocitarum ac impiorum judicium præparantis hic occurrit, ad quem Propheta querelas piorum defert, & à quo responsa quasi ad populum refert, quibus animus eorum erigatur.

IV. *Divina hujus libri authoritas.*

1. **L**ibrum hunc divinæ originis atque authoritatis esse vel ex eo evincitur, quod Paulus ecclesiæ Judaicæ hâc in parte testimonium dederit *fidelitatis*, asserens, quod *eloquia Dei eis fuerint concredita*, Rom. 3: 2. Accedit eundem Apostolum ex hoc libro propheticō sœpius adduxisse testimonia, ad fidem Christianam firmandam spectantia, & divinâ authoritate ad credendum obligantia. Inspice modo loca. Act. 13: 41. Rom. 1: 17. Gal. 3: 11. Hebr. 10: 38.

2. Ipse *modus tradendi*, quo liber iste ad ecclesiam Judaicam transit, hoc ipsum confirmat; hymnus enim hic (cap. 3) notatus, ab Archimulico totoque Cantorum ex Levitico genere in templo ministrantium ordine, cù reverentiâ fuit exceptus, quâ reliqui à Prophetis virisque θεωπνεύσοις compositi hyanni antchâc suscepiti fuerant: idque eo seculo, quo plures erant Prophetæ, quorum eo in casu ad stipulatio requirebatur: talis enim libri in canonem receptio sine prævio examine in populo Dei non admittebatur. Conf. cap. 3: 19.

3. Quod si quis præfractior neget adhuc vietas dare manus, illum ad fulgidissimos divinitatis characteres, huic libro insitos, ablegamus, ut textum legat, & cum rerum eventu conferat: ille enim primo loco observabit hujus operis scriptorem esse legis Mosaicæ non genuinum tantum discipulum, sed etiam strenuum vindicem, atque pietatis & justitiae amantissimum; quem urit divinæ legis neglectus, & juxta hanc normam viventium oppresio: quiique eam ob causam commercium cum Deo querit atque invenit, nihil scribens sub nomine Dei, quod cum analogiâ fidei in lege sub verbis fœderis comprehensæ

hensæ non apprimè consentiat , nec spem faciens nisi rerum in promissionibus fœderalibus apud Mosem promissarum . Secundo loco habebit eum fata populi & introductionem regni Christi ita in antecellum exponentem , ut postmodum per experientiam evenisse omnis docet historia . Expeditionem Chaldeorum , ejusque successum (cap. 1: 6-10.) & abhinc Judæorum iudicium , illis divinitus decretum , ad Tyrannidis suppliūm inferendum (Vers. 11.) tam accuratè depingit , & cum rei eventu tam exactè consentit , ut dubium non sit , quin propheta ea omnia ex Deo hauserit , cuius solius est futura eum in modum revelare . Accedit etiam quod de Christi adventu , de naturâ doctrinæ euangelicæ , nec non de regni Christi fatis varia cecinerit , quæ per historiam cum euangelicam , tum ecclesiasticam quam accuratissimè adimpletata fuisse edocti sumus . Talem cum fuisse nostrum Prophetam comperiamur , firmo stat talo eum non fuisse pseudo-prophetam , sed veri & vivi Dei fidelissimum ministrum .

#### V. Tempus editi hujus vaticinii.

**U**Tilissima sanè est ad detegendam dictorum occasionem temporis notatio , quo qualiscunque sermo habitus fuit , *Cyrillus* (in cap. 1. *Amos*) eam dicebat χρῆμα ἀναγνώσιον ὥσπερ ὡδινὸν ἐφ' ἔαυτῷ ὅλην τῆς προφητείας περίσσειν , rem necessariam quasi totam prophetæ continentiam , seu ambitum parturientem . Fatoeor quidem hanc notationem temporis in capite hujus libri non apponi : verum sufficit faciem tamen temporis in ipsâ argumenti pertractione ita delineari , ut ex ipsâ querelæ narratione innotescat : licet enim ex cap. 1: 16.

colligere, haud diu ante Nebucadnezaris expeditionem  
hæc prolata fuisse, & quidem eo tempore, cum om-  
nia inter Judæos corrupta jacerent, & publica gentis  
tribunalia ab hominibus impiis occupata judicium ne-  
quiter perverterent. Proin oportet, ut illa querela  
principium regni *Josakimi* (*Josia* rege piissimo subla-  
to) respiciat, aut tempora, *Josie* imperium antegres-  
sa. Imò his temporibus potius consentire, quæ sub  
*Manasse*, ejusque filio *Ammone*, effluxerunt, quam  
posterioribus, probat character temporis, quo *lex* dici  
poterat neglecta: sub *Manasse* autem authenticus legis  
codex fuit neglectus, ut pro deperdito haberetur, non  
nisi sub *Josia* iterum repertus, & in publicum protra-  
ctus. Confer cum querelâ propheticâ. 2 Reg. 21:9.  
16. 22:8.

2. Neque obstat, quod in quartâ *Danielis appendi-  
ce* (Vers. 32-38.) *Habakuk* Propheta describatur, ut  
Angeli raptu ex Judæâ in Babyloniam translatus, quo  
*Danieli* inserviat, & in foveâ leonum projecto alimo-  
niam, ne fame periret, subministret. Est enim narra-  
tio illa apocrypha non indubiae fidei, quæ post mortem  
*Astyagis* *Cyro* jam imperante, ante solutam captivit-  
atem Babyloniam, Judæam repræsentat, tanquam per  
Judæos excultam, & Prophetam nostrum ut messem  
colligentem. Neque certum est libri Apocryphi auco-  
rem eundem respicere cum Prophetâ nostro, quod sa-  
nè nominis similitudo haud evincit, cum plures sint in  
eâdem gente homines cognomines. Sin tamen quis ve-  
lit hunc eundem illic indigitari, per me licet: non e-  
enim impossibile est, ut Prophetâ noster sub ultimis  
*Manassis*, aut sub *Ammone*, prophetam egerit juvenis,  
& usque ad hoc tempus supervixerit: pone *Cyrum* pri-  
mâ vice Babylone in tenuissè anno Nabonassaris 113,  
capit-

captivitatis 53. & Manassen mortem obiisse annos 36 ante captivitatem , uti nostra exigit Chronologia , habebis annos 89, atque ita suisset plusquam centenarius , cum Danieli opem ferret ; quod licet rarum , non tamen sine exemplo est.

VI. Occasio ad præsens prophetiæ argumentum invitans.

1. **G**RATISSIMA seculi & temporis cum quoad doctrinam tum quoad mores corruptio , quæ gentem Judaicam occupaverat , manifestò querelæ propheticæ ansam dedit. Difficillima enim depingit tempora , quæ non solum orthodoxiam & pietatem languescere fecerunt , sed etiam planè opprimere laborabant , atque piorum reliquiis profundiora exprimebant suspiria. Præsertim Propheta luctandum fuit cum duabus nutantibus aut saltem sollicitorum hominum opinionibus. Prima erat tantam corruptelarum permissionem & prædominium præ sagire abjectionem populi : fore ut Deus fœdus suum cum perfido isto populo rescindat , eum gentibus conterendum objiciat , ac simul etiam spem de adventu Christi & adductione salutis frustretur ; dum illi veritatem & justitiam simul cum lege Dei tam protervè conculcant. Altera est , ab adventu Christi cum salutis adductione pendere populi repurgationem & plenariam reformationem , quod eo cum errore expectabant , ut sibi sponderent cum primis regni Christi initii omnia prospera , hostium omnimodam subactionem , & male sentientium totalem pudefactionem.

2. Accedit tamen & altera occasio , quæ in metu populi spectanda est , quem ex severioribus Dei commi-

nationibus conceptum admodum fovebant, qui fide infirmiores erant: nempè, à quo decem tribus abductæ per *Assyrios* fuerant, & *Iesuia*s sub *Hiskiā* rege prædicere incepérat *Chaldaeos*, seu *Babylonios*, loco *Assyriorum* exaltandos, instrumenta fore ejusdem adversus *Judeos* judicii, tristior pios subiit cogitatio de miserrimâ populi inter gentes conditione: meruebant enim optimi, si comminatio veniret, si *Chaldæus* sanctuarium una cum Reipublicæ fundamentis in solidum subverteret, atque inter alias gentes hasce populi reliquias dispergeret, facile fore, ut omnes inter idololatrias colliquescant, & reliquiæ pedententim in idololatrium castra transeant. Sic actum foret cum populo electo, & foedere *Abrahami*, atque omnis de rebus futuris spes evanesceret. Erat sanè in ipsis magna fiduci tentatio, quoniam expulsio ex terrâ istâ & subversio Sanctuarii, ut palatium Dei regis spectandi, speciem referebat testamenti Dei oblitterati, & abdicationis populi, cum negatione omnis curæ & tutelæ; imò exceptio- nis pignoris cœlestis patriæ, quod benevolentia olim concesserat, nunc vero justa Dei indignatio tollere videbatur.

Adversus hanc & similes tentationes confirmandi igitur erant, quótquot sub imbecillitate fidei cum istiusmodi cogitationibus luctabantur.

## VII. Sub quo Scemate Prophetæ veniat?

**T**Enendum porro hujus visionis descriptionem congressum referre Prophetæ cum Deo, & quasi mutuum colloquium, in quo tamen piorum vicem agit Prophetæ, quippe qui corum cogitationes, querelas, &

& erroneous opiniones , respōsione divinā corrigendas , tanquam suas profert , & Deo judici quasi cum expostulatione proponit : vides enim eum concitatus loqui in initio , rationes divinæ gubernationis à Deo exigere , & cur tantum impiis permittat quodammodo conqueri ; quale quid Prophetam non ex suâ sed ex infirmiorum & cum cogitationibus carnis luctantium sententiâ hic in foro Dei ventilare , credere fas est , ut ad eas cogitationes , & quasi ignea Sathanæ tela , responsum referret , antidoti loco ad lugentes Sionis referendum .

---

### VIII. *Prophetiae præsentis scopus.*

**H**inc facile elucet totam illam *visionem* nil aliud intendere , quam præjudiciorum in creditibus correctionem , à quorum emendatione solatium fidei pendebat : ita enim rationibus carnis enervatis , ostendo bono malorum ingruentium eventu , metus ille carnalis potenter lugentium eripitur animis . Proin viarum Dei tam ante quam post adventum Christi observandarum expositiō , in responsionibus divinis notanda , tota facit ad spem fidelium radicandam , ne sacram illam anchoram in maximis illis tentationibus abjiciant , quos sibi servare vellet Deus ; sed malorum exitum & quæ post sequerentur edocti animos resumerent , atque mala illa intrepidè exspectarent .

IX. *Eiusdem prophetie argumentum.*

1. Pro dupli exspectatione regni Christi , vel ut introducendi cum adductione salutis & uberioris gratiae dispensatione , vel ut post multa certamina promovendi ad summum authoritatis culmen per subjectionem mundi & subactionem hostium , pertractantur hic viæ Dei , cum ante Christi adventum in carnem , tum post eam servandæ .

2. Respectu prioris temporis exponitur consilium Dei de repurgandâ ecclesiâ Judaicâ per judicium populo corruptissimo imminens & per Chaldaeos infligendum , cum hoc tamen rerum eventu , ut velit justus Judex tandem castigationis suæ instrumentum confringi , & reliquias populi exploratas libertati restitui , atque in statu restituto conservari , donec Christus veniat , & ad ductam justitiam & salutem denunciet .

3. Respectu posterioris temporis docet in hac caussâ errantes , regnum Christi quoque habiturum suas adversitates & oppugnations , verum Dei manu ita coercendas & subigendas , ut os obloquentium & sese veritati opponentium ad plenariam <sup>Exodus</sup> xv tandem redigatur , & ecclesia triumphis glorioſior sub tutelâ regis ultimâ tranquillate fruatur .

X. *Divisio generalis.*

HÆc prophetia , quam præsens hoc opusculum exponit , duabus absolvitur partibus ; occurrit enim in hoc libro

I. Dialoginus prophetam inter & Deum , exhibens  
1. Vatis

1. Vatis querelam , justorum nomine ad Deum delatam , de sui temporis corruptione disceptantem . cap. 2 : 2-4.
2. Sententiam Dei judicis , consilium suum de magni operis molitione , & Chaldæorum in Ju-dæos expeditione ad populi expurgationem , exponentem . vers. 5-11.
3. Instantiam Prophetæ , de his Dei viis disputantem , & quomodo cum decentiis Dei conciliari queant , rogantem . vers. 12-17.
4. Replicationem divinam , vias Dei ulteriores nitidissimâ methodo describentem , suoſque de futuris , ut decentiæ suæ probè respondentibus , instituentem . cap. 2.

II. Hymnus sacer , sive canticum , vias illas Dei re-pen-tens , quo Propheta nomine populi exponit , quid circa illas in fide oraverit , atque ad nominis Dei glorificationem desideret . cap. 3.

Hæ partes duæ primariæ peculiarem ad se invicem relationem habent ; postquam enim Deus ecclesiæ Christianæ fata unâ cum hostium judiciis (cap. 2.) enucleasset , exinde argumentum sumit Propheta de cå redenuò agendi (cap. 3.) ibique prædictiones Dei commutat in preces & vota , pro ecclesiæ ejusdem salute concepta ; sibi per modum ad stipulationis quidem felicem certaminum exitum spondens , ast interim in casibus difficultioribus auxilium Dei , certo modo præstan-dum , implorans .

*Analysis ad primam pericopam.*

**P**RÆMITTITUR hic titulus totius libri, exhibens *nomen* vatis, ejus *titulum*, quo munus ejus indicatur, *argumentum*, & *argumenti originem*.

Post hanc inscriptionem occurrit *querela aliqua expostulatoria*, quam ad tribunal Dei defert, cuius exhibet

## I. Argumentum duplex

1. De non exauditâ vociferatione fidelium vi oppressorum. vers. 2. a
2. De salute dudum speratâ, ast necedum allatâ. vers. 2. b

## II. Confirmationem caussæ per rationes à corruptione temporis desumptas, quibus accusat impios ex Judæis

1. In genere ut reos
  - a. Vanitatis & molestiæ.
  - b. Direptionis & violentiæ.
2. In specie corrupti fori, ubi notat.
  - a. Lites & contentiones. vers. 3.
  - b. Enervationem legis.
  - c. Suppressionem judicij; quam confirmat
    - „ Ex oppressione justorum.
    - „ Ex iniquitate sententiarum latarum. vers. 4.

## PERICOPA PRIMA

*Querelam vatis de sui temporis corruptione  
completens.*

## EXPOSITIO LITERALIS.

Vers. 1. *Prolatio verbi, quod vidit Habacuc propheta.*

S. 1. **N**ox נַשְׁמָתָה à themato נַשְׁמָתָה non eodem modo vertitur ab interpretibus. Multi per vocem onus reddunt, atque onerosam prophetiam exponunt, cuius argumentum est prædicere graviora Dei judicia: in quam sententiam Hieronymus concedens, dixit; quod vox MASSA menquam preferatur in titulo, nesciūm grave & ponderis laborisque plenum est, quod videtur. Verum id semper obtinere non videbitur conferenti vaticinia, quæ populo Dei spem faciunt maximarum Dei promissionum, omniaq[ue] fausta & lata ad ejusdem solatium spondent: ut fieri videmus, Zach. 12: 1. Conf. Thren. 2: 14. Notandum verbum נַשְׁמָתָה (cui hæc vox suam debet originem) inter varias potestates etiam præconis designare opus, atque elationem vocis præconiantis significare, -quod videre licet Num. 23: 17. 38: 3. Job. 27: 1. Jes. 14: 4. Hinc Cl. Coccoeus prolationem reddit, atque pro eloquio publico, seu concione prophetica poni agnoscit, arcanum Dei consilium inter homines exponente, atque ita decretum Dei revelatum

prophetæ manifestante. Imò quis dubitet, quin *Prov.* 31: 1. *Sermonem διδασκαλίαν* & de officio monentem significet; ubi ΝῦΝ dicitur in titulo sermo, quo Salomonem eruditivit mater. Supplet etiam vir Dōctissimus vocem (*verbis*) ex *Zach.* 12: 1. Lxx. subſtūunt vo-  
cem λῆμα, quasi aliquid *acceptum* dicas; sic propheta statim in ipso initio *minus* à Deo concessum agnoscit, ni-  
hilque se tradere, quod non divinitus acceperit, credi  
vult. Eum in modum *Origentes*, atque ferè omnes  
Græci, & eos secutus *Hesychius τὸ λῆμα* exponunt,  
dicentes, quod sit ὁ λόγος, ὁ ἐν θεῷ λαμβάνουσιν οἱ προ-  
φῆται. Sermo, quem à Deo accipiunt Prophetæ.

§. 2. Quod vidisse dicitur est *verbum*, seu res,  
quam profert jam propheta. Verbum Πνῦ de visioni-  
bus propheticis dictum accipimus ex *Nuim.* 12: 16.  
Haud malè *Laetantius Inst. Libr.* 7: c. 24. *Visiones*,  
inquit, *divino spiritu offerebantur oculis prophetarum*,  
*ut viderent futura in conspectu suo quasi fieri & termi-*  
*nari.* Si ipsam prophetiam inspiciamus, videtur Deum  
vidisse judicem, & quasi in foro divino ad caussam dicen-  
dam admissus noster, atque inde recepisse responsa. Hinc  
propheta etiam Πνῦ *Videns* dicitur: quippe qui futura  
prævidet, non solum quod occulta & abdita Dei secreta  
atque consilia illo revelante animo perspicit & contem-  
platur; verum etiam quia verbum revelationis accepit  
una cum repræsentamine divino, rem quasi oculis ob-  
jiciente. Ita modum accepti oraculi, quod profert,  
distinetè exponit, quod ad præsentis vaticini dignita-  
tem facit, ejusquè ἀντοτισίzy.

§. 3. Propter utrumque eventum, quod nempè sub  
visione acceperit revelationem hanc, & quod ex officio  
eam in concione prolocutus fuerit, hic consilii divini  
minister ornatur titulo prophetæ, נבִיא. Superfluum  
vide-

videri posset hoc adjectum vocabulum, postquam allegata fuerat *visio divina*; verum si vocabulorum emphasis ritè distinguamus, animadvertemus aliquando alias fuisse *prophetas*, alias *videntes*. Inter *videntes* numerare licet Pharaonem, Nebucadnezarem, aliosque non prophetas, quibus in somnio contigerunt visiones divinæ. *Propheta* in strictâ significatione videtur is, qui mysteria Dei exponit, atque hoc opus tanquam munus vocationis sibi impositum per omne vitæ tempus curat. Ita *Aaron* *Mosi* jungitur tanquam ei futurus in *Prophetam*, quippe qui oracula Dei *Mosi* revelata tanquam Interpres ex officio; ei divinitus imposito, proferret, & cum omnibus communicaret. Imò *prophetarum* est, non solum suas visiones scripto expōnere, & cum populo Dei communicare: verum omnes usus vaticinii accepti ad populi ædificationem, ut decet doctores ecclesie, omnibus modis inculcare, & cum aliis prophetiis conferre: tenebant enim facile, quid instans rerum facies exigeret; à quibus flagitiis in vita & erroribus in fide hi essent dehortandi, & ad quam patientiam & spem alii essent excitandi. Ex hoc principio videor mihi deducere posse, cur *David*, *Salomon* & *Daniel*, viri à Dco inspirati, apti Hebræos sub strictè dicto Prophetarum nomine non veniant, licet revelationes divinas sub Spiritu Sancti ductu acceperint & conscripserint; quum illi Regum, ultimus vero Principis muneribus functi fuerint, non vero doctorum. Alii *Habacuc*, & *videns* fuit, & *Propheta*, qui omnem vitam suam impendit, ut pro exigentia temporis populū erudiret, & ad fideli sinceritatem atque resipiscientiam vocaret, nec non pertinaces reddebet *avatoloytus*; quotquot per instantium malorum præconium ad sanam mentem redire negabant. Eum in

modum etiam *Philo* de præm. & pæn. Prophetam describit Dei, intus oracula dictantis, interpretem: & *Augustinus* in *Exod.* 4:17. annunciatorem verborum Dei. Nec non *Laetantius* Libr. 1. c. 4. Præconem majestatis divinæ, & correctorem pravitatis humanæ.

Vers. 2. *Quousque* Jeboval me implorante non audies? me clamante ad te, vis & von salvabis?

§. 1. Verbum יְשַׁׁעֲיָהּ (unde ישעיה) videtur originem deberē voce יְשַׁׁעְיָהּ, ut non simpliciter vociferari significet, sed quo quis ex præsenti pereundi periculo salvus evadat, elatā voce auxilium implorare. Vertere etiam licet, usque quo imploravi, & non exaudies?

§. 2. Quando dicit עַד אֵן quoisque; verba quasi expostulationem caussidici coram tribunali divino significant, atque dolorem, ex diuturnitate vociferationis inauditæ conceptum, testantur. Slipponit jam à longo tempore eam vociferationem, tanquam fervidioris desiderii testimonium, ad Deum fuisse missam: quæ tamen circa captivitatem Babylonicam valde exacerbata fuit. Jam dudum Patres auxilium Dei per adductionem salutis anhelantes implorarunt. (Conf. Gen. 49:18. Psal. 119: 41. 81.) Verum, quandò singularis populi corruptio eos invasit, gravior fuit gemituum caulla. Psal. 80: 4. 8. 20.

§. 3. Huic diuturnitati abrumpendæ medium ponit in audiendo וְלֹא תִשְׁמַע non exaudies? Audire & exaudire, quandò in sacris Deo tribuitur, nil aliud notat, quam concessionem postulati, quam Deus implorantū-

rantibus annuit, dum ipso actu præstat, quod desiderant. Negat itaque Deum hactenus diu desideratam at-tulisse salutem, cuius spem fecerat; imò contra supponit etiam eam in aliud tempus dilatam: quod causam subin-nuit vehementioris desiderii, istos clamores prolicien-tis. Perinde est, sive hæc interrogativè vertas; sive vau consecutivum concipias, & vertas, ut non exau-dias.

§. 4. Hanc querelam distinctius urget, dicens *me clamante*. Hebr. **לֹא פָּשַׂנְ** Clamabo ad te. Sicuti prior vociferatio erat implorantis, ex metu periculi na-ta: ita hæc erat dolentis, ex sensu opprimentium ma-lorum orta, quæ ablata vellet: verbum enim פָּשַׂנְ notat ob cruciatum & dolorem vocem extollere. Spes ve-terum desiderio suo junctos habuit *dolores* (qui quan-doquidem parturientium doloribus assimilantur: vide Jef. 2: 13. 66: 7. Jer. 30: 6. Apoc. 12: 1. 2. 5.) quoniam ex mixturâ profapiaæ Abrahami genuinæ & spu-riæ, piorum & impiorum, multa patiebantur gravia, qui in Christum sperabant, hæc enim erat prioris testamen-ti imperfectio, quod circumcisi quoad carnem (filii juxta literam) plurimi fuerint incircumcisi quoad cor. Nota interim verbum futuri temporis hic notare actum præsentem, & porro continuandum, quasi dicat, quo-usque clamo, & clamabo in posterum.

§. 5. Vox **בְּמִנְ** propriè notat *injuriam*, & ejus the-ma *injustè agere*, probante id pluribus Cl. Bocharto Hieroz. p. 2. fol. 222. Phrasis tamen hic peculiaris est, *Clamare, Vis!* cui ellipsis subest, in hunc mo-dum supplenda, *Vis* aut *injuria* sit. Abruptum illud dicendi genus conveniens est passioni, animum pertur-batum exprimenti: ut solent, quos injuria temporum

obruunt. Occurrit etiam Job. 19: 18. Jer. 20: 8.

§. 6. Remedium querit in salute adulcentâ, cum dicit nonne salvabis? Verbum יְשִׁיבָה significat aliquem ex præsenti pereundi periculo eripere, ut in tutum evadat: prout igitur pericula sunt, quæ respiciuntur, talia sunt salutis remedia. Si sunt corporalia, temporalem quietem aut vitæ securitatem tollentia, liberatio quoque erit corporalis & temporalis, de quali verbum hoc exponendum est, 2 Sam. 14: 4. 2 Reg. 6: 16. Sin verò pericula metuenda sint spiritualia, remedium salutis etiam pro subiectâ materiâ concipiendum est. Ultimo in casu verbum nostrum opus salvationis, per Christum sponsorem perficiendum, respicit; quorsum spectant testimonia. Psal. 68: 20. 21. Jes. 25: 9. 45: 17. 21. 22. 63: 1. 8. Hinc & Jesus ab hoc verbo nomen recepit suum, interprete angelo domini, Matth. 1: 21. Observamus interpres hic in diversa abire, aliis volentibus prophetam hic futuram ex captivitate Babylonica liberationem anhelare: aliis potius urgentibus eum accelerationem liberationis per Christum cum adductione justitiae & salutis animarum postulare. Proin despiciendum nobis est, utra liberatio scopo conveniat? cuive sententiae nostrum adiungere assensum judicium logicum dicit?

Eorum sententiam minus placere dico, qui hanc adeò servidè à Judæis desideratam salutem de desiderio liberationis externæ & quidem in specie ex captivitate Babylonica accipiunt; 1. quoniam illi nondum in illud malum inciderant: sed potius comminatur Deus illam populi abductionem, ut futuram, & hanc querelam adhuc securiram. Malum sub quo noster gemit proponitur ut jam olim premens pios, quod jam à longo tempore hos gemitus etiam patribus expresserat, quale quid tem-

tempore nostri Prophetarum dici de captivitate Babylonica non poterat. Vide Babylonicae expeditionis prædictio-  
nem ad illam captivitatem suscipienda, demum subno-  
tata, Vers. 6-11. 2. Adde, quod post illam commi-  
nationem propheta nomine populi instantiam faciens, illud  
præfigium Dei, ut certo respectu valde à fine viarum ejus  
alienum, & præter eorum exspectationem intimatum ex-  
aggeret, atque inde contra illud disceptandi ansam arri-  
piat. Vers. 12-16. Ut proin hoc eos respixisse ante  
illud præfigium non conveniat. 3. Præsertim contra  
illam sententiam militat, quod ipse textus malum, un-  
dè sibi periculum metuunt, non dissimulet, sed præci-  
sè definiat, quod est mixtura populi heterogenei, à  
quâ illi liberari cupiunt: dolet eos, quod pars popu-  
li pejor prævaleat justis, atque lex opprimatur, verus-  
que Dei cultus intermittatur. Urit eorum animum,  
quod veritatem odio habentes, umbris secundum lite-  
ram & superstitionibus nimium adhæreant, & veritatem  
amantes nullis non injuriis afficiant. Ab hac commix-  
tione pravorum, & consequenti eam periculo liberari  
non poterant, nisi aut judicis Dei, populum ab istâ fæ-  
ce expurgantibus, aut melioris testamenti, circumci-  
sionem cordis spondentis, introductione, quandò uber-  
rior gratia dispensatio, & sanctior œconomia carnales à  
spiritualibus Abrahami filii separaret, quos è domo suâ ex-  
pelleret Deus. Nunc vero facile constat de primo li-  
berationis modo ne hilum cogitasse quiritantes: quia,  
quantocuyus de captivitate Babylonica audiebant, ani-  
mo perterriti eam certo modo deprecantur, quæ tamen  
ad defœcandum populum gradum faceret: restat igitur  
potius ut de altero liberationis modo cogitaverint, cum  
que tam calidis votis petierint. Adde porro, quod si  
priorem purgandi modum petuissent, peccasset contra  
chari-

charitatem , quæ potius fratribus conversionem quam interitum desiderat : nec non contra propriam tranquillitatem : non enim poterat Deus populum suum repurgare per judicia , quin justi multorum malorum fierent participes , & pignus solatii eorum , quod in quietâ terra consistit possessione , multis modis obscuraretur. Imo ne piissimi quidem , utope plurium imbecillitatum Dei sibi consci , faciles esse solent in provocando Dei rigore ad judiciorum suorum exercitiū : quoniam etiam tunc solet Deus poenis suis suorum etiam immiscere castigationes. Omitto jam , quod , ut dixi , ad primum istius judicij auditum horreant , & in alium illud precibus avertere conentur. Neque etiam per illam judicialem repurgationem plenam ab hoc malo liberationem sibi spondere poterant , quamdiu œconomia prioris & imperfectioris testamenti vigebat : manebant enim tam mali quam boni ejusdem altaris participes ; quod postea quoque nova hominum cum Pharizæorum tum Sadduceorum mixtura , & in atriis externis commercium edocuit.

Hisce rationibus à primâ sententiâ depulsi potius eorum amplectimur sententiam , qui desideratam tantoper salutem accipiunt de salute pet Christum præstandâ , & cum sanctiore œconomia adducendâ , quæ multis gratiam conversionis largiretur , & partem electam ex istâ communione educeret. Hic loci sensus , ut magis spiritualis & Deum in hoc propheticō molimine decens magis , nobis placet gravissimas ob causas. 1.) Quia desiderium salutis , quod hic exponitur , nimis exaggeratur , quam ut ad rem tam levem , qualis est temporalis libertas , subsidat : respicitur enim ut res digna , quam vehementissimos inter affectus veri populi nominę ad Deum deferat Propheta : oportet ergo ut salus tanto

to cum ardore aniini cupita respondeat bono maximo, vero spei Patrum objecto, nusquam nisi in unâ electorum per Christum redemptione quarendo. 2.) Accedit, quod illa *salus*, ut jam diu desiderata, & nondum post multa secula adducta, petatur: hoc enim jam olim Patriarcharum erat votum, ut ex ore Jacobi moribundi notaverat antehac Moses, *Gen. 49: 18.* quem affectum etiam in pris V. T. egregie depinxerat Psaltes. *Psal. 42: 2-6.* & alibi. 3.) Saltem *haec salus* est, quæ, quod hic postulatur, plenariò præstare poterat, & efficere, ut ab heterogeneâ istâ mixturâ servetur & libereatur populus Dei: neque aliis quam minister N. T. electos vocare potuit, ut à carnalibus se sejungant, prout Petrus fecit, dicens. *Act. 2: 40.* σῶθιτε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σολιδᾶς τάυτης. Hæc enim erat prioris testamenti imperfectio (quam ob rem à Paulo negatur fuisse ἐκεῖνη ἡ διαθήκη ἀμερπτος, *Hebr. 8: 7.*) quod omnis circumcisus tunc fuerit recipiendus ad communionem altaris, qui modò externalis legis observabat: neque carnalis, ut Ismael, è domo erat expellendus, nisi cum œconomia veteris mutatione & melioris testamenti introductione, quo solo huic malo medicina fieret, uti Paulus pluribus ostendit. *Hebr. 8: 8-13.* ex *Jerem. 31: 31.* & *Gal. 4: 24-31.* 4.) Petrus dixit omnes prophetas in hanc *salutem* inquisivisse. 1) *Petr. 1: 10.* 11. Neque propheta noster efficacius hanc inquisitionem exponere potuisset, quam quibus utitur verbis: & nisi hic sensus admittatur, non erit in toto ejus libro quicquam, unde de salute N. T. egisse cum colligas, cum tamen testimonium *Iesu* sit *spiritus prophetie.* 5.) Divina ad istam querelam & postulationem responsio, immediate sequens eam fuisse desiderii piorum mentem quoque exigit: quæ captivitatem Babyloniam monet

respiciendam tantum ut molimen operis, præmittendum istius desiderii adimplectioni, atque terminandum in stupendo rerum eventu, qui quando cum evangelio denunciaretur apud hypocritas fidem non inveniret. Ita divina hæc responsio ipem facit fore, ut desiderium eorum suum inveniat complementum in opere consummato, quod suo tempore denunciaret euangelium, atque cum spiritualis salutis adductione præstaret æconomia Dei. Saltem ita applicuit Paulus vers. 5. in loco *Act. 13: 41.* ut suo loco videbimus.

Consistit autem *salutis desideratæ* opus partim in salutis per Christum adducendæ impetratiōne, partim in ejusdem peculiari applicatione, quæ æconomia legis mutaretur in novam euangelii, priori longè gratiorem, & exuberantioribus bonis magis spectabilem, quæ bona recensentur, *Jer. 31: 33. 34.* Hæc bona N. T. sepe veniunt sub nomine **נַשְׁׁמָה** Conf. *Psal. 96: 1. 13: 2: 16. Jes. 2: 7. 45: 17.* Nec præter causam liberatiōnem à communione refractiorum ab hæc *salute* expe-  
ctabant, quia etiam illud jam antea promissum fuerat *Psal. 44: 8. 57: 4. 5. 6. 68: 7. Ezech. 34: 22.* Eamque rogabant à Deo, quia eam *salutem* conferre gloria est soli Deo propria, & cum nemine alio communicanda. Conf. *Psal. 49: 8-10. 16. Jes. 43: 11. 12. 45: 14. 15. Hof. 1: 7.*

Vers. 3. *Quare me facis videre vanitatem, & molestiam intueris? Et vastatio & violenta injuria est ex adverso mei, & fuerit contentio & lis, effert se.*

¶ 1. Argumentum querelæ est *vanitas*, *Hebr. 11: 1*, quæ

quæ vox omne id, quod realitate caret, denotat, quod speciem habet tantum, & nihil veritatis, quodque licet sub specie boni occurrat, appetitum tamen non satiat; si vero sub utilioris medii specie commendetur, ad finem non perducit, dum spem conceptam sperato fructu destituit. Hinc isto vocabulo in sacris *idola* veniunt; propter nullitatem essentiae & bonitatis, quibus carent. *Levit. 26: 1. Psal. 96: 5. 1 Cor. 8: 4.* Hinc etiam *Idololatria* atque *Supersticio* audiunt vanitates. *Idololatria*, quoniam ejus observantia idolorum cultorem ad boni desiderati communionem non perducit. *1 Sam. 15: 13. Jes. 66: 3.* *Supersticio*, & omnis religio aberrans; quia in iis nemo veram justitiam & salutem affequitur. *Psal. 5: 9.*

Alterum querele argumentum est **לִימָם** molestia; vanitatis comes. Vox omnem laborem frustraneum delassantem significat, qui operæ pretium non refert, ut videre est *Job. 5: 7.* Talis ærnumna est *cultus sine fide*, præsertim qui versatur in operibus cærimonialibus legis, iisque adjicit cum superstitionem tum idololatriam: talis enim justitiam fidei non agnoscens, & salutem in Christo non desiderans, multo molimine & laborioso opere se in vanum excruciat. *Conf. Psal. 10: 7.* Pro labore difficulti & delassante venit. *Eccl. 2: 21. 6: 7. Psal. 73: 16. 90: 10.* in quo cum fructum non invenit quisquam, magno afflictur tædio & molestia, ac semet ipsum vexat, dum in iis laborat. *Conf. Psal. 94: 20. Job. 16: 2.* Manifestò respicit Propheta locum, *Num. 23: 22.* ubi Bileam gloriam populi Israëlitici & prærogativam ejusdem præ aliis gentibus celebrans, in hunc modum cum extollit, dicens, non intuetur Deus vanitatem in Jacobo, nec respicit molestiam in Israele, quin corrigat illa mala per

prophetas Deus , qui vocatos suos ab istâ labe sanctificavit . Ubi vanitas & molestia crimen idololatriæ ( peccatum contra primam legis tabulam ) significat : cujus criminis rei erant Judæi illius temporis . Nec verisimile est Prophetam in hâc querelâ , ad Deum delatâ , hanc culpam populi carnalis omisisse .

Scio equidem alios hæc ad culpam , adversus secundam legis tabulam commissam , referre , eosquè vocem יְמִינָה iniquitatem , & לְבָדָע ærumniam seu tedium vertere , atque sic exprimi latas ab hominibus iniquis injurias putare . Verum cum passionem injuriarum attingant sequentia , & certamen exponatur pro fide decertandum , prior expositio uberiorem , & passionem certaminis magis exhaustientem gignit sensum ; cum vix pia foret quærela , si non coram Deo disceptans , caussam Dei , quæ maximè laborabat , attingeret , & ægritudinem animi exinde ortam ad tribunal Dei referret , quæ vera pietatis nota est .

§. 2. Dolet cum , quod illæ culpæ ita manifestò in omnium incurvant sensus , quod testantur prædicata , me videre facis , & ipse intueris . Nota 1.) quod videre phrasí consuetâ dicatur pro palam experiri . Temporibus Manassis omnes coram videbant & experiebantur , quod atria frequentantes ut plurimum occupati fuerint vanis & molestis idololatriæ & superstitionis laboribus , dum maxima Judæorum pars , à Rege & Principibus viris defensa & instigata , justitiam fidei ignorans , & propriam erigere studens , Deos alienos averruncatorio placare cultu laborabat , & multo labore demercri studebat . Verbum in HIPHIL hic permissionem divinam notat : quique Deum hic respicit ut illa tolerantem , ille supponit in potestate Dei fuisse illa mala arcere , atque à populo suo avertere . Agnoscit propheta

propheta in his triste spectaculum, quo spectato Zelantes pro gloriâ nominis Dei, magno afficiebantur tædio, & debiliores in fide scandalizati in graviorem conjiciebantur tentationem: undè insignis nalcebatur in horum mente *agritudo*, quam in hæc professione coram Deo aperiunt, quorum nomine hic agit vates. 2.) Imò ad Dei decentiam provocantes dicunt, & tu ipse intueris. Verbum נבָט *הַבִּט* prospicere & intueri notat. Deus hic concipitur quasi in templo, ejusque interiori adyto habitans, tanquam Rex populi in suo palatio; & crimina allegata considerantur, ut in atriis istius palatii, rege omnem horum conatum propè & coram inspiciente, perpetrata. In hisce circumstantiis *intueri*, quasi scelera dissimularet, dum in ista non animadvertisit, est descriptio *tolerantiae divinæ*, speciem referentis, quasi adhuc aliquid ex iis, quod usui esse possit, exspectaret.

§. 3. Inquirit autem propheta in hujus tolerantia diuinæ causam, duin rogans dicit, *לְמַה quare*. Quales quasi expostulationes cum Deo, non statim condemnandæ sunt, ac si essent obmurmurantium, Dei que vias accusantium: cum etiam esse possint piorum, cum suâ imbecillitate luctantium, & pro gloriâ nominis Dei interius Zelantium. Hi quandoquidem partem viarum Dei cum omni ejus decentiâ conciliare non valentes, aut objectiones infidelium, qui contra certas ejus vias calumniando insurgunt, solvere impares, erudiri cupiunt, & modum solvendi ad Deum deserunt, cuius interesse videbatur, ne talia diutius permittebantur. Dixerat Bileam Num. 23: 22. *Deus non intuetur vanitatem in Jacobo, nec respicit molestiam in Israële.* Ait jam videbatur illam suam gloriam minus curare, immo planè negligere: undè pia hæc querimonia argu-

mentum suscipit, quandò ex postulato divinæ gloriæ urget, ut hanc tolerantiam abrumpat, & populi sui reformatiōnem per missionem filii cum salute promoveat.

§. 4. *Et vastatio & violenta injuria.* *Vastatio* שׁ est totius politiæ Judaicæ in ordine ad justos subversio, quorum status subvertebatur, cum illi impiorum odium experiebantur. Cui addit סִמְמָנָה id est violentam injuriā: de quâ voce visum vers. 2. Notandum s̄epius ad tyrannidis descriptionem faciendam duas illas voculas conjungi, ut ostendatur homines vel ipsam speciem justitiæ non curantes amplius, defrueisse frontem, & insurgere audacius cum omni oppressione in sinceroris fidei professores. Vide Jer. 6: 7. 20: 8. Ezech. 45: 9. Atque ita falsæ religioni addunt tyrannidem, & idolatriæ ac superstitioni (peccatis contra primam tabulam) *injustitiam & oppressionem concivium*, quod est peccatum contra secundam tabulam. Hæc autem est *via Caini* Jud. vers. 11. & hominum antediluvianorum. Gen. 6: 11-13. Imo etiam hoc idem crimen fuit Israēlitarum, ob quod in Assyriam abducentur sunt. 2 Chron. 30: 5-10. Hos. 7: 12. 13. Ex hac ratione propheta testatum salutis desiderium & op̄ardum populi reformationem justificat; quia falsus ille cultus tyrannide armatus iustorum minabatur interitum, omnimodamque veritatis oppressionem.

§. 5. *Ex adverso mei, vel e regione mei adest, aut instat, & parata est, ut me invadat:* ita quasi acies instruēta adversus押em cum suis colliguntur educta, & ei opposita, ut ipsum & qui sub ejus ductu se opponebant invadat. Non itaque notat omnem tyrannidem jam tunc in exercitii vigore cerni, sed in molimine, in procinctu, ut paratam, jam jam, nisi Deus refrænet, irruituram: ita enim animatos esse falsos illos fratres, ut

ut potius armatâ vi errores suos tueantur , quam depo-  
nant.

§. 6. Probat verò hunc perversorum animum ex ali-  
quo specimine , quo evincit eos non ferre ἀλεγχον , di-  
cens. *Et si fuerit contentio & lis , effert se. Vulga-*  
*tus ; & factum est judicium & contradic̄tio potentior,*  
*quod Hieronymus exponit , ut accusationem prophetæ ,*  
*quā arguit judicium se damnantium non fuisse veritate ,*  
*sed potentia nixum , ut nihil ex lege & justitiâ sustinue-  
rit. Sic dolet litem non jure sed potentia diremptam.*  
Lxx. ἐξενδυτας μη γέγονε κριτος , κα: δικτης λαμβάνει.

*Contra me factum est judicium , & judex accipit , sc.*  
aut pecuniam , auro corruptus ; aut personam , non ex  
veritate caussam , sed ex personarum qualitate censens.  
Ast nos potius verbis , & accentuationi textus origina-  
lis insistentes , vertimus , יְדַבֵּר ut præteritum potentia-  
le , quia cohæret cum verbo in futuro נָשָׁי . *Et si*  
*fuerit contentio & lis ; רִיב וּמְרוֹן . Hæ duæ voces*  
probè distinguenda sunt : prior רִיב contentio notatio  
ficiū prophetæ otiusque ecclesie , cuius est contendere  
cum hominibus , in debito suo officio præstandone-  
glectioribus , à quib⁹ officium exigit pia incitatio ,  
dum eos ad conversionem hortatur. Hoc sensu venit  
verbū contendere Hos. 2: 4. Adjungitur מְרוֹן lis à  
verbo מְרֹן , quod reos agere delinquentes , eos accu-  
scare , & quicquid ad eorum convictionem facit contra  
eos proferre , significat : ut notet iurgia , hinc Belgæ  
vertunt gekijf hoc loco , titill. Psal. 80: 7. Kijbagie.  
Prov. 22: 10. & Krackel. Prov. 6: 19. 10: 12.  
Munus Prophetarum itaque consistit in hisce duobus ,  
ut delinquentes moneant de officio , & reprehendant ,  
ut neglecti officii reos : præsertim in casu supposito ,  
quando illis res est cum Idololatriis , superstitionis , &  
in

in rituum observantia propriam justitiam ex viribus propriis quarentibus: hos enim ad abnegationem sui & agnitionem Dei vocant, & per ἐλεγχούς de viâ erroneâ convincere laborant. Conf. Jer. 15: 10. Tit. 1: 9.

§. 7. Addit נְשָׁרֵף effert se, pro יְתַנְנֵשֶׁר Conf. Psal. 24: 9. Quidam vertunt, & jurgium suscipitur; ut concipient reprehensos opposentes se, & cum jurgio convictionem à se amolientes. Verum hæc versio non respondet accentibus, qui jubent, ut voces contentio & lis in eadem sententiâ cohærent proximè. Proin hoc verbum novam facit enunciationem effert se, nempe vastatio & violenta injuria, quorsum hæc enunciatio referenda est. Ita significat pessimum seculum, corrigi nescium, correptionem haud ferens, cuius homines, consuetudinis teraces, adversus ἐλεγχούς insurgunt, atque contra omnem correptionem ut irritati crabones involant. Conf. Amos. 5: 4. Quid mirum itaque si concludat tyrannidem in procinctu stare, ut omnes istos reprehensores opprimat.

Verf. 4. Propterea subsistit lex, & non exivit iudicium in perpetuum: quia improbus obsidet iustum, propterea exivit iudicium contortum.

§. 1. Propterea subsistit lex, dicit propheta. Vox תְּרוּם omnem viâ commonstrationem ex etymo significat: ast hic per excellentiam legem Mosiacum cum omni suâ œconomia, quæ medium erat institutionis populi, quo de verâ vitæ viâ edoceatur, queque ad convictionem aberrantium solida argumenta sola suppeditat.

Verbum מִלְאָה notat in viâ subsistere, cursum intermittere,

tere, non progredi, ut constat ex locis conferendis,  
*Gen. 45: 26. Psal. 77: 3. Thren. 2: 18. 3: 49.*  
 Dicitur enim *justitia ante faciem procedere* *Psal. 75: 14-*  
 & *verbum Dei currere*, *2 Thess. 3: 1.* Ut tanquam  
 consequens persecutionis notetur *strigatio doctrinæ legis.*  
*Lxx* legunt *dieon:daçai vboç*; in hujus versionis gratiam  
 notat *Cf. Bochartus* in suo *Phaleg* (p. m. 615.) quod  
 verbum **נֶפֶל** etiam *dissolvere* & *desicere* significet. Res  
 codem redit, quoniam & sic notabitur ministerium  
 præconii legis hinc factum languidum, & dissolutum,  
 ita ut defecerit, & quorum erat aberrantes reducere,  
 & delinquentes corripere, illi, inquam, in eo munc-  
 te obeundo non perrexerint.

\* *Particula בְּנֵי עַל*, quæ causalis est, notat hujus ma-  
 li fontem, *studium* nempe *partium*, tyrannide mun-  
 tum, quo effectum est, ut sana legis interpretatio sub-  
 stiterit, dum recta sentientes propter quorundam distor-  
 siones, & hostium minas intimidati, non ausi sunt mu-  
 nere suo fungi, undè subticuere omnes. *Conf. Amos.*  
*5: 12. 13.*

§. 2. Huic addit & aliam culpam, quæ fuit judicium  
 in curia, dicens, & non exivit *judicium in perpe-  
 tuum*. Vox **מִשְׁפָט** significat opus judicis & legisla-  
 toris: *legislatoris*, quandò lex aliqua, seu constitu-  
 tio quædam politica conficitur, quâ obligatur populus  
 ad certum quendam modum observandum; *judicis*,  
 quando caussæ in foro ventilatæ fit decisio. *Exire di-  
 citur judecium*, quando talis lex aut decisio caussæ è fo-  
 ro in publicum prodit, & mediante denunciatione ad  
 omnem aures pervenit. *Dan. 9: 23. 25. Luc. 2: 1.*  
 Sic *opus* verbi Dei est ejus publicatio. *Psal. 89: 35.*  
 Negat *Vates* id fieri **לְנַדֵּב** *in perpetuum*, id est con-  
 tinuer, & cum bonæ caussæ triumpho seu victoria.

Sic corripiuntur Judices Synedrii magni , qui in cathedrâ Mosis sedentes officium suum non absolvebant : nec non cæteri omnes populi seniores , & præfecti , qui in reliquis civitatibus judicia dicebant ; quorum erat mendacium damnare , veritatem tueri , & pretiosum à vili discernere .

§. 3. Causam tanti defectus assignaturus , dicit hæc facta fuisse ; *qua improbus obſidet* (aut circumcingit) *juſtum*. Qui hic יְשָׁרֵךְ audit & opponitur יְצָדִיק justo , est homo improbus . Videtur ea denominatio ex primigeniâ suâ significatione tales in republicâ denotare , qui ordinem non servando omnia turbat , atque inter cives motus & studia partium concitat : in secundâ vero significatione hominem reum , qui jure civitatis , si ex lege statuas , deberet excidere . Sic autem *juſtus* opponitur , id est , homini , qui jure civitatis gaudet , idque inculpato vitæ genere sibi confirmat . Hæc , translatione ad ecclesiâni facta , eleganter conditionem depingunt hominum , qui in externâ ecclesiâ communione hinc turbas ciendo se nomine foederatorum indignos & jure filiorum destitutos ostendunt ; illinc qui in fide & obsequio erga Deum constantes jure civitatis donato legitimè utuntur . Hoc præsertim in politiâ Itraëlis , quæ erat theocracia , obtinere censendum est ; in qua Deus ipse agnoscendus erat populi legislator , iudex , & Rex , in templo tanquam in suo palatio habitans , & ordinis à se constituti observantiam exigens . Hic notantur , qui ordinem à Deo rege constitutum non servantes eum turbaverant , atque tam veritatis abnegatione , quam falsi cultus introductione ac defensione everterant , jure civitatis exinde excidentes : agiturque causa eorum , qui *justi* appellantur , dum *jus suum* , dono acceptum , ipso opere comprobant , & pro ordi-

ne à Deo constituto strenuè decertant. Ast, quandò improbus dicitur *justum obsidere*, & (quæ verbi **הכתר** emphasis est) quasi *coronæ includere*, atque ita circum-  
quicq[ue] incingere, quod ovantes & cum gaudio sultan-  
tes faciunt, *Psal. 142: 8.* vel etiam opprobiis & con-  
tumeliis in alium subsultantes. *Psal. 22: 13.* planè  
indicatur improbum justo prævalere, & iniquorum prin-  
cipum potentiam ac judicum iniquitatem justorum  
bonam caussam obruere. Ex quo fonte derivatur,  
quod lex & judicium juxta legem definiendum non ob-  
tineat; imo quod adversus vim jura sileant; proin  
conqueritur Propheta tantam esse iniquorum in eo po-  
pulo potentiam, ut legi ipsi omnes ademerint vires.

§. 4. Nec solum decisio cauſæ negatur, verum e-  
tiam ex eodem fonte pervertitur; hinc additur, *pro-  
pterea exiuit judicium contortum.* Monuimus jam  
phrasin, quâ *judicium exire* dicitur, denotare *judicium*  
*pronunciationem*: in quâ judicum pronunciatione nota-  
tur non observatum fuisse quid rectum sit, quid securus.

*Judicium מִעְקָל contortum* hic accusatur: significat e-  
nīm vox **מעקל** quicquid curvum & incurvatum est,  
atque sic à normā recti recedit. Judicium autem detor-  
quetur & incurvatur, quoties non secundum legem,  
quæ norma recti est, pronunciat: sed juxta hominum  
præjudicia & ex studio partium procedit, atque ita im-  
pium absolvit, justum vero & innocentem condemnat:  
quando *dit veniam roris*, vexat censura columbas.  
Pessima proinde dīpingit tempora, in quibus non so-  
lum dissidia & partium studia vigebant in populo, sed  
& caussa veri & recti ob prævalentem injustorum po-  
tentiam damnata multisque contumeliis despœta fuit.  
Confer accusationem *Amos. 6: 12.* *Convertistis in ve-  
nenum judicium, & fructum justitiae in absinthium.*

**APODICTICA**  
**CAUSSÆ**  
**DEMONSTRATIO**  
*Per collocationem*  
**IMPLEMENTI**  
*Cum re*  
**S P E R A T A .**

§. I. **N** sermonе hoc propheticо vates ad Deum defert spem Patrum de salute per Christum adducentia , atque eleganter depingit , quanto cum dcliderii fervore eam rem petierint , ad hanc gratiam anhelantes , atque in eā re spera a unicum fidei fundamentum collocantes . In hoc tempore proin inquisiverunt serio , & non sine genitibus illud novissē à Deo petierunt : quod non solum Petrus testatur , (1 Petr. 1: 10.) verum etiam præsens querelæ delineatio comprobat . Neque id frustra sperasse evicit rei eventus : venit enim in plenitudine temporis ille , cui ab ista salute noinen impositum est ; quod non humano facium fuisse arbitrio , sed mandato divino , mediante angelicā legatione , id nominis præscribente & simul ex cauila invenientias exponente : sic e-

nim legas apud Matthæum Euangelistam , cap. 1: 21. angelum Domini Iosepho in somno præcepisse , ut infanti nomen imponeret Jesu , additâ ratione , quia salvaret populum suum à peccatis suis . Peccatum introiisse in orbem , atque ad perniciem tendere humani generis , quod hinc damnas factum est , nemo negaverit : ex hoc pereundi periculo qui servet quenquam , salutem à peccatis adducat necesse est . Talis sospitatoris spes facta jam ab initio , impleta demum est juxta annunciationem euangelii in Mariæ filio , qui non solum Deo auctore hoc nomen recepit à conceptione & nativitate , verum etiam constanter hunc ortus sui finis finem professus est , Matth. 18: 11. Luc. 19: 11. uti quoque Apostolus eam rem exponit . 1 Tim. 1: 15.

In eo etiam eam pallionum suarum , ad mortem usque ferendarum , rationem fore exposuit , ut nempe reatum illum extingueret , atque illud peccatorum vinculum , reos ad æternam damnationem ligans , piaculo mortis suæ solveret : monuit enim sepius se animam ponere pro omnibus , Job. 10: 15. Ιε νεισθε δεναι την ψυχην αυτην ἀντι ποκλων , Matth. 20: 28. ut proin in ipso habentius την ἀπολυτρων δα ἄματος αυτην , Eph. 1: 7. quam Paulus vocat ἡγειαν λατων , Hebr 9: 12. Sane juxta præconium euangelicum οὐα εἴη ἐν ἥλω ησεν ἡ σωτηρία . Οὐατε γαρ οὐα είσιν ἔτεοι ωποι του η. καινου το δέδομενοι εν ἁγιοτοι , εν δια ουανησαι η οι . AH. 4: 12. Neque falsa fuit spes veterum , qua hanc salutem à Jechovâ expetabat ; quoniam is ipse filius hominis etiam fuit filius Dei , verus cum patre Deus ; ipse Emmanuel , Deus noster secundum : quod suis affatim comprobavit operibus , dum id ageret inter homines , atque contra suos accusatores non solum defendit , Job. 9: 17-47. sed etiam morte sua obsignavit Matth. 26: 63. 64. ex qua

resuscitatus cum fuit, certum est cum quoad causam ipsam etiam fuisse à Deo justificatum. Rom. 1: 4.

§. 2. In cādem *spes* descriptione, notatur V. Test. quādam imperfectio, quæ *sicut* veterū valdē acuebat, quāque effecit, ut illud testamentum non fuerit ~~ἀνεπιτητού~~: μεμφόμενος enim Propheta de injuriā prædominan- te, & vanitatis studio in populo obtinente indicavit ta- citē œconomia istius imperfectionem, dum improbos, in literā externē ambulantes, videbat ejusdem pignoris terrestris cum piis & justis cohæredes, quippe eandem in communi terram hæreditate possidentes, qui suis commaculationibus illud melioris hæreditatis pignus of- fuscabant, & Deum ad illius profanationem irritabant. Proin cum adductione salutis testamenti illius abolitionem, novique & melioris substitutionem sperabant. Cui exspectationi respondit etiam testamentum novum, me- lioribus promissionibus conspicuum, quod Christus non solum suo ratificavit sanguine, verum etiam cum anti- quatione prioris postmodum fuit introductum, quā de re pluribus agit Paulus. Hebr. 8: 6-13. respondentē etiam ipso rerum eventu, seu œconomia N. Test. ipso actu introductā.

§. 3. Addimus etiam in spē patrum de futura salute in- cludi, quod populi carnalis à spirituali fieret separatio, ca- que ut res cum salutis promissiæ adductione conjuncta re- spiciatur: fieret enim, ut omnes Deum cognoscerent, lexque fidei tantā cum evidentiā exiret ex Sione, quan- tam ad separationem carnalium quis flagitare possit: ita enim œconomiam carnalem excluderet, & propriæ ju- stitiae quæstionem in pertinacib⁹ manifistò damnaret. Hęc separatio visa est, quando Judæi carnales, quoad maximam partem euangeliū spreverunt, & pars electa ex ista communione vocata fuit ad novum populum, regni

regni cœlorum hæredem, constituendum. Huc facit verbum vocationis, quo Petrus usus est, *Act. 2: 40.* dicens, σιδητε ἀπὸ τῆς γενέσης τῆς σκολιᾶς ταῦτα. Sanè nihil in historiâ notius est, quam gentem Judaicam maximam partem remansisse in suâ infidelitate refractariam, utpote nimis occupatam suis de propriâ justitiâ, ex lege erigendâ, præjudiciis, atque affixam vanitatibus, ipsoque actu abrogatis legis ceremonialis ritibus, salutem non admittentes, quam in morte Christi fundatam prædicavit euangelium.

## PERICOPA SECUNDA.

*Responsum Dei ad præmissam illam querelam  
acceptum repræsentans.*

**R**espondet nunc ad antecedentem illam querelam, piorum nomine à Prophetâ prolatam, divinum oraculum: sed, quod probè notandum, sermone, ad opprimentes, & injustos illos judices directo, qui non aliter ac si coram tribunali divino in visione spectarentur, hic à Deo vindice corripiuntur. Repræsentat igitur præsens orationis scema Deum, ut querelâm suorum exaudientem, impios in populo tam nefariè agentes non sine comminatione arguentem, judiciumque suum instans, adversus illos injustos exsecundum, explicantem. Observare hic igitur licet.

**I.** In genere, denunciationem stupendi alicujus morum inimicis,

liminis, in opus terminandi, quod sub ejus annunciatione non crederent. vers. 5.

II. In specie, moliminis istius opera antecedanea, ei præmittenda, & ad illud viam struentia: judicium nempe per Chaldæos exsequendum contra Judæos immorigeros. Ubi describitur

1. Apparatus bellicus, adversus populum rebellem convertendus, cuius notetur

A. Instrumentum, Rex Chaldæorum cum suo exercitu. vers. 6. 7.

B. Invasio expedita in terram Judæorum facienda. vers. 8.

C. Fucatum Regis, expeditionem facientis, consilium. vers. 9.

2. Expeditionis ad supplicium populo inferendum successus & eventus. vers. 10.

3. Judicii istius ad justificationem viarum Dei usus & fructus. vcrs. 11.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 5. *Videte contemptores (vel, in gentibus) & adspicie, & miramini inter vos, & obstupescite; qui opus molior in diebus vestris, quod non creditis, cum enarrabitur.*

§. 1. Verba רָאוּ בְנֵי־ם ab aliis vertuntur *adspicie in gentibus*, ut legit Hieronymus. Cl. Coccejus, Elate gentes, qui addit verbum רַאֲוּ si cum בְּ continxatur, significare *speculare aliquid*, Cant. 3: 11. Mich. 7: 10. Verum Lxx legunt κατεπιντα *contemptores, spretores.*

res : quod Paulus sequitur *Aet.* 13: 41. Drusius alii-  
que conjiciunt Lxx in codice suo legisse בָּנְגִידִים ;  
quæ vox etiam vers. 13. eodem modo transfertur. Vi-  
tri docti volunt Paulum versionem Græcam , licet He-  
bræis non satis exactè respondentem , retinuisse ; quia  
causa non erat quare usitatæ versionis verbis abstineret,  
quoniam , quam culpam indicat vox Græca καταφρονη-  
ται in genere , ea in specie in textu Hebræo designaba-  
tur. In alia omnia tamen abiit Anglorum Doctissimus  
*D. Eduard Pokockus* in notis miscell. ad portam Mosis  
cap. 3. urgens , ad versionis Græcæ defensionem , lite-  
ram בָּנִים non esse servilem , sed radicalem , atque  
esse vocem pluralis numeri à singulari בָּנָיִת , nomen  
formæ בָּנָיָה , quod derivat à verbo בָּנָא , nunc qui-  
dem Hebræis inusitato , sed Arabibus adhuc in usu ,  
quibus thema illud significat superbè se gerere , ut vox  
inde derivata , denotet homines insolentes , superbos ,  
prætumidos , omnia extra & præter se ipsos spernentes. Hoc  
sensu Judæos , pharizaico spiritu tumidos , & Prophetar-  
um monita spernentes , vocaret ad attentionem Deus ,  
alloquium suum ad illos dirigens. Sin tamen quis le-  
gere malit *adspicie in gentibus* , vel *specitate gentes* ,  
verba sunt tanquam sarcasticè dicta exponenda , non ut  
officium præscribentia , sed ut vitium aliquod , seu sce-  
lestum factum exprobrantia. Quasi dicat Deus , vos  
respicistis ad gentium mores , tanquam vobis gratos &  
placidos , atque spectatis eorum instituta , ut ab us ea-  
dem discatis & sequamini : pergit modo in eo studio ,  
sed tenete cum stupore , fore id vobis in laqueum &  
decepulam. Fuerunt utique Judæi immorigeri , hujus  
criminis rei , quod gentium mores & instituta præ lege  
Dei elegerint , & secuti fuerint ; vide *Ezech.* 16: 28.  
29. 20: 32. 23: 5. 6. 14. 16. Alias videre & adspi-

cere, si officium contineant, quod à præsumidis illis contemptoribus exigitur, notant invitationem ad attentionem satis accuratam, & rem perlustrantem, ne si-  
nant hoc Dei judicium sine animadversione præterflue-  
re.

§. 2. Addit, & miramini inter vos, & obstupesti-  
te. Est autem admiratio animi in rei insuetæ & pro-  
fundæ consideratione mora, quâ eam in suo modo aut  
fine cognoscere laborat, & pro rei pondere æstimare.  
Quando addit *inter vos*, vocat eos ad colloquia super  
hoc judicium: vultque ut, ubi semet viasque suas vident  
à communibus legibus recedentes, cum judicabit Deus  
populum suum, de rei insolitâ specie inter se colloquia  
misceant. *Stuporem* adjungit admirationi, qui est cer-  
tus quidam admirationis excessus: atque tunc oritur,  
quotiescumque attentio se ob causas rei impervestigabiles  
expedire non potest: imò etiam quotiescumque res contra  
hominum opinionem aliter eveniunt, spe eorum elusa:  
quod cum cernunt, alter alterum cum stupore adspicit,  
& mirantur omnia evenire contra sua consilia ac ratiocinia.  
Hunc *stuporem* refer ad eorum *anxiastav*, quâ opus Dei  
non crederent.

§. 3. Causa ita attendendi & cum stupore admirandi e-  
rat, *quia opus molior*, inquit Deus, *in diebus vestris*.  
Hoc opus foret admirationis & stuporis objectum, qua-  
tenus non facile inteligerent, quis futurus esset hujus  
judicii terminus. *Opus Dei* jam tum in captivitate mo-  
litum est *resuscitatio ejus*, qui suo tempore prædicandus  
erat *salvator populi sui*, atque qua talis notificandus  
Cap. 3:2. in cuius fide justus esset, & victurus  
quilibet credens. *Hab. 2:4.* Verbum **לֵבֶד** nos ver-  
timus *moliri*, ut respiciat opus, cuius initium vide-  
rent, sed quod pluribus denique actionibus, se invicem  
conse-

consecutur veniret ad terminum, antequam dici posset consummatum. Hanc verbi potestatem colligas ex locis *Psal. 58: 3.* *Jes. 41: 4.* *Mich. 2: 1.* Hoc opus ut probè intelligatur, secundum partes suas distinguendum est, adeo ut animadvertis ejus initium alligari *istis diebus*, id est propediem adventurum, licet ejus finis in longe aliud tempus differatur, qui demum cum euangelio inter gentes conspiceretur. Initium hujus operis constituimus in sceptri à Judâ ablatione, simul cum reipublicæ, & templi subversione conjungenda. Quod opus sanè Judæis etiam videri debuit stupendum; præsertim iis, qui finem legis non tenebant: quippe quod speciem referret Dei, quasi populum suum abdicantis, fœdus cum eo rumpentis, & cultum illum Mosaicum abhinc spernentis. Revera tamen hoc judicium foret præparatio viarum Dei ad introductionem N. T. quia illa sceptri sublatio unà cum templi subversione notaret illa mobilia esse, intra certum temporis spatum auferenda, ut Schiloh in eorum locum veniat, & cultum spiritualem introducat: non enim pendere salutem ab illis legis ritibus, sed aliam habere ritus illos rationem, hic docebantur, nempe ut veram peccatorum expiationem, quam non poterant conferre ablati, solum præfigurent. Qui eventus foret contra eorum spem & opinionem.

Quod autem judicium captivitatis per Chaldaeos inferendæ, tanquam molimen Dei, seu initium viarum Dei, ad maius opus tendentium, hic respiciamus; id facimus (1) propter sensum uberiorem, quem verbi emphasis suppeditat, & rei subiecta materia comode recipit. (2) Præsertim quando animadverto nexum, qui querelam inter & responsum intercedere oportet: salutis desiderium exspectabat defæcationem populi; hujus solum initium faceret captivitas Babylonica, cuius

finis exponitur. *Jes* 1: 25. 26. Verum cum veteris oeconomiae conditio heterogeneam istam mixturam carnalium cum spiritualibus corrigerre de plano non posset, haud alienum à scopo erat, responsum formare, quo solidum remedium integrè exponatur cum suo ambitu: ac proin iudicium captivitatis Babylonicæ exhibetur solum tanquam consilii Medicinalis initium, à quo remedium malo opponendum propediem inciperet. (3) Movet me præser-tim ad illam latitudinem in sensu verborum admittendam, quia secundum hanc amplitudinem locus hic noster adducitur à Paulo, & Judæis sui temporis applicatur, *Act*. 13:41. Monet enim ibi Judæos ex vocatione gentium male æmulos verbis responsi nostri hoc modo: *Videte igitur, ne superveniat vobis, quod dictum est in Prophetis: videte spretores & miramini & evanescite; quia opus ego operor in diebus vestris, cui non credetis, si narretur vobis.* Proin spiritum Dei habentes interpretem & applicationis istius ducem, merito significationi verbi locum damus, quæ sola eam applicationem, tanquam ex scopo Dei factam, justificat.

§. 4. Prædictum autem de hoc suo opere, quod illi præ-tumidi id non crederent, cum enarraretur; addens, quod non credetis, cum enarrabitur. Verbum narrandi includit denunciationem operis, ut peracti & consummati, seu ad finem moliminis perduicti: denotat etiam idem, quod enumerare, atque ita spondet tempus, quo hoc opus cum omnibus partibus enumerandis materia præconii publici foret. Sic verbum ΤΟΝ pro enarratione & enumeratione rerum cum euangelio recensendarum venit, *Jes.* 52: 15. ad demonstrationem enim euangelii spectaret expositio consilii Dei in viis ejus, quas ad introductionem Novi Testamenti ejusque præparationem servaverat. Interim negat Judæos, præjudiciis

diciis impiorum istius temporis occupatos, huic annunciationi & demonstrationi fidem adhibituros ; atque adeò prædictit populi istius carnalis incredulitatem & perfidiam, tempore Christi & euangelii manifestandam, quæ causa foret, cur à communione populi spiritualis se separarent. Hanc Judæorum carnalium perfidiam & infidelitatem, quâ nec euangelium, nec regnum Christi admitterent, saepius notatam videoas in verbo propheticō. Conf. *Psal.* 118: 22. *Jes.* 5: 28. 28: 16. 53: 1. *Mich.* 6: 9. *Nah.* 1: 11. *De salute* per Christum adducendâ non rectè sentientes, & spiritualem redemptions ignorantes, nil nisi corporalem liberationem & prosperitatem sibi à Christo spondebant, & umbras pro corpore amplectebantur, quam omittere negarent: ac proin doctrinam justitiae imputatae & libertatis oppugnantes, ejus professores expellerent: unde pii à communione istorum, veritatem ejusque confessores opprimentium, liberarentur; quæ œconomia piis erat in votis.

Ast dubium videri possit, quo pacto improbi istius temporis dicantur euangeli non credituri, cum illi vitam ad istum terminum non prorogarent? Verum huic non credituri erant corum posteri, pravæ eorum sententiæ hæredes, in quibus quasi viverent postmodum parentes: atque ita cum posteris, ejusdem opinionis hominibus, concipiuntur tanquam unum collectivum, & ejusdem fatinæ, in quibus manifestaretur, quid, si ipsi viverent, ipsi facerent.

Vers. 6. *Quia ecce me suscitantem Chaldeos , gentem amaram & velocem , per vadentem latitudinem terra ad hereditandum habitacula non sua.*

§. 1. Accedit oraculum Dei ad opus illud initiale , quocum stupenda illa moliebatur , dum dicit , *Ecce me suscitantem Chaldeos.* Jam olim apud Mosem facta est *Chaldeorum* mentio , Gen. 11: 31. & apud Jobum , Job. 1: 17. *Chaldaeæ* caput erat *Babylon* , notante etiam *Plinio* libr. 5: c. 36. & l. 6: c. 36. Hi notantur ut futurum severitatis Dei in *Judeos* degeneres instrumentum , quod primus indicavit *Jesaias* , regi *Hiskiæ Chaldeos* designans , qui regnum subverterent (2. Reg. 20: 17. 18. *Jes.* 39: 6. 7.) vel saltem *Regem Babylonie*. Quæ *Moles* in genere dixerat , dicens ; adducet *Dominus* super te gentem de longinquo & de extremis terræ finibus. *Deut.* 28: 49. Deus hic in specie restringit ad *Chaldeos*. *Legiunus* *Jes.* 23: 13. *Ecce terra Chaldeorum.* *Hic* populus non fuit (id est , uti exponit vir Cl. Jac. *Perizonius*) non sui juris , nullius nominis aut existimationis , & proinde inter populos , qui bella cum aliis gererent , aut gerere possent , non numeratus : *Affur* fundavit eam , id est firmavit *deserticolis* , ut à vagationibus revocaret eos ad urbes incolendas. *Erexit* turres ejus , excitarunt arces ejus. Ita *Affur* tribuitur terræ *Chaldeorum* munitione , quod ab *Affuradmo* (qui in sacris est *Eser-Haddon*) & ejus successore videtur factum. Verum eo ipso Deus suscitabat *Chaldeos* , quos ita firmabat *Affuradmus* ,

*dimus Assyrius.* In textu hebraico est participium **מִקְרָב**, à verbo **הַקִּרְבָּה**, quod notat facere, ut aliquid dejectum antea, aut saltē in humili positum, tollatur in altum. *Psal. 113: 7.* Dein etiam *stabilire* significat, seu efficere, ut aliquid sit firmum & stabile. Proin Deus sibi vendicat opus Assyrii, spondetque successum, fore ut illa munitio terræ Chaldæorum eam gentem extollat & corroboret, eademque tandem assurget ad Monarchiam constituendam. Ita Deus ipse sibi instrumentum judiciorum suorum parat, gentiumque imperia gubernat.

§. 2. Ad terrorem facit, quod eosdem Chaldaeos vocet gentem amaram ac velocem. Quando gentem *amaram* appellat, Chaldaeorum depingit ingenium ut barbarum & truculentum, metaphorā à felle, rebusque amaris desumptā, quæ amarore suo linguae ingratum inferunt saporem, eamque ingratis aculeis vellicant. Ita hæc gens ut omnibus infesta, efferrata, implacabilis, quæ nullo affectu, nullaque benignitate moveatur, describitur, *amara* & *ingrata* inferens. Sic *amara* dicuntur omnia belli infaustæ gesti effecta. *Jer. 4: 18.*

*Velocem* etiam vocat suscipiendis nempe belli expeditionibus, quas subito promoverent, & in quibus moventis haud diu deliberarent: quippe homines corpore agili & expedito, ad labores composito, animoque in rebus gerendis præcipiti, temerario, & imperterritō metuendi. *Velocitas* illa facit ad haud prævisam oppressionem, omnem apparatum ad resistendum prævertemen.

§. 3. A studiis describitur *ambulans* super latitudinem *terre*: id est, per totam terram, quam lata est, discutrens: ita diserticolæ, assueti locum mutare, solent; quippe qui domibus non affixi, nullo tenentur amore

amore patriæ. Imò concipiuntur ut parati omnem orbem pervadere, & quaquaversum populos subjugare ad Monarchiam quandam erigendam.

§. 4. Finis horum studiorum exponitur, qui est *ad hæreditandum habitacula non sua*, seu aliena. Inter Scytas erant gentes, alienas regiones solum ad prædam reportandam invadentes, quæ spoliis contentæ statim terras deprædatas relinquiebant. Huic consuetudini opponitur *hæreditaria occupatio*, quæ occupatas regiones in subjectione retinet, & habitacula commutando colonias suas in terras alienas transfert, quorum vox est, *veteres migrate coloni*. Quando Deus dicit *habitacula non sua*, eleganter ostendit Monarchiarum genesin à Principum injustitiâ ferè esse derivandam, qui suis haud contenti, aut quæsito, aut nullo titulo aliena querunt: Deo tamen similes justo iudicio excitante, & ad peccata populi sui castiganda iis ceu virginis suis utente.

Vers. 7. *Terribilis & timenda illa erit: ab ipsâ iudicium ejus & prolatio ejus exibit.*

§. 1. Dicitur illa gens futura *terribilis*; 'quia ab ejus crudelitate seu truculentia nil exspectare licet, quam, quæ ad terrorem incutiendum faciunt: mala nempe ultima, & infandas strages atque vastationes: qualia longo catalogo recensentur apud Mosen. *Deut.* 28: 50-52. *Conf.* *Jes.* 6: 22. 23. Ut Cananæi explorantibus terrori fuerant; ita hæc gens terrorem incutiendo languidas ficeret omnium manus, ut non esset ad resistendum animus. Dicitur etiam gens *illa timenda*, propter fas igium majestatis & gloriae, ad quam supponiuntur extollenda, quæ non fatitur ob gentis superbiam, quin

qui exigat profundam debellatorum subjectionem & prostrationem, quod generosis animis durum telum est, & cum vilissimâ rigidâque servitute conjunctum. Ita Deum non metuentes judicem, nec debitâ veneratione colentes, ex lege talionis, cogerentur terribilis & superbissimæ gentis terrores & exactiones experiri.

§. 2. Adjungit & aliud malum, *judicium ejus & prolationis ejus exhibet*. De vocibus, & phrasis confer dicta vers. 1. & 4. Symmachus apud Theodoritum vertit ἀυτὸς ἐαυτὸν δοξάσει (lege δικάσει) καὶ δόγμα τὸ ἐαυτὸς ἐπέχελεύσεται ut prolationem exponat per dogma, decretum, aut legem positivam ex placito ejus profluentem. Hæc respiciunt potestatem utramque cum judicia-riam, tum legislatoriam: fore enim denunciat Deus, ut gentis istius judicio in foro standum sit cadendumve aliis gentibus: & ut ab eâ leges & statuta exeant, quibus obtemperandum sit. Quod sanè grave foret Ju-dicis, quorum caussæ ita negligenterunt: qui que forte legibus urgerentur ad falsorum numinum cultum: ita, qui legem Dei neglexerunt, & *judicium* corruerunt, judicandi potestate ad justorum oppressionem abusi, adi-gerentur ad leges ab iis recipiendas, & judices, qui re-ligioni Judaicæ parum essent faventes.

Vers. 8. *Et leves erunt præ pardis equi ejus, & acuti præ lupis vespertinis, & diffundentur equites ejus. Inò eq̄.ites ejus è longinquo venient, volabunt ut aquila festinans ad comedendum.*

§. 1. Fit comparatio equorum gentis istius cum par-dis quoad levitatem, quando dicitur, *& leves erunt præ*  
Kk

*præ pardis equi ejus.* In pardis notatur singularis quædam levitas, id est agilitas & velocitas: unde Persæ iis quoque in re venaticâ utuntur. Conf. *Jer.* 4: 13, & quæ Cl. Bochartus de pardis notavit. *Hieroz.* p. 1. F. 788. Hæc monentur, ne quisquam sibi salutem in fugâ positam speret; quippe quos hostes ante fugam circumvenirent, aut in fugâ facile assequerentur.

§. 2. Comparatio secunda confert five equos Chaldeorum, sive Chaldaeos ipsos cum lupis, his verbis, & acuti præ lupis vespertinis. Lxx transferunt ὄξοτεροι ὑπὲρ τῆς λύκου τῆς ἀραζίας. Obscurum, quid cause habuerint isti interpretes, cur quod in textu est זָנָב עֲדָב vertant lupos Arabiae tam hic loci, quam Zeph.

3: 3. Hieronymus exponit per lupos vesperæ & occidentis. In loco Zephaniae proponuntur ut rabiei & voracitatis symbolum. Quidam vult id concedendum istis interpretibus, tanquam locorum & regionum illarum gnaris, cum Arabiæ lupos dixerint, accerrimos eā in regione lupos esse credit, quamvis id in alio auctore non legerit, & Plintus dicat libr. 8. c. 22. *lupos inertes parvisque Africa & Ægyptus gignunt, asperos trucesque frigidior plaga.* Quicquid sit, textus originalis potius *lupos vespertinos* designat, qui sæviores esse dicuntur nocte vicinâ, toto die fame ad rabiem concitati: quippe qui potius vesperi demum ad rapiendum exeunt, lucem diei fugientes. Conf. *Psal.* 104: 20. De lupis vespertinis vide etiam *Jer.* 5: 6. ubi cum Chaldeorum militibus conferuntur. Describuntur hi lupi ab acrimoniâ, quæ licet ab aliis referatur ad oculorum aciem, quod non aliter ac feles & ululæ noctu videant, & quæ in tenebris occulta latent facile respiciant: nihilominis rei magis est consentaneum, ut ad indolis vehementiam & asperitatem reducas. Ast dubium est

quo-

quomodo id in Chaldæorum equos quadret? ut potius referatur ad equites, qui proxime sequuntur, quique notantur ipsis lupis vespertinis truculentiores; quoniam nulli ætati parcent. Conf. *Deut.* 28: 30.

§. 4. Exaggerationem à multitudine equitum multi agnoscunt in verbis, & diffundentur equites ejus. Id est, discurrent, in omnes partes se dispergent, & quaquaversum se diffundent, ut præ multitudine totam terram impleant. In textu hebræo est verbum עֲמָדָה, quod lexico-graphis notat *augescere*, *abundare*, & *multum esse*: atque *Nah.* 3: 18: in *niphah* notat *diffundi*, ut ex contextu patet *Cl. Lud de Dieu* tamen animadvertis verbum hoc notare corporis sanitatem & robur ex *Job.* 35: 15. *Jer.* 50: 11. *Mal.* 3: 20. atque ita equites Chaldæorum describerentur à robore corporis, quo difficultioris expeditionis laborem sine ulâ virium delassatione facile tolerare queant: atque tunc *vertas*: & erunt benè compositi equites ejus.

§. 5. Addit etiam; *equites ejus è longinquo venient*; qui *volabunt ut aquila festinans ad comedendum*. Babylonia in sacris dicitur *terra è longinquo* *Jer.* 5: 15. ut indè venientes ponantur è longinquo venire. Sed forte copula exponenda per *etiam*, ut equites aliundè conducti addantur prioribus, è terris à Chaldæa remotis adsciti; sic equites Togarmæ laudantur in sacris, & Scythæ apud profanos auctores. Homines haud molliter educari & ad dura preferenda nati: qui licet è longinquo venirent, non tamen expeditionem protraherent, quippe qui *volarent instar aquilæ festinantis ad comedendum*. In aquilæ volatu commendatur celeritas & impetus. Sunt autem aquilæ emblema militum alacrum in bello, & ad rapinam avidissimorum, quam summo cum impetu prosequuntur. Conf. *Deut.* 28:

49. 2 Sam. 1: 23. Jer. 48: 40. 49: 22. Imò ipsi Chaldae pluries hoc respectu cum aquilis conferuntur. Jer. 4: 31. Thren. 4: 19. Sunt autem aquilæ in volatu impetuosiores, quandò ad prædam festinant, ejusque prospectu vehementius irritantur: Conf. Job. 9: 26. Prov. 30: 19. Matth. 24: 28. Hinc fortè aquila olim adoptata fuit à pluribus gentibus inter signa militaria. Vide Lydii *Syntagma rei militaris sacrum* pag. 87. &c. Faciunt hæc ad judicii certitudinem, & quasi occupationem objectionis includunt; cogitabit enim quis longius à Judæa remotam esse Chaldaeorum gentem, quam ut molestam adeò expeditionem cum sucessu absolvere possit: cui opponit hominum durius educatorum robur, & impetum; quippe qui haud facile ex longis itineribus delassantur, ut aquilino impietu maximam terrarum distantiam intra pauciores dies facilius absolvant.

*Vers. 9. Totus ille ad violentam-vexationem veniet, quorum facies anhelat ad Eurum: cum congregaverit ut arenam captivitatem.*

§. 1. Exponit abhinc finem apparatus ad bellum; quando subjungit, *totus ille ad violentam-vexationem veniet*. Qui venturus est hic quasi in visione prophetica digito demonstratur, & ut belli Dux conspicitur, qui *totus* ponitur in eo occupatus, & hoc unicum omnibus viribus moliens. Nisi quis præferat relationem ad gentem, & vertat universa illa *veniet*, quasi nemine domi relieto, qui arma gerere potest. Notatur autem in *venientis* consilio animus iniquior, qui præter justam belli causam bellaturus, tantùm decrevit vim infer-

inferre, & quis armis prævaleat experiri. Hoc innuit vox קָמַס, de quâ vidimus ad vers. 2. Hoc injustum Monarchiarum omnium ferè fuit principium, ex merâ ambitione & insatiabili dominandi cupidine ortum, quod reges haud lacestisi, non ferentes sibi pares, atque amplitudinem regni sibi gloriam ducentes, quascunque nationes invadant, diripient, & potentia exutas sub jugum mittant. Saltem tale forè Regis Babyloniorum consilium; hunc animum; & hoc belligandi principium jam ante notaverat Jesaias, ut qui sine ulla justâ causâ Judæam invaderet; sibi licere putans, quod liberet. Vide Jef. 10: 5 6. 7. Ita Deus lege talionis iterum vim vi puniret. Conf. Ezech. 7: 10. 11. Impii inter Judæos, qui injustâ violentiâ vexaverant justos, abhinc vexarentur à gente, præter jus & fas eos invadente.

§. 2. Addit descriptionem corum, qui ita opprimentur: *quorum*, inquit, *facies anhelat ad Eurum*. Dissensus interpretum hic exigit, ut varias hic in antecessum discutiamus versiones. Vox מְגַמֵּה cum sit inter ἀπαξ λεγόμενα, & difficilioris originis, non eodem ab omnibus modo exponitur. Symmacho vertitur ἡ πρόσωψις *intuitus*, qui totam hanc enunciationem reddit ἡ πρόσωψις τῇ προσώπῳ ἀντῶν ἀνέμος καύσων. *Intuitus vultus eorum ventus urens*. Alii vertunt *insufflatio* (seu inspiratio) *vultus eorum ventus urens*, ut respondeat vento afflanti: quo significatur iræ & animorum ardor, obvia quæque vastans, cunctaque virentia exurens. Est, qui vertat *haustus* (seu absorptio) *faciei ipsorum orientem versus*, qui vocem מְגַמֵּה deducit à verbo מָגַן, cui notionem ebibendi, aborbendi, & deglutienti attribuendam vult, idque eruere conatur ex Job. 39: 24. ubi tamen verbum legitur cum נ in fine; & potius exercere notionem defodiendi, & scrobes faciendi vide-

tur. Kimchium sequentes vertunt *anhelitum* seu *desiderium*. Sensus postulat directionem facierum ad aliquam plagam, quod in praesenti causa sufficit. Laborant etiam versiones circa vocem קָרִימָה, dum alii literam נ volunt paragogicam, alii motum ad locum significare. Prior versio vult comparari vultus intuitum cum *euro*, seu vento *orientali*, qui ventus est exurens, fruges uredine percutiens, & homines ardore enecans. (Confer *Jon.* 4: 8.) Notant autem peregrinantes similes ventos aliquando flare intra *Mosul* & *Bagdad*, à quibus homines suffocantur. Hoc comparatio inferret invasionis Chaldaicæ noxam & damnum, cum terræ corruptione, hominumque extincione inevitabili junctum. Conf. *Ezech.* 17: 10. Qui veiant *Eurum versus*, proprietatem retinentes, minus congruè Chaldaicis applicant, & sensum volunt, fore, ut à prædâ retrospiciant Chaldaicæ denuò ad Chaldaicam, patriam, quo prædam ex Judæâ èd comportent: negatque *Drusus* se adduci posse ut illam interpretationem per omnia probet. Alii ergo potius, ut de Judæis impiis dictum volunt, quibus in sacris criminis vertitur, quod intuitum facierum & desiderium suum verterint *eurum versus*; ut inde auxilium accipient, scortantes cum regibus terræ. Ita Cl. Coccejus: qui vertit in vocativo, ô vos quorum facies ad Orientem anhelat. Vel repetendo חַמֵּס, violationem eorum, quorum facies anhelat ad Eterum.

§. 3. Sequitur, etiam congregabit ut arenam captivitatem. Nisi velis *vau* temporale conversivum hic locum habere, ut vertas, quando congregaverit ut arenam captivitatem. *Arena* in sacris emblema est innumeralis multitudinis. Concepitur Rex Babylonius eam expeditionem contra Judæos non suscepturus, nisi postquam multas gentes circumviciinas subegerit, atque in unam Monarchiam collegerit. Vers.

Vers. 10. *Et ipse reges vilipendet, & principes erunt illi ludibrio, & qualemque munimentum ridebit, cum collegeris pulverem & ceperit eam.*

§. 1. Sequitur expeditionis Chaldaicæ futuræ fructus & eventus in ordine ad reges, de quo dicitur, *& ipse reges vilipendet*, seu regibus illudet. Verbum **הַתְּקִלֵּן** quod hic (& 2 Reg. 2: 23. Ezech. 22: 5.) occurrit, notat ironicam celebrationem, quâ alicujus magnitudo, tanquam imaginaria, ridetur. Lxx ἐν βασιλεῦσι ἐντυφλοῖται. *Delicias faciet in regibus*, id est, oblectabit se iudicando reges, dum sc. in eo se glorioficiorem putabit, si reges contemnat & rideat. Vulgaris; & ipse de regibus triumphabit, qui aëtum vilipendi exponit ut in triumphis spectandum, in quibus reges ostentui ducuntur. Ita ante currum triumphalem reges ducebant victores. Rex Sesostris legitur quatuor reges coronatos currui junxisse, qui equorum loco villichum præstabant officium. Adonibæc reges capros Lxx truncatis pollicibus manuum & pedum eo usque demisit, ut cogarentur sub ejus mensâ ex dejectis micis cibum legere. Jud. 1: 7. Victi reges in pompâ triumphali ostentabantur ad eorum ignominiam in vinculis, arque interdum sarcasmis exponebantur. *Martialis* libr. iv.

*Consueveré jocos vestri quoque ferre triumphi,  
Materiam diabolis nec pudet esse ducent.*

Romulus de Vejentibus triumphans regem ipsorum traduxit

duxit in triumpho , irrisitque , exprobando ei stultitiam , quod nequaquam pro ætate , & veteris prudentiâ Ducas rem gessisset , ut *Plutarchus* narrat . Ad vilipendium & illusionem quoque spectat , quod victor hostium , imò & regum in bellis superatorum , colla ac cervices pedibus calcaret , vide *Jos.* 10: 24. Hæc eo spectant , ne putarent se foederibus cum regibus viciniis (Ægyptiorum , Syriorum & Arabum) initis , malum illud posse avertere , fortemque illis opponere manum : nam innuit etiam ex his fore , qui materiam 'triumphis præberent . Ita non veniret , ut incertam belli aleam subiret , sed ut miseris insultet , certas reportaturus victorias .

§. 2. Regibus adjungit *Principes* , qui dicuntur *ludibrio illi fore* , æquè ac priores , בְּנֵי־לִבְנָה vocantur , qui regibus sunt à nobili ministerio , consiliarii & præfeci militiae , imò etiam Sacerdotes & Judices primarii , auctoritate pollentes . Verum prædictit oraculum , fore illi risui & ludibrio , eo quod eluderet omnia eorum consilia & stratagemata , quibus se tueri aut hosti damnum inferre conarentur : ut neque penes illos esset liberatio : nihil enim juvaret contra Dei consilium . *Prov.* 21: 30.

§. 3. Hinc pergit ad *qualecumque munimentum* , alias occupatu difficile , & ad securitatem constructum propugnaculum , quo termini regnorum clauduntur , ut hostes arceantur : qualia munimenta varia habebant etiam Judæi in terrâ suâ , quibus confidebant impii , homines carnales . Verum & hic omnem artem *rideret* , atque nihili penderet ; eo quod ista facile & haud magno labore occuparet , artes bellicas arte eludendo . Frustra sunt munimenta , nisi Deus muniat urbem , *Psal.* 127: 1. Quo à defensione populi recedente , facillime diripe-

diriperentur etiam fortissima moenia. Sint igitur urbes, quam oppugnabit, ad cœlum usque sublimes, & munitiones tam loci naturâ, quam artis industriâ firmissimæ: ille suis viribus longè inferiores existimabit; & frustra erit carnalis fiducia, quæ ab his sine Deo, & contra ejus decretum, defensionem exspectat.

§. 4. Sequentia in textu originali verbis præteriti temporis affirmantur: undè *vau* copula hic exercet potestatem conjunctionis temporalis, quod plures locum habere indicant Philologi. *Colligere pulverem* phrasis est, quæ terræ notat aggestionem, undè munimenta oppugnabant veteres. Conf. 2 Sam. 20: 25. 2 Reg. 19: 32. Jes. 29: 3. 37: 3. Ezech. 4: 2. Dan. 11: 15. Ejus consequens est *capere* seu *occupare* eam. Præteritum ita subjunctive acceptum, notat hic tempus, quandò ita rideret quocunque munimentum: sc. à quo exemplo esset edoctus, ut fortissimam capere urbem valuerit. Fortè clanculum indigitat certam aliquam civitatem, à cuius occupatione libi talem armorum successum sponderet: quo in casu ego hic respici *Ninives* occupationem censerem, quæ fuit monarchiæ Assyriacæ munitissima metropolis, à cuius debellatione videbatur nihil superesse, quod non facile superare posset ejus vîctor.

Vers. 11. *Tunc ubi pervaserit Spiritus & transiverit, luet, cuius roris est pro Deo suo.*

§. 1. Accedit oraculum Dei in hoc versu ad conclusionem, quâ indicatur *usus illius expeditionis*: qui erit ad quorundam reorum *supplicem*, & coindicat Deus simul supplicii illius *tempus*. Qualitas temporis (ejus quoquè

comprehendens oportunitatem), est, ubi *pervaserit spiritus*. In textu est **רֹוח חַלְפָה**, quod alii vertunt, *tunc mutabitur spiritus*, atque accipiunt, tanquam dictum de *spiritu regis Chaldaeorum*, cuius *mutationem* expnunt per mutationem animi, quâ arrogantiâ & superbiâ elatus divinos sibi arriperet honores, postquam felicibus armis ad summum imperii fastigium se cœctum cerneret. Qui ita explicant textum, respicere Deum volunt ad Nebucadnezaris factum, quo elatus se Deum faceret, & in campo Babylonis Duræ imaginem auream erigeret, addito edicto, ut quilibet eam adoraret, & honorem negantes severè punirentur. Verum huic expositioni calculum nostrum non possumus adjicere; quia affixum relativum non est in textu, quod tamen in versibus antecedentibus singulari curâ adjiciebatur. Neque **חַלְפָה in**

*Kal* passivam induit significationem. Verbum cum constructum, significat venti perrumpentis impetum; *Job. 4: 15.* ut **רוּחַ** absolutè positus *ventum* notet, & sic procellam & turbinem. Ita plutes hostiles invasiones cum *vento irruente*, terras pervadente, & omnia obstracula perrumpente, comparatur: ut videre est *Hos. 13: 15.* *Jes. 27: 8.* præsertim hoc obstinete debet; quia vers. 9. *Euri*, seu venti orientalis facta erat mentio, unde levamen exspectabant carnos in populo. Verbum **חַלְפָה** significat propriè *pertransire*, *pervadere*, ac de ventis prædicatur *Jes. 21: 1.* & de navibus, secundo vento propulsis. *Job. 9: 26.* Idque eo magis, quandò jungitur cum verbo **עֲבָר**. *Job. 9: 11.* Notandum hic præteritum, significans signum temporis pœnam antecedens, adhibitum cum ellipsi particulæ temporalis. Ita assertur fore, ut Babylonius instar venti irresistibilis sit pervalus omnes terras interjacentes,

tes, qui erit apparatus bellici successus, sub quo emblemata etiam venit. *Jer. 4: 11-13.* *Ezech. 1: 4. 17: 10.* Imò ita venturum eum contra Judæos connotat, ut simul innuat hunc *ventum* tyrannos & impios in populo prostraturum, & ita omnes sibi fidentes tacturum, ut cernerentur instar graminis & floris, qui venti flatu exarescit & decidit. *Ies 40: 7.*

§. 2. Proximè conjungit, & transferit: quod satis frigidè trahunt ad regis Babylonici immutationem in figuram seu speciem bestiæ. *Transferre* dicitur de trajectu fluviorum. Chaldæi, ut Judæam adeant, & deserta loca evitant, Euphratem trajicere debebant: sicuti & *Jordanem*, ut intima Judææ viscera perrumpant.

§. 3. Consequens foret, quod *uereret*; in textu est **וְעַנִּי** cum *vau* conversivo præteriti in futurum. Quidam vertunt & corruet, respicientes radicem **וְעַנָּשׁ**, quod est *desolari*, *vastari*; atque horum alii referunt ad regem Babyloniacæ, de quo prædicti autumant, quod post conversionem illam in speciem bestiæ moreretur & itâ corrueret. Verum etiam hæc contorta sunt, cum illud verbum non adeo notet *mortem*, quam desolationem. Proin alii ad Judæos referunt, seu potius ad sequentem enunciationem: ut sensus sit, *desolabitur*, *cujus vis est pro Deo suo*. Verum potior est eorum sententia, qui verbum sumunt secundum literam: sic **וְעַנִּ** notat reum fieri *Lev. 4: 13. 22. 27. 5: 2. 3. 4. 5.* & *Iuere Gen. 42: 21.* Lxx ἔχεσθαι vertunt, quod verbum æque activè ac passivè significat; *Theodoritus*, passivo sensu accipiens & Deo applicans, qui afflictis Jūdæorum rebus ab ipso concipitur propitius affore, absurdus est. Qui putant Regem hic concipi ut Deo propitiandum, non minus errant. Verbum græcum activè sumendum, ut sensus sit piaculum solvet,

non propitiando , sed poenam ferendo. *Reus erit* , & piaculo solvendo obnoxius ; quod per illum exactorem luet reus : proin tuendi sensus hic præferendus est. Innuitur autem malum poenæ , post invasionem terræ Judæ luendum : ita ut Chaldaeus invadens foret instrumentum divinæ severitatis , ad sententiam supremi judicis exsequendam , quæ postulabat totam politiæ subversiōnem & terræ delolationem.

§. 4. Verum , ne quis dubitaret , quis illas poenas daturus esset , quemcunque puniendorum describit à reatu commissio : ille enim luet , cuius vis est pro Deo suo. Vertunt alii , hæc est fortitudo ejus , Dei sui , atque exponunt ut εἰρωνεῶς dictum. Hæc scilicet est fortitudo ejus , quam dedit ei Bel , Deus suus ; putantes Regem Chaldeorum ita rideri : aut si præter ironiam velis , ita adornant : mutabitur spiritus ejus & cogitatio , alioque spiritu eum pervadente , & per illum transiente , eumque concitante , eo usq[ue] deveniet , ut percet atque delinquat , neque Deo vero det gloriam , sed Belo Deo suo potentiam ac fortitudinem suam acceptam ferat. Ast longè simplicius Cl. Coccejus , qui particulam ॥ accipit relativè , quod frequens est in sacrâ . Vide Exod. 5: 13. 16. Psal. 9: 16. 10: 9. 17: 9. 32: 8. Jes. 42: 24. Proin verte , cuius vis sua est pro Deo suo : atque ita refertur ad illum , qui lueret : partim ut subiectum innotesceret , quod puniatur : partim ut judicium illud Dei justificaretur à reatu commissio , tantam poenam promerente. Reatus itaque , eo modo puniendus , ad unicum revocatur caput , crimen exaggerans ab alienatione gloriæ Dei , quam illi ad se rapuerant , & ad suas vires transtulerant. Sic Deus judex interpretativè loquitur , scapham scapham appellans , licet verba crimen aggravantia non agnosce-

gnoscerent rei , ut intelligent quo oculo Deus illos respiciat , & cur tanto se his opponat Zelo.

Ast utile erit paulo distinctius horum crimen expendere. Depingitur hic reus , ut nimiam habens opinionem de vi suâ. Vox כח notat quascunque *vires animi & corporis* , quibus quis valet aliquid facere , aut aliquam difficultatem superare proprio marte : sine alterius auxilio. Notat aliquando fortitudinem in bello , *Psal. 33: 16.* aliquandò *vires* in opere Dei , *Jes. 40: 30. 31.* nonnunquam *opes* , in quantum aliquid magni præstare possunt. *1 Chron. 29: 14.* De Deo significat omnem potentiam & potestatem ejus , *Num. 14: 17.* Proin quicquid homo per se ipsum efficere valet , est potestas virium suarum. Belgæ alibi vertunt *vermogen* / *Gen. 4: 12.* ubi de terrâ dicitur , quod non pergeret dare *vires suas*. Nimia præsumptio hominis de viribus suis est , quæ hic notatur , quando eas habet loco Dei sui ( לאלחו ) Sic præpositio ל sep numero notat vicem & valorem , uti *Gen. 17: 7.* *Esse in Deum* , nil aliud notat , quam omne id præstare , quod à Deo quis exspectare possit : & *Gen. 17: 11.* erit in signum , id est præstabat usum signi , atque ejus vicem aget. *Gen. 11: 3.* later in lapidem , & bitumen in lutum , id est vice lapidis & luti. Sensus enunciati ergo est , cui vis sua est loco Dei sui , tunc luet. Crimen est sibi adscribere , tanquam suarum virium effectum , & suis meritis imperatum ; quod Deo debebatur , & in quo Dei donum & efficaciam ad laudem gloriæ divinæ agnoscere cum decebat : quod sanè crimen est alienatæ gloriæ Dei , & ad se translatae , atque ita detestandum in homine sacrilegium ; quæ enim Dei sunt , ea non sine sacrilegio homini vindicantur ; quiique suis viribus attribuit , quæ sunt Dei opus , se admiratur , debitasque Deo

gratias non reddit, imò suas vires loco Dei adorat. Sanè aliquid ponere fiduciæ suæ fundamentum extra Deum interpretativè in sacris dicitur id pro Deo habere.

*Job. 31: 24 Col. 3: 5.* In hunc modum peccat, qui in bello suis confidit viribus, contra comminationes diuinæ sibi omnia prospera spondendo; quod fiduciæ carnalis crimen à prophetis etiam fuit in Judæorum gente correptum; lege *Amos. 6: 12. 13.* coll. cum vers.

1. 2. 3. Confidebant alii opibus suis, quarum opera sibi sacerdotes conducere, & sacrificia comparare ad expiationem peccatorum suorum putabant, contra quos canit Psaltes, *Psal. 49: 7-9.* Neque hisce omnis hujus phrasis potestas exhausta est; includitur enim & aliud peccatum, quod quam maximè vigebat inter Judæos, sc. quod, qui se justis opponebant, *salutem suam* putabant in manu arbitrii sui, & *justitiam suam* in factis suis positam, quod apud Deum salvantem & sanantem querendum erat, in propriis viribus constituentes. Sic viribus suis innitentes, & ab operibus (ex viribus naturalibus arbitrii sui profluentibus) *justitiam & vitam*, tanquam mercedem ex debito sibi spondentes, *vires suas* Deo substituerunt; Dei enim est peccatorem (intercedente dono gratiæ vires largientis, & justitiæ reatum solventis) *sanctificare & justificare*: quam gloriam Deo detrahebant, qui in lege *justitiam* ponebant, nil ad *justitiam* requirentes præter externam legis moralis obedientiam & cæremoniarum in casu lapsus observantiam: neque putantes hominem ad rectum legis studium indigere gratiâ regenerationis. Hoc crimen vers. 3. dicebatur *vanitas & labor molestus*. Moses notaverat jam ante *Deut. 29: 19.* eam opinionem in populo fuisse, & esse radicem fructificantem veneno & absinthio, unde fieret ut adjurationem audientes sibi benedicerent,

& sibi

& sibi pacem sponderent, etiam si in duritate cordis sui ambularent, cogitantes cogitationes suas, & sequentes sua consilia. Confer etiam accusationem Judæorum. *Jef. 66: 5.* Antiqua fuit hæc lis Deum inter & populum suum carnalem, de viribus suis naturalibus nimia præsumentem, cuius disceptatio repræsentatur, *Ief. 5: 1-4.*

Quandò autem textus dicit eo, *Iuet*, notat impios ob id crimen haud impunè dimittendos: cuius rei ratio est, quod Deus, gloriæ suæ propter Zelum suum æmulus, illud sacrilegium non possit non punire, & sic gloriam suam ab illâ injuriâ vindicare. Quod cum ex decentiâ Dei (pro nominis sui gloriâ vigilantis) profluat, certò quoque exspectandum erat illud supplicium, reis in eâ re pertinacibus ob eam caussam infligendum; & quidem illo tempore, cum Chaldaeus venti instar perrupisset, atque ad eos transiisset. Tempus itaque huic judicio destinatum sic connectitur non cum primâ Judæorum subactione, sed cum aliquâ provocacione populi posteriori, quæ cam sequeretur. Quandò igitur videbant se Chaldaëis subjectos, atque eorum manu conclusos, tunc illos agnoscere oportebat, judicium illud metuendum stare præ foribus, haud diu post infligendum.

V A L O R  
 ORACULI  
 PRÆSENTIS,  
*Ut querelæ*  
 PROPOSITÆ  
*Solidè respondentis,*  
 DEMONSTRATUS.

§. I. **R**out in istâ querelâ continebatur accusatio quorundam, in populo prævalentium: ita accusationi respondet in hoc oraculo sententia Dei, contra accusatos prolata: quam quasi ex celo à tribunali Dei secum allatam cum justis in populo Dei communicat atque contra impios & violentos justorum oppressores promulgat propheta, quâ accusatio illa justificatur. Enarraverat Vates, caussidicum agens, veluti in libello supplici caussam justorum, & quæ pro caussâ illâ passi fuerant ab impiis, qui arguebantur vanitatis & laboris. Judex confirmat illud, & tanquam reatum condemnat, exponens illud esse vim suam habere pro Deo suo, & gloriam suam alienare à se, atque sacrilegè rapere: dum veram salutem & justitiam ignorantibus ex lege & cæremoniis querunt justificari; atque tyran-

tyrannidem exercentes se suā potentia satis securos existimant.

§. 2. Dein verò animo angebantur ab inde, quod Dei tolerantia hostibus frēnum laxaret, & ipsi nescirent *quos usque?* Huic occurrit sententia divina, indicans, haud diu ferendos illos pessimi ingehii homines, definita fori divini sententiā jam ad digna criminibus supplicia damnatos; Deumque in eo esse ut præparet istius supplicii instrumenta Chaldæos, & statuisse ex lege talionis poenas, ad eundem modum illis irrogandas, quo illi justos præter causam vexaverant. Ex hoc eventu suspendit quoque Deus publicam caussæ ventilatæ decisionem: adventientibus enim illis malis, convenienter huic sententiæ, ante diem executionis promulgatae, nemo amplius dubitare posset, quin, Chaldæis eos in vadentibus, ab iis sumebatur supplicium à Deo statutum, & quidem juxta dictamen sententiæ ob crimen sacrilegii illis definitum: dicitur enim, quemcunque tunc luiturum, qui vim suam habebat pro Deo suo. Proin hactenus exaudiebantur justi quiritantes, & quo ad causam in lite justificabantur: opprimentes verò damnabantur: idque publicè constaret, à quo judicium executionis vulgo cerneretur, & cum sententiâ collatione factâ comparatur. Deus etiam suam tarditatem in supplicio sumendo exercitam vel ex hoc solo justificat, quod eam tarditatem gravitatem compensaret.

§. 3. Videas etiam in libello isto supplici involutum postulatum de liberando suo populo ab impiorum istorum molestia mixturâ & à potestate corum prævalente. Cui annuit oraculum, definiendo istius expurgationis modum, nempe, istorum supplicium, quo illos per Chaldæos è medio tolleret, atque horum exemplo alios impostorum coerceret; quippe qui abhinc veritatis

sue confessores demonstratione justificationis causæ sue, & damnatione causæ opprimentium, singulari modo in fide confirmaret, & alios redderet cautores, utpote hoc judicii divini exemplo eductos prudentius agere.

§. 4. Addatur etiam postulatum de adducendâ salute: cui respondet in sententiâ illâ divinâ Deus, se illud opus desideratum moliri, atque hoc judicij opus se habiturum ad opus illud desideratum, ut ejus præparatorium: ac proinde hoc respici debere, ut spei salutis per Christum impetrandæ singulare firmamentum: fieri enim nequit, ut quod opus Deus incipit, non perficiat. Cumque hoc judicium per Chaldaeos inferendum coloco collocaverit, ut se habeat ad sequens bonum, tanquam viæ initium, & primum aditum; poterant sibi conspecto primo ceu moliminis initio inde polliceri, quicquid cum priori necit sententia Dei. Licet itaque hoc judicium quoad externam faciem malum aliquod triste inferret politiæ judaicæ, quod videri possit potius ad decollationem spei faciens: nihilominus ex hac divinâ declaracione, nexus inter illa duo faciens, potius concludendum erat, hoc malum continere prodromum & apparatum ad melioris testamenti & economiæ divinæ introductionem, ad quam gradum struit. Si quis verò roget, quomodo captivitas Babylonica gradum struat ad Christi adventum cum adductione justitiae & salutis, cumque introductione melioris economiæ? Respondeo, hoc per eam effectum fuisse 1. Throni Davidis subversione; quâ testatum dedit Deus, se sceptrum à Judâ auferre, ut Schiloh veniat, eo quod reges ex domo Davidis hac potestate nimium abuterentur: quod signum temporis juxta anteriores prophetias missioni filii præmitti debuit. 2. Combustione templi,

ejus-

ejusque desolatione , per annos Lxx duraturā: quo opere publicē ostendit nec eum cultum per se hominem Deo conciliare , sine quo multi in exilio tamen Deo placerent. Nec gratum fuisse sibi eum cultum sine fide in Christum , salvatorem venturum: cum ejus instrumenta hostibus conculcanda & profananda objeceret. Hinc aliquis datus fidelibus , in captivitate degentibus, prægustus temporis , quo sine cæremoniis templo alligatis Deum colerent homines , illique ex merā fide , sine sacrificiis legis , placerent. 3. Abductione populi inter gentes (quæ abhinc non amplius ignorarent legem & Ispem populi) præparavit Deus vocationem gentium; ut potuerint postea legem & prophetas conferre cum annunciatione euangeli. 4. Ablatione inhabitacionis divinæ majestatis à templo , & oraculorum per urim & Thummim à populo , præfagiebat Deus instare alium revelationis modum , quo vellet post castigationum consummationem populum suum beare , eum compellaturus per filium suum : nec non damna illa compensare majoribus N. T. bonis, cuius œconomia sine istis querelis , quas effuderant sancti sub priori testamento , longè foret suavior , & quad methodum doctrina efficacior.

A U C T O R I T A S  
**O R A C U L I**  
*Per prædictorum*  
 I M P L E M E N T U M  
 D E M O N S T R A T A.

§. I. **S**unt Ententia hæc præseus , ante rei even-  
 tum in populo promulgata , & cum re-  
 bus , postmodum gestis , collata , cum  
 quoad supplicium impiorum in populo ju-  
 daico , tum quoad afflictionum instrumentum , exactum  
 in historiâ invenit implementum.

**N**. Initia evectionis Chaldeorum (quam gentem se  
 suscitare ad improborum supplicium dicit Deus) inve-  
 nimus sub Nebucadnezare primo , secundi parente , qui  
 in Canone Ptolomæi *Nabo pol-assar* audit , xxii anno-  
 rum rex ; hic anno Æ. Nabon. 123. Per. Jul. 4089 rex  
 creatus , anno Æ. Nabon. 144. Per. Jul. 4110 morte  
 decessit. Hic Scythis Asiam infestantibus , viribusque  
 Assyriorum partim per Medos fractis , partim per Scythes  
 oppressis , regnum suscepit , illudquæ adversus Scytharum  
 incursionses factum teatum conservavit , nulli serviens:  
 à quo tempore gens Chaldeorum , antehac obscura ,  
 inclaruit , lacertasque suas movere incepit. Clarius  
 autem evalit , quando , sub istius regis finem , non so-  
 lum

lum Ægyptium à regni finibus arcuit; qui Monarchiam meditans, in Euphratis ripâ castrametando, *Cercusium*, finium Chaldaicarum munimentum, oppugnare, & Chaldrām tentare auspicatus fuit. Quo cæso & fugato Rex Nebucadnezari filio suo exercitum commisit, quocum Syriam trajecto Euphrate invaderet, & fortunam urgeret. Fuit hic Euphratis transitus primaque contra Ægyptios in Occidentem Nebucadnezaris expeditio tantorum successuum, ut intra triennium Syriam occupaverit, atque in ipso Ægypti aditu *Pelusium* urbem ceperit. Hisce victoriis gloriosior belli Dux per *Judeam* rediit anno *Zojakini* quarto, & hunc Judæorum regem pacem redimere cum servitute, atque annuâ tributorum pensione, coëgit. Hoc anno Judæi gentem Chaldaeorum (nuper contemptam, & nullius ferè nominis) experti sunt armipotentem; & postquam transit, latitudinem terræ pervadentem, atque habitacula non sua occupantem, ut indè ex tributis vires auget, atque varias gentes sub servitute retineat. Hoc tempore etiam *Daniel* cum sociis & parte vasorum templi Babylonem abductus est, ut essent quasi obsides, & in palatio regis aulici, *Dan. 1: 1-6.* à quo termino anni lxx captivitatis populi quoque numerandi sunt.

**D.** Interim mortuo magni DUCIS parente, ipse haeres imperii revocatus in patriam, pro ingenitâ menti magnanimitate res suas componit ad monarchiam quærendam. Ipse circumvicinas oras liberat à Scythis, quos Medi porrò circumveniunt & opprimunt: Hinc Cyaxares, tertius Medorum rex, adjutus à Nebucadnezare, Niniven oppugnat, superat, & ita subvertit, ut nunquam postea resurrexerit: quâ partâ victoriâ Medus cum Babylono (ut videtur) terram divisit:

quod factum est anno Nebucadnezaris sexto , AE.  
Nab. 149. Per. Jul. 4115. Ita occupavit Niniven,  
atque simul exercitum magnum , validum , & bellige-  
randi arte instructum , sibi comparavit : qui pro rei ve-  
ritate describitur , ut gens velox , vers. 6. cuius equi  
pardis erant leviores , acuti præ lupis vespertinis , cu-  
jus equites erant magno numero , se diffusuri , & vo-  
larent ut aquila festinans qd comedendum. vers. 8. ho-  
mines jam compositi ad bellum. Jam amara erat gens  
vers. 6. & terribilis vers. 7. & ipse rex ita exercitatum  
jam possidens exercitum , incessit ab ejus fronte veren-  
dam præ se ferens majestatem . vers. 7.

I. Tam conspicuo instructus exercitu venit iterum ,  
imo tertio & quarto , atque vim intulit Judeis. Se-  
cunda expeditio eos tangebat , quorum anhelatio facie-  
rum spectaverat euron versus , qui speraverant Assyri-  
orum in monarchiâ restitutionem , ac proinde deficientes  
tributi pensionem negabant , suisque viribus inniteban-  
tur; quod fecerat Jojakim anno Nebucadnezaris quar-  
to , ipso Babylonio jam contra Allyrios magna moliente.  
*Velocitatis* argumentum erat , quod vix superatis  
Assyriis (anno regni sexto) moverit contra Syrios & Ju-  
deos , quos suo terrore omnes iterum sibi cedere co-  
egit. Fulminis aut venti instar pervadens , civitatem  
sanctam inexpectato adoritur , atque statim astu ingre-  
ditur ; ubi regem cepit , & ligatum atque Babylonem  
abductum carcere usque ad mortem detinuit. Res il-  
lic compositurus , Jechoniam loco Jojakini regem creat  
tributarium , cui cum non fideret , regnum post tres men-  
ses iterum abstulit , atque data Zedekia dignitate regiâ ,  
eum cum aliis captivis multisque spoliis in captivitatem &  
triumphum abduxit. Octo annorum servus , Babylo-  
nio tributum solvens , fuerat Zedekia , quandò perfidus  
paustum

pactum violat, & novè cum *Egyptio* de auxiliis pacificatur. Quo audito tertiam suscepit *Nebucadnezar* expeditionem anno *Zedekiae* nono, atque mensis x die x urbem sanctam obsedit, postquam terrā vastatā arces arque munimenta occupaverat, quod fere nemine resistente factum. Coactus quidem fuit, dum *Egyptius* ad auxilium veniebat, obsidionem ad tempus solvere: sed *Egyptio* pīlio superato, atque in totum ex *Syriā* excluto, ad omnissimam obsidionem rediit, eamque per 18 menses continuavit, intra quod tempus exstructis octo aggeribus, erectisque turribus, urbem summis viribus oppugnavit: interim huit quam maxime, quicunque vires suas haberat loco Dei sui: quoniam pars fame, pars lue pestiferā, pars oppugnantium armis extincta est: donec ad incitas redacti cives non amplius essent resistendo, sed telorum imbre oppressi succubuerunt. Sic capta est urbs anno *Zedekiae* xi. *Nebucadnezaris* xix (qui est *Æ. Nabon.* clxi i. Per. Jul. 4128) mense v die ix: atque regis jussu mense v die x (postquam templi & regiae ornamenti fuerant ablata, & spolia ampla direpta) igne cum templo & regiā combusta fuit, funditusque subversa.

Rex Judæorum quidem ad primam Chaldaeorum perruptionem, afflūptis uxoribus, liberis, ducibus & amicis fugam arripuit; sed per angustas quasdam fauces egressum insequuntur Chaldae, quem haud procul ab Hicrichunte capiunt, & *Reblam* adducunt. Hic loci Monarchæ sīstitur, ab eo corripitur, & post miserum spectaculum, quo vidit filios & amicos cruentā nīce pereuentes, oculis orbatur, in triumphum abducendus, carcerique ad mortem usque includendus. Plectuntur etiam paulò post lx principes, tanquam rebellionis autores: nec non 832 captivi, ad triumphum servati, in Baby-

Babyloniam transferuntur. Jam tota terra erat subversa , profanata , & evacuata , nisi quod pauperes qui-dam ibi relicti fuerint , qui vincas & agros colerent , dato illis in præfectum Godoljā.

Abhinc *Ismael* aliquis , ex regio stemmate ortus , ad Ammonitarum Regem profugus , ejusdem instinctu præfectum occidit , unde reliquæ istæ gravem cœdis istius vindictam verentes , in Ægyptum fugiunt ; quæ quartæ expeditionis causa fuit ; audito enim illo scelere Nebucadnezar collectis magnis copiis Cœlesyriam invasit , *Moabitas* & *Ammonitas* domuit , totam Ægyptum , rege ejusdem occiso , occupavit , & Judæos profugos interfecit , servatis 745 corundem ad triumphum : atque sic tandem terra Judæorum plane fuit de-serta , & sub maledictionis judicio relicta.

¶ Ita Chaldæus reges vilipendit ; quippe qui tres Judæorum reges duxit in triumphum , ac in vinculis te-nuit , quorum ultimum excæcavit etiam. *Principes* & regum filios ludibrio habuit , quippe qui prius regis filios & amicos , postea etiam LX principes , unâ cum Pontifice , aliasque principibus Sacerdotum & sacri ordinis *Riblæ* in terra *Hamath* percuti , & cruentâ morte auferri jussit. Risit etiam qualemunque munimentum , non passus se alicujus munimenti fortitudine ab invasione absterrei ; postquam *Ninivæ* occupaverat : si-cut etiam omissa in Syriâ , Judæâ , & Ægypto su-pe-ravit.

¶ Durum etiam populo fuit experiri amaræ gentis crudelitatem , quæ , nulli ætati aut sexui parcens , horren-das edidit strages : quod speciatim notatur , 2 Chron. 30: 17. Thren. 2: 20. 21. Quantus Judæorum nu-merus perierit ? ex numero superstitum , qui in capti-vitatem abduoti sunt , ad oculum constat : quorum calcu-

calculus, ex trinâ abduktione in unam summam collectus, dicitur solum fuisse 4600 hominum (*Ier. 52:30.*) reliquis omnibus sublatis. Quando Moses calculus iniit eorum, quos ex Ægypto eduxit, nummerus virorum, etatem 20 annorum excedentium, compertus est 603550: & solius tribus Iudeæ 74600. ut decima sexta pars horum, aut cxxx pars priorum, adæquaret numerum superstitum, imò excederet.

¶. Durum etiam fuit à gente istâ idololatrâ *leges accipere*, à quâ *judicium & prolatio exivit*: quæ res captivis magnas peperit angustias: hinc tentatio ad *cibi impuri comedionem*, *Dan. 1: 8-17.* & ad *idololatriam*, cum severiori suppliciorum comminatione, si quis imaginem novè conleccratam non adoraret: undè socii Danielis in fornacem ardenteum sunt conjecti, licet à Deo miraculose fuerint conservati, *Dan. 3: 4-23.* Imò & procul dubio ad multa alia, lege Dei prohibita, impellebantur.

¶. Habuit itaque hoc judicium rationem formalem expurgationis populi, quâ longè maxima pars, eaque apostatica à fide perit; optima verò, sed minimo numero, in captivitate fuit explorata, & expurgata, quæ numerosæ gentis maximè diminutas continebat reliquias: ex quibus tamen postmodum populum suum resulcitare voluit Deus, sub quibus *justi illi conservandi fuerunt comprehensi*, quorum progeniem reduceret divina clemens, & restitueret in integrum.

Hæc, cum ita ad amissim. fuerint adimpta, confirmant judicium illud revera ex sententiâ Dei profluxisse, cum in modum jam ante promulgatâ, cum nihil horum esset in causis secundis, neque ulla erat horum successuum apparentia; prædicta enim fuerunt illa omnia, ut per Chaldæos inferenda, cum gens Chaldæorum adhuc nullius esset nominis, & Assyriis serviret:

à quo etiam , cum aliquid ad libertatem recuperandam molirentur , videbantur ab Ægyptio subjugandi , Pharaone monarchiam querente. Proin prædictio rei ita ab omni apparentiâ remotæ , & tamen tam accurato omnium partium eventu confirmata , non potest non censeri ex Deo , mundi gubernatore , profluxisse : atque cum viro Dei communicata , characteres divinitatis indubios continere.

§. 2. Neque hic subsistit prophetia , verum rigidissimum illud Judæorum judicium proponit solum ut viarum Dei initium , & signum temporis , gratiosum Dei opus præcurrentis ; quippe tantum in majoris Dei operis molimentum exhibitum , atque ut desiderata expurgationis cum adductione salutis introducenda præambulum hic descriptum.

¶. Quod si illud judicium fuerit operis Dei , ulti-  
rius promovendi , molimentum , non abruptum ; sequitur  
non spectandum esse , ut terræ , populique plenariam  
abdicationem inferens; prout etiam eventus docuit: conser-  
vavit enim Deus in terrâ alienâ reliquias , quas admodum  
multiplicavit ; & translatâ ad *Cyrum* , Perlarum regenti ,  
monarchiâ , in terram sanctam quoad maximam partem  
reduxit , quando *Cyrus* singulari edicto omnibus redeundi  
facultatem concessit: à quo reditu etiam templum se-  
cundum struxerunt , Deumque rursus juxta legem Mosai-  
cam coluerunt Judæi , ab omni idololatriâ directâ cultuque  
in celsis ferè abhorrentes , quippe hujus judicii , ejusque cau-  
se meinores . Quæ facta sunt , ut *Messias* inter eos iis in lo-  
cis nasceretur , educaretur , & docens conspicretur , quo-  
rum in prophetiis cum in finem facta erat mentio.

¶. Postea quoque venit *Salutis* , dudum speratae ,  
auctor : atque attulit populo suo electo optatissimum  
illud gratiæ divinæ beneficium ; undè & *Iesus* audivit ,  
nomine

nomine cœlitus ex indicatione angeli accepto : de quo nonidum nato cecinit Zacharias *Luc. 1: 68.* ἐν λογητὸς κύριος ὁ θεὸς τῇ Γραψῃ, ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ ἀυτῷ, καὶ ἔγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῶν, ἐν τῷ δικῷ Δαβὶδ τῇ παιδὶς ἀυτῷ. Vix natum celebravit angelus nomine τῇ Σωτήριος, *Luc. 2: 11.* ἐτέχθη ὑμιν σημεροῦ ΣΩΤΗΡ, ὃς ἐστὶ Χριστὸς Κύριος & Simeon nomine σωτηρίας θεός, *Luc. 2: 30.* εἰδὼν οἱ ὄφθαλμοι μᾶς τὸ ΣΩΤΗΡΙΟΝ συ. Verum cum hoc opus hic sub duplici veniat schemate, hinc ut opus consummatum, ad quod Dei molimina tendebant tanquam ad viarum suarum finem & colophonem; illinc ut opus mirandum atque stupendum propter ea, quae huic cohærerent; manifestum erit ad plenitudinem temporis attendanti, in ipso rerum evenitu eam *salutis* adductionem eo modo quoque se conspiendam præbuiſſe. (1.) Videas in eā *opus consummatum*; secundum hanc enim *Christus est finis legis ad iustitiam cuilibet credenti*, *Rom. 10: 4.* Christus ipse in oratione suâ sacerdotali profitetur de se moribundo, *Joh. 17: 4.* τὸ ἐργὸν ἐτελεῖσθαι, ὁ δεδωκός μοι, ἵνα ποιήσω: & in cruce animam reddens dixit, *τετέλεσαι*, *Joh. 19: 30.* Ast quodnam est illud opus? nisi hoc unicum, ad quod in mundum venerat; nempe, ut *populū sicut salvaret à peccato*: unde dicitur, σώζειν εἰς τὸ παντελές δυναται τὰς προσερχομένις διὰ ἀυτὴν τῷ Θεῷ, *Hebr. 7: 25.* utpote qui μᾶς προσφορῇ τετελειώσεν εἰς τὸ διπέκτε τοῦ ἀγιαζομένις, *Hebr. 10: 14.* (2.) Videas quoque in hoc opere quædam admiranda, ad quæ homines, antiquo fermento carnalium inflati, obstupescerent; ad hujus salutis enim *opus* seu impetrationem, requirebatur Christi mors, & quidem mors crucis, ut juris secretæ acquisitio: nec non ejusdem ex mortuis resurrectio, & in cœlum exaltatio, ut salutis acquisitæ ficeret applicatio-

cationem, undē ad hoc opus Dei refertur vita Christi ex mortuis, *Hab.* 3: 2. ubi hoc dictum exponitur. Quod sanè *Græci* stultitia, & *Judæis* scandalum fuisse affirmatur, *1 Cor.* 1: 23. Hoc enim *Judæis*, nil nisi carnalia de regno Christi fingentibus, & per obliterantiam legis justificationem ex placito sibi spondentibus, præter opinionem & contra exspectationem evenit: atque adeo stuporis fuit argumentum; qui nullum apparatus ad regnum mundanum, & externæ libertatis vindicationem cernentes, nihilque nisi regnum cœlorum prædicari audientes, animo turbati sunt, Romanos metuentes. Viderunt concomitantia vitam Jesu miracula, quæ solvere non poterant, undē obstupere: cumque eum viderent non illustri sed humili comitatu humilem in populo ambulare, miraculorum nunquam auditorum factorem, contra ac sibi imaginati fuerant, stuporem illum verterunt in blasphemiam, atque Sathanæ operā eum ista facere calumniabantur. Nota eorum quoque perplexitatem in consilio, quo deliberant, quid cum eo faciendum esset, *Job.* 11: 47. 48. 12: 19. *Conf. Act.* 4: 13-17.

I. Enarratum quoque fuit, convenienter huic prophetiæ, illud opus Dei publicè, non solum inter Judæos, verum etiam per totum orbem: atque cum omnibus suis partibus, modis, & circumstantiis accurate fuit recensitum: quod sanè effectum est per euangelium, quippe solidum continens salutis per Christum parata præconium. Præstiterunt illud euangeliæ, qui quatuor euangelia à se conscripta evulgarunt: nec non apostoli, qui rerum factarum testes, Christi passiones & exaltationem ubique terrarum denunciarunt, atque hoc suum testimonium etiam miraculis confirmarunt. Paulus ad interrogationem, *annon audiverint euangelium?*

rium? reponit *Rom. 10: 18.* Μενῦνε ἐις πᾶσαν τὴν γῆν ἔξηλθεν δὲ φθόγγος ἀυτῶν, καὶ ἐις τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ βίβλατα ἀυτῶν. Ad Hebreos scribit idem de hac salute *Hebr. 2: 2-4.* πῶς ἡμεῖς ἐκφεύγομεθα τῷ πατέρᾳ ἀμελήσαντες σωτηρίας ἥπτες ἀρχὴν Λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τὴν κυρίαν, ὑπὸ τῶν ἀκυράντων ἐις ἡμᾶς ἐβεβαώθη, συνεπιμαρτυρῶντος τὴν θεοῦ σημείος τέ καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ πνέματος ἀγίας μερισμοῖς, κατὰ τὴν ἀυτὴν θέλησιν. Verum, ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis. Enarratum fuisse hoc opus Dei testatur fides orbis; quoniam inter qualemque orbis gentes & nationes à sedecim seculis inventi sunt, qui fidem euangelii professi sunt. Ad hujus operis divini enarrationem & testimonium apostoli inter qualemque gentes missi, etiam publico suo præconio egressi sunt, sicuti illis commendaverat Dominus. *Matth. 28: 18-20.*

¶ Verum, ut est in prophetiâ nostrâ, *hunc narratiōnē non crediderunt*, quotquot impiorum istius seculi præjudiciis fuerunt occupati: scilicet alloquium dirigitur ad improbos & superbos Dei verbique ejus contemptores, qui juxta beneplacitum cordis incedentes sibi benedicendo pacem spondebant. Hi exhibentur in posteris, ex radice fructificante absinthium & venenum, *fidem negantibus*, ut homines fide destituti. Hoc etiam eventus comprobavit, *venit enim Christus ad sua, sed sui eum non receperunt*, *Joh. 1: 11.* quod ex totâ historiâ euangelicâ & actis apostolorum, nec non omni historiâ ecclesiasticâ manifestum est; fidem enim negarunt Pharizæi, Sadducæi, & maxima pars vulgi, quæ cæca cæcos sequebatur duces. Hi Jesum, ut violati sabbathi, magiae diabolicæ, & molitionis rerum novarum reum accusarunt, damnarunt, & ad supplicium crucis postularunt, non desistentes à proposito

donec eorum votis cedens, licet invititus, *Pilatus* eum ad acerbissimum, ignominiosissimum, & maledictum crucis supplicium tradiderit; his sceleribus implicati gentis principes, testimonium de ejus resurrectione & ascensione in coelum opprimere conati sunt, famam de raptu cadaveris, cum somnus vigiles obruisset, spargentes. Ita infatuati carnales, non atdientes euangelium, ad eorum gustum compositum, vocationi apostolorum, regnoque Christi se opposuerunt, ex infidelitate se Christo subtrahentes, & requiem ejus intrare negantes. Hos describit Paulus *1 Thess. 2: 15, 16.* ut occisores Domini & persecutores Christianorum, Θεῷ μὴ ἀρεσκοντες καὶ πάτιν ἀνθρώποις ἐνχυτίες, κωλύοντες ἡμῖς τοις εὐεστὶ λαλῆσαι ἡνα σωθῶσιν, ἐis τὸ ἀναπληρώσαι χωτῶν τὰς ἀμαρτίας πάντοτε, ἐφθατε δὲ ἐπ' ἀυτὸς ἡ ὄργη εἰς τέλος. Hinc politiae suæ subversione puniti, usque in hunc diem supersunt palantes, & ex regno Christi exclusi, infideles & euangelium blasphemantes.

¶. Hinc factum, ut, illis in fidei negatione pertinacibus, & ex regno Christi exclusis, separatio facta fuerit inter filios spirituales & carnales, quā non amplius ad communia sacra cohabitabant: qui enim fide euangelium regni admirerunt, ad libertatem vocati, jussi sunt se Christo sistere in novum populum, atque omittere adulteram gentis suæ progeniem, valedicere ceremoniis, & à ministerio Aharonidum transire ad Pontificem secundum ordinem Melchisedeci. Unde evenit (quod pii dudum desideraverant) credentes ab illâ veteris œconomia imperfectione liberatos solos habitaſſe, neque amplius cum iis, qui propriam quærebant justitiam, & in literâ legis manere volebant, communionem habuisse, piis olim adeo gravem & molestam. Confer de hac separatione *Act. 13: 46.* Atque fatis constat

ex

ex collatione *Act. 13: 40. 41.* cā in re impletam fuisse  
hanc nostram prophetiam.

Hicce ita inter se collatis, prædictiones de euangelio, ejusdemque argumento, nec non de Judæorum carnalium futurâ *anticia*, ac segregatione à credentibus ad justitiam, cernuntur evidentissimam accepisse adimpletionem, ac proinde novam divinitatis suæ confirmationem: qui enim ad nexus attendit, qui inter primam & secundam intercedit populi expurgationem, & spiritualium à carnalium molesto confortio liberationem (ita ut optata illa libertas demum sequi debuerit impiorum judicium, per Chaldæos infligendum, justorum explorationem in captivitate Babylonica perferendam, nec non reliquarum in terram reductionem, cum cultus legalis restitutione adeundam) ille cernit *seriem rerum*, non nisi variis temporum periodis perficiendarum, eamque aliquot secula ante moliminiis Dei consummationem satis accuratè delineatam. In quâ veritatis divinæ observatione nemo non Dei æternam præscientiam, gubernationis divinæ summam præalentiam, & gratiæ divinæ fædere obsignatae fidelem constantiam, adorare & exosculari poterit, modo Deum reveretur, & veritatem amet.

## PERICOPA TERTIA.

*Instantiam ad præcedentem Dei sententiam,  
variis argumentis instrudam, exhibens.*

*Analysis.*

§. 1. **G**Um stupore perceperat Propheta noster, justorum vicem agens, severam rigidamque illam, quam Deus impiis populi intimus fuerat, sententiam; facileque præsentiebat, quid adversus hoc Dei consilium objiceret communis justorum turba. Proin instantiam facit, ad primam istam querelam magis urgendam, spectantem: quā difficultates movet non satis ablatas, atque ex decentiis Dei, vix cum illis viis Dei conciliandis, desumptas. Proin Propheta iterum nomine justorum in populo cum Deo hic loci disceptat. Quod non ita accipiendum est, quasi Dei viis obmurmurarent: sed movere illos tantum per Prophetam scrupulos, quos ipsi solvere non poterant: quosque ad Deum deferebant, ut responsum referrent, ac ipsi erudiantur, quo pacto illas Dei vias justificare valcant.

§. 2. Prophetam non adeo suo agere nomine, quam quideni populi justi, interpretem, dum hanc facit instantiam, vel ex hoc solo constat, quod vers. 12. loquatur in plurali numero, quando dicit, *ut non moriamur*, totum credentium numerum quasi sibi associans.

§. 3. Status quæstionis est in hac disceptatione; an Deum

Deum deceat tantum contra populum suum permittere  
**Chaldæis?** quos dixerat gentes ut arenam collecturos,  
**ac** potissimum gentem Judaicam oppressuros: quippe  
**qui** designati fuerant in istâ sententiâ divini judicii exse-  
**cutores, & pœnatum infligendarum instrumenta.** Ra-  
**tiones dubitandi sumuntur**

- I. A fœdere Dei, fidem Dei obstringente, quo po-  
 puli sui conservationem in se suscepere: ex quo  
 debitam peculio suo defensionem legitimè collige-  
 re sibi videbantur, vers. 12. a.
- II. A Scopo excitationis Nebucadnezaris, qui ultra  
 moderatam castigationem se non porrigerere putaba-  
 tur, vers. 12. b.
- III. A Sanctitate Dei, quæ cum peccata ferre in po-  
 pulo non possit, multo minus videri possit permit-  
 tere, ut scelesti absorbeant homines se justiores.  
 vers. 13.
- IV. A fine hominis istius, Dei consilio contrario; qui,  
 contra ac cura providentiaꝝ divinæ exigebat, hoc age-  
 bat, ut humanum genus tyrannico suo arbitrio sta-  
 ret, caderetve. vers. 14.
- V. A Tyranni crudelitate, variis aliis criminibus  
 permixtâ. vers. 15. 16. 17.

### EXPOSITIO TEXTUALIS.

*Vers. 12. Nonne tu ab antiquo Jehovah Deus meus  
 es? Sanctus meus, ut non moriamur?*

§. 1. Incipit instantiam suam argumento, ex fœ-  
 dere Dei procedente, rogans: *nonne tu ab antiquo  
 Jehovah Deus meus?* Conjunguntur hic duo Dei  
 nomina

nomina יהוה & אלhim , sicuti etiam in foedere (Exod. 20: 2. 5. 7. 10. 12.) & provocationibus ad foedus fieri solet. Prius est nomen Dei proprium , quo idea Dei suo applicatur subiecto , vero & genuino ; alterum est naturæ , notans ens suminum & primum , atque ita infinitum & supremæ potestatis. Hunc Deum vocat suum : quæ phrasis fœderalis est , indicatque eum sibi ex contractu factum amicum conciliatum , atque pro omnipotentiâ suâ ad omnis boni collationem , ut perficiatur , prouin. Nomen יהוה , Deo Abrahami proprium , ex etymo in suâ significatione inter alia includit consilii Dei immutabilitatem , & fidelitatis constantiam , quam abnegare non potest. Concipimus hoc nomen in vocativo casu positum : ut ipsa compellatio fidem fidelitatis præmittat , & tanquam hypothesin causæ sui substernat : quasi dicat , nonne tu ô Domine , qui fidelis es & immutabilis , vi fœderis mihi conciliatus es ? ut te mihi præstares Deum benevolum & amicum ? cui adstipulatus sum , quem ut defensorum & adjutorem adoptavi , sub cujus alas successi , & cui tanquam peculiari populus dicatus sum ?

§. 2. Addit מקר ab antiquo , seu pridem : ita קרא significat (quotiescumque temporis notationem induit) id , quod ante fuit. Respicit principium Reipublicæ judaicæ , quæ fundata fuit in foedere cum Deo , quando ille Theocratiam erigere instituens , se regem proposuit , & juramentum fidelitatis à populo Israëlis tanquam à populo suo exegit. Conf. Psal. 74: 12. Quam hic Propheta facit provocationem , dirigit ad Deum , ut jam olim cum populo fœderatum ; qui cum Patribus Abrahamo , Isaaco , & Jacobo foedus suum inierat , illudque in monte Sinai cum eorum posteris modificatum , solenniteraverat. Hoc solenne fœdus vinculum

culum est, quo à seculis se huic populo Deus (ut Deus mentiri nescius) ad populi istius conservationem eo in statu curandam adstrinxerat, donec Christus venerit, & formam œconomiae ad maiorem spiritualitatem elevet.

§. 3. Hoc ut fortius urgeat, apponit; *Sanctus meus.* Supple: nonne tu es ex eodem vinculo *Sanctus meus?* ita Lepius in sacris audit *Sanctus Israëlis?* confer modo. *Psal. 71: 22.* *Ies. 12: 6.* *43: 3, 15,* *49: 7.* quod nomen infert voluptatem sanctificandi populum suum, eumque redimendi per Christum. Huc Sabbathum dederat populo *in signum*, quod ipse esset Deus, *qui sanctificet suos* (*Exod. 31: 13.* *Ezech. 20: 12.*) ut ejus in populo isto inhabitatio respondeat sanctitati suæ, quam abnegare non potest, neque etiam negligeret.

§. 4. Subjungit finem, *ut non moriamur.* Hæc mors non interpretanda est de morte corporali simpliciter, quam nemo effugere potest, *Psal. 89: 49.* Sed de interitu populi per excidium, & reliquiarum traditione in mortem spiritualem: adeo ut non supersit quisquam, in quo vita spiritualis operosa sit. Huic malo solum & unicum remedium est in gratiâ divinæ sanctificationis, quam etiam in foedere cum patribus populo suo addixit, ubi promisit se fore etiam *Devon seminus Abrahami*, *Gen. 17: 7.* Hinc etiam spes gratiæ vivificantis ex eodem foedere derivatur, *Psal. 85: 7.* & ipse Abraham *vitam* appellat eam gratiam, quando foedus respiciens dixit, *utinam Ismaeli detinor vivere coram facie tuâ*, *Gen. 17: 18.* Hujus oppositum jam est mori, atque refertur ad totum populum, ut res cavaenda, *Ezech. 18: 31.*

§. 5. Concipiebant autem à subactione populi per

Chaldaeos eorum reliquias *mortis spiritualis* imminere periculum ; quia inter gentes dispersis , & inter idololatras degentibus haud exigua parata erat tentatio ad apostasiam. Sic metuebant fore , ut piis decedentibus verè fideles emorerentur , nomenque populi Dei peculiaris oblivioni traderetur. Neque præter causam ; si enim libera gens tam prona fuit ad idolatriæ crimen committendum ? quid fieret si cum idolatriæ mixti perpetuò & minis & promissis pellicerentur ad Deos alienos colendum , atque ea tentatio munita incederet regiis ad eam caussam promovendam editis , quibus vix essent resistendo. Accederent facile graviores objectiones , de Deo Israëlis eos relinquente , de quæ cultu illo profanato , & quasi abolito ; præprimis si doctrinâ receidente profunda legis succederet ignorantia ; quæ homines vertentes facit , & ad obsequium errorum faciles. Sub quibus haud immerito putabant laqueum esse occultum , ad reliquorum illaqueationem compositum.

*Jehovah ! in judicium posuisti eum , & à rupes ! ad corripiendum fundasti eum.*

§. 1. Hinc pergit instantia ad argumentum , à fine & scopo Dei delumptum , qui erat judicium pravorum , & convictio aliorum. De priori dicit textus ; *Jehovah ! in judicium posuisti eum.* Designat regem Chaldaeorum , quem in sententiâ suâ designaverat Deus judicii sui exsequendi instrumentum ; quique hic quasi in visione digito monstratur.

§. 2. Hunc dicit *psalmum* ; quia in visione respicit Propheta hunc ut propositum : cunquæ intuctur ut genti Chaldaeorum præpositum , & certâ authoritate atque potentia munatum , quibus in opere moliendo præaliceret.

leret. Verum, hanc positionem, quā justo in loco, atque in eā dignitate constitutus repræsentabatur, ad *Jehovam* verum *Deum* tanquam ad istius elevationis & conditionis auctorem refert. In quā affirmatione est istius fidei professio, quæ agnoscit *Jehovam* esse illum *Deum*, qui universalī suā providentiā imperia mundi solus gubernat, eaque pro libertrimo suo arbitrio tradit, cui vult. *Conf. Dan.* 2: 21. 4: 22. *Prov.* 8: 15. 16. *1 Sam.* 2: 8. *Job.* 36: 7. *Psal.* 113: 7. *Luc.* 1: 52.

§. 3. Positionis istius *fimis* notatur suisse טפשׁ לְ ad *judicium*; quod nempē *Deus* ejus imperium cum in usum voluerit excitare, ut aptum eslet *judicii* sui exsequendi instrumentum, cuius operā impios istos veritaris suæ contemptores & oppressores, in populo suo conspicuos, pro meritis suis puniret, suamque vindictam ab iis sumeret: Licet enim longè alia cogitent Tyranni in hoc mundo, quam *Deus*, aliasque sibi forment agendi rationes & causas; nihilominus tēpē inscii, & aliud cogitantes, imò scelestē agentes, decreta divini fori supplicia reis inferunt; nihil agentes præter illud, quod consilium & manus *Dei* determinarunt futurum. *Jes.* 10: 57. Hunc suum finem expositurus *Deus*, regem hunc appellavit *malleum* totius orbis terrarum, *Jer.* 50: 28. 51: 28. & *servum suum*, *Jer.* 2: 2. Ita noxiæ in mundo potentiae censendæ sunt negotiis divinæ providentiæ inservire, dum puniunt, quos punire par erat: & oportet eos, qui tali *Dei* malleo pullantur, in iis afflictionibus agnoscere manum & ordinationem divinam.

§. 4. De posteriori articulo (qui finem *Dei* quoque exponit suisse, quorundam convictionem) in hunc modum loquitur, & orupes! fundasti eum ad corripiendum!

Judæorum magistri vocem primam רָאשׁ non accusandi, sed vocandi casu interpretantur: & tu ḥ̄ rupes, ad correctionem fundasti eum; quod multi interpres Christiani sequuntur; sic foret sententia prioris imitatio; quæ à compellatione Dei incipit, ut ibi alloquium prophetæ Deum compellet sub nomine יְהוָה, hic verò sub nomine rupis: quo titulo saepe appellatur in sacris. Conf. Deut. 32: 4. & quæ ad eum locum diximus. Hieronymus vertit in accusandi casu, & fortè ut corripere fundasti eum, atque ea versio exigit, ut Nebucadnezar dicatur rupes, non sicuti Deus est rupes ad confugium, sed rupes seu petra ad arguendum, seu cotis manifestandæ malitiæ & infidelitatis, atque sic lapis lydius, quod Cl. Coccejus non respuit, neque cum orthodoxia pugnat. Nihilominus prior acceprio videtur concinnior, ut Deus etiam rupes audiat, qui, quæ sustentare vult, fortiter sustinet, atque portat, ut rupes ædificium.

§. 5. Huic tribuitur regis & regni ejus fundatio, dum professio fidei dicit, fundasti eum, id est, temet, qui rupes es, præbuisti illi solidum & firmum regnandi fundamentum. Dixerat posuisti ipsum, nunc plus dicit, fundasti illum; prius notat elevationem ejus ad regiam potentiam & dignitatem; alterum dicit ejus in regno confirmationem, & stabilitatem, quâ ab imperio moveri, aut à monarchiâ excludi non potuit. Ita omnis imperiorum constantia & robur prævalens quoque Deum habet auctorem & fundatorem.

§. 6. Finem verò istius consilii divini reclusurus ait, hoc ad corripiendum factum. Hebr. לְהֻבֶּחַ, quod verbum propriè notat demonstrare aliquid in foro ad convictionem, aut aliquem convictione verbali sive reali adigere ad confessionem. Hujus imperium in Judæorum

rum reliquias eo spectaret, ut quasi castigationē pater-nā omnes adigeret ad agnitionem prioris culpæ, ejusque detestationem. Duplex erat Dei finis, ad quem eodem utens instrumento, adhibere voluit hunc orbis malleum contra Judæos, idque pro duplice inter eos hominum genere: *ad judicium*, ut luant impii in exterminio crimina in primā accusatione allegata: *ad correctionem* vero & convictionem eorum, qui manerent superstites: quippe hâc Dei castigatione ad vita correctionem adducendi, & per convictionem ad erroris antiqui depositionem revocandi.

**Vers. 13.** *Purus es oculis præ ut videoas malum, & intueri arumnam non potes: quare intueris perfidos?* *Siles, cum destruit improbus iustorem se?*

§. 1. Sequitur nunc tertia difficultas, desumpta *ex sanctitate Dei*, quâcum hanc Dei viam conciliare non poterat. Ratiocinio suo substernit duplēm hypothēsin, utramque ad descriptionem divinæ sanctitatis facientem: utramque assumit ut concedendam, atque extra dubium positam. Horum spectat, quod quidam legunt interrogativè: interrogatio autem supponit hic, utrumque affirmatum esse alibi, & negari non posse. Alii legunt indicativè, tanquam totidem affirmationes orthodoxæ confessionis, de quibus disputandum non est. Res eodem reddit.

§. 2. Prima suppositio est, *purus es oculis præ ut videoas malum*: aut si mavis *puerior es oculis*, ita præpositio *W* verbo præfixa eleganter comparationem significat: vide. *Psal. 118: 8.* *Prov. 25: 7.* *Jes. 49: 6.* *San-*

6. Sanctitas Dei eleganter venit sub nomine *puritas*, quatenus peccatum commaculat; & qui nulla in re reprehensibilis est, ut possit dici culpabilis, ille mundus est ab omni labe: quippe qui nihil fecit, quod pulchritudinem dehonestat, aut deturpat. *Dei puritas* itaque est, quā nec ipse agit nisi ex mero scopo, & fine laudatissimo, perque media eum decentia; neque cum alieno peccato communicet. Spectare oculis dicitur ille, licet oculos non habeat carneos, quia res cognoscit intuitu mentis, atque eas melius percipit, quam qui oculis coram intuentur. In quo rerum intuitu *purus* est, nihilque vitioli contrahit, aut committit. Hanc puritatem Dei prohibere dicit, *ut malum videat*. *Malum* γά δicitur, quicquid à bonitate recedit, & id, quod Deus approbat, destruit: proin quicquid cum sanctâ Dei naturâ & voluntate ē diametro pugnat. Peccatum sub hoc nomine venit, quia ad rerum destructionem tendit, & ordinem Dei disturbat: cuin virtus conservationem ordinis, atque reçum ædificationem & perfectionem curet. Quando à Deo avertit *videre malum* (Conf. Jes. 33: 15.) non negat Deum cognoscere malum, quasi illud scientiæ divinæ subtraheret; quomodo enim tunc judicem ageret? Contra dicitur vidisse malum, Gen. 6: 5. 18: 21. Psal. 14: 2. Imò ita cogitantes increpat, Psal. 94: 9. Sanè agnoverunt illud Ægyptii, quando aures & oculos, ex pretiosa materia fabricatos, diis consecrabant: hoc tacite significantes, quod Deus omnia videat & audiat. Transgressionem nisi præscivisset Deus, nec cautionem ejus sub metu mortis interminasset. Imò si peccatum non cognosceret, quid aliud esset inflexibilis justitiae rigor, quam cæcus quidam impetus, aut bruta excandescencia? *Malum* igitur novit, quatenus in re videt defecatum,

Etum, bonitati suæ contrarium, novitque conceptum, quo de re aliquā negatur bonitas, verissimum esse: ut cum quis aperiendo oculos æcerem tenebris oppletum deprchendit; quia lucis ἀποστασίαν ἡ ἀπόλεψις, verissimè experitur. Neque etiam negat Propheta Deum malum ad tempus tolerare, quod foret contra experientiam; quippe gentes sinit ire in viis suis. Sed verbum *videndi* quandoque scientiam Dei practicam significat, seu probantem, quā rem cernimus cum jucunditate & voluptate, ut nobis placentem: & sic intuitum malum cum delectatione, aut cum æternâ taciturnitate à Deo removet.

Nota, ut ex sanctitate Dei derivet aequitatem justitiae Dei vindicativæ, quā ipse justus iudex in mala animadvertisit; quia iis nec delectatur, nec cum sempiternâ taciturnitate ea præterire, seu impunita dimittere, ob oculorum puritatem potest.

§. 3. Altera suppositio est, & intueri ærumnam non potes. Quid sit hic ærumnam intueri? vide ad vers. 3. Æruma est labor, qui alteri creatur. Descendit à genere ad speciem: dixerat de malo in genere; jam speciem mali attingit haud minimam. Si malum qualcunque, etiam minimum, non vident oculi tui: multò minus malorum gravissimum, quale est durior populi tui afflictio & oppressio: dum sanctis tuis præter jus & æquum molestia creatur. Quando dicit non potes; notat id adeo pugnare cum sanctâ Dei naturâ, ut id à se impetrare non possit: quippe abnegationem sui includens.

§. 4. Quare intueris perfidos? aut respiceres perfidos? בָּגְרִתַּה sunt, qui pactis non stantes fidem frangunt, atque sic fallunt, & datam spem frustrantur. Jud. 9. 23, de subditis domino fidem non servantibus

PR

dicitur.

dicitur. Hic proin notat homines, fidem datam & foedus Dei non curantes. Ab hoc crimen Chaldaeos notat, uti & vers. 9. Omnibus gentibus insita est illa animi præoccupatio, supremum mundi rectorem & dominum perfidos non impunitos dimittere, aut benignis intueri oculis; verum se præstare rigidum perfidiae vindicem, qui foedifragos pudefacit, atque exemplari modo punit. Hinc Dei vindictam super perfidos expectant: cuius contrarium videtur judicio hominum carnali, quando vident perfidos prosperè agere, omnia queque illis ex voto fluere.

§. 5. Urget vero hanc instantiam amplius ex collatione affligerentis cum afflictis. *Siles* (an potius *silebis*, aut *sleres*) *cum destruit improbus justorem se?* Deus dicitur *silere*, aut *sacere*, quando crima non punit, *Psal. 50: 21.* scilicet supplicia sunt quasi facta loquentia, & publicè præconiantia detestationem divinam, quâ commissa crimina aversatur, reprobat, atque damnat. Crimen verò ad cuius commissionem putatur Deum salvâ suâ decentiâ scinder tacere non posse, est quandò *improbus destruit justorem se.* Verbum **בלע** notat propriè *devorare*, & *deglutire*, quod est belluarum majorum, quicquid illis obviam occurrit dilaniantium, & devorantium, *Jon. 2: 1.* atque transfertur ad homines truculentos *Prov. 1: 12.* *Hos. 8: 7.* Forma *Pithel* significationem auget. Qui hoc agit, dicitur **עיש improbus**, omni jure regni Dei destitutus, dum id potius turbare, imò perturbare conatur. Conf. vers. 4. Hic respicit disceptator *Nebuadnezarem*, hominem à regno Dei alienum, illudque destruere conantem, & instar monstri maris *omnia devorantem.* Quem vero tangit hoc malum, comparative appellat *ipso justorem*, scilicet justitiâ caussâ: cuius causa me-

lior est caußâ devorantis eum. Exigit itaque , ut inter duos reos vindicta Dei potius & prius eum auferat , qui caußâ est inferior , & cuius reatus est major : quod ratiocinium cum sit carnis , viis Dei absolutè non est applicandum.

§. 6. Quandò hisce præmittit , quare ita ageret Deus ? caußam & rationem harum viarum Dei requirit . Quod non debet respici , ac si in hoc ratiocinio eslet accusatio viarum Dei ; sed ut testimonium spei , quâ decoram hujus molimini catastrophen exspectabat ; quæ erat , quod Deus non sineret eum ita grassari contra fideles , ut dum omnem Dei cognitionem & cultum tollere laboraret , se componens etiam ad justorum devorationem , ei non poneret modum , & in tempore non frænaret : nullam enim esse rationem aliter cogitandi de futuris Dei viis , qui sanctus est , & perfidiam ac universalem justorum absumptionem approbare non potest , existimat.

Vers. 14. *Et feceris hominem instar piscium maris ,  
quasi reptile , non habens dominum?*

§. 1. Progreditur instantia ad novum argumentum à fine hominis , Deique circâ ipsum curâ desumptum ; dicens , & quare feceris hominem instar piscium maris ? Deus , mundi conditor , pisces maris condidit , ut in hominum usum caperentur , & occiderentur : qui proin omnium , qui capere velint , artibus & studiis expositi sunt. Verum aliter in creatione homo productus à Deo exceptus fuit : ille enim tanquam præcipuum consilii divini & dignum Deo creatore opus , rebus omnibus fuit præpositus cum dominio : ut absurdum sit non aliter agi cum homine , ad imaginem Dei condito , & solum

Deum finein suum habente, accum piscibus maris, propter homines creatis, eorumque imperio & libidini subjectis. Gloria Dei est, quod ipse sit vitæ & necis humanæ arbiter: atque inde lege suâ statuit, ne quis nisi ex lege suâ manum extendat contra hominem. Hoc fundamentum est, quare non potest non Deum concipere ut hominis aduersus Tyrannos vindicem, qui sanguinem innocuum ab ejus effusore repetat. Crimen itaque est hominem non pluris facere ac pisces maris, atque cum iis agere sicuti pescatores cum piscibus agunt, quos pro lubitu capiunt & occidunt: quo Tyranni finein creationis oppugnant: neque cogitant, quod homo ad imaginem Dei sit conditus. Gen. 1: 27. 9: 7. Jac. 3: 9. & sanguis ejus sit pretiosus in conspectu Dei, Psal. 72: 14. qui sanguines querit, Psal 9: 13. Hoc genus Tyrannorum ergo eleganter cum pescatoribus confertur, Jer. 16: 16.

§. 2. Illustrat hoc etiam ex symbolo venatorum, qui hominem excipiunt quasi reptile, dominum seu imperatorem non habens: id est, ut quodlibet animal, non habens postflorem, quodque in sylvis oberrans cedie occupanti. Vox שְׁמַר indicat quicquid movetur, τὰν κινοῦμενον, monente etiam Hieronymo, Conf. Gen. 7: 21. 9: 3. 4. Psal. 104: 20. Respicit parabola genus animalium, que ad victimum capiuntur & mactantur, quod reptilibus minus convenit. Homines notat, qui pluris amant viram alicujus feræ, quam hominis, ad imaginem Dei conditi: qualis Nimrod, qui inde præpotens venator coram Deo audit: Gen. 10: 9. quiique regna invadunt, non aliter ac si non esset in mundo, qui homines sibi vendicat, hominum custos. Job. 7: 20. & servator. Psal. 36: 1. 1 Tim. 4: 10. Non habere majorcm hominis rationem quam bestiæ, est prox-

proximum non considerare ut Dei servum , suumque conservum : nec attendere ad summum & supremum Dei dominium , cui rationes debet , qui jura Dei violat.

Vers. 15. *Quantum est hamo educit , sagena sua trahet illud , colligetque illud exerriculo suo.*  
*Propterea latabunt & exultabit.*

§. 1. Continuat hic Propheta metaphoram suam , à piscaturā translatam : pīscibus enīm capiēndis varia adhibentur arma , *hamus* , *sagena* , *exerriculum* . Quicquid est in mari pīsci enīmodi capitū instrumentis : quōs *hamus* non attollit & educit , *sagena* attrahit : qui *sagena* evadunt in *exerriculum* incident. *Hamo* extrahuntur inēscati , sed singuli , & vulgo grandiores : *sagena* & *exerriculum* includuntur minores , sed multi. *Hamo* falluntur , retibus verō coguntur & premuntur. *Hamus* est fallacīe instrumentum , & inēscationis , quā spontē quis ad scēdus & submissiōnem servitūis allicitur. Undē pīctis implicati reges & principes ad lūbitūm potentioris ex locis suis & dignitatibus educuntur. *Sagena* & *exerriculum* sunt variarū copiarū symbola , & acquirendi dominatus instrumenta , quasquaque gentes cogentia , & ē suis locis moventia.

Conf. Amos. 4: 2. Ezech. 12: 13. 17: 20. 21.

§. 2. Notatur plusquam una expeditio bellica , & in earum successū climax est , ut prior multos Reges & Principes faciat tributarios ; altera subjugatas gentes opulentiorum abductione imminuat ; tertia verō omnes reliquias auferat , & quasi everrat.

§. 3. Hic armorum & expeditionum successus ponitur

ipſi letitiae & exultationis argumentum , quando dicuntur , propterea letabitur & exultabit : id est , illa res creabit illi gaudium ex reportatis triumphis , quando videtur consilium suum de Monarchiâ erigendâ prosperè sibi succedere : & exultationem speci ulterioris , quando sibi spondebit constantiam in illâ dignitate , purans se hoc rerum eventu supra mutabilem fortunæ forem elatum . Confer Job . 3: 21 . Hos . 9: 1 . Psal . 43: 4 . Pravitas hujus intemperantioris letitiae in eo spectanda est , quod omnem condolentiam & misericordiam , quam viator victis debet , excludat : quale gaudium in oculis Dei malum esse dicitur . Prov . 14: 17 .

Vers . 16. Propterea sacrificabit sagene sua , & sufficiunt faciet everruculo suo ; quia per illa pinguis erit portio ejus , & cibus ejus opimus .

§. 1. Continuat etiamnum metaphoram , dum instrumenta symbolicæ ejus piscaturæ repetit : additurque forte , ut omnem viotoriarum laudem & gratias instrumentis suis deferat . Quid enim aliud est sacrificare sagene sua & adolere everruculo suo : quam omnem fortunæ successum suæ prudentiæ & instrumentorum suorum aptitudini adscribere : nihil laudis ad Deum illum mundi gubernatorem deferre , qui cum ad id excitatit : quod crimen superbiz est , gentibus familiaris . Apponere lubet hic , quæ ad locum nostrum notavit . Joh. Dougtæus in analectis . „ Sana satis & solida est , „ fateor , glossa hic Interpretum , nudè exponentium „ ista verba de fastuosorum hominum vesanâ quodam- „ modò arrogantiâ , eò insolecentium quandoque , „ ut

„ ut quicquid prosperè confecerint , aut fatis suis &  
 „ benignioris Fortunæ afflatui imputent , quod fecit  
 „ Timoleon , narrare Plutarcho , Autē lepīn idrusāme-  
 „ vos , καὶ ἀντὴ θύσας ----. aut rursus & sapissime , id  
 „ tanquam proprio Matre & suis ipsorum viribus con-  
 „ festum glorientur. Tales erant , uti videtur , hie  
 „ Chaldaei , quos minatur se Deus contra rebelles Is-  
 „ raelitas adducturum. Et talem planè Ajacem ad vi-  
 „ vum effingit Sophocles in *Flagellif.* ubi hortante pa-  
 „ tre ut velit pugnam inire Deorum auxilio consilus ,  
 „ respondit , ὑποκόμπως καὶ ἀφρόνως , superbe ac stulte.

„ Πάτερ , θεοῖς μὲν καὶ ὁ μηδὲν ὄν , δικῆς  
 „ Κράτος κατακτησαιτο , ἐγὼ δὲ καὶ δίκαια  
 „ Κερυνία πεποιθα τοτὲ ἐπιτπάσειν κλέος.

„ *Adjuvantibus Diis , pater , etiam ignavi*  
 „ *Vincere solent : Ego verò vel absque*  
 „ *Auxilio diuino.*

„ Qualiter Comnenus , notante Zonora T. 3. loca-  
 „ tus jam in solio summae potestatis , τῷ νομοματικῷ φυρῃ  
 „ ἑαυτὸν ἔχαραξε , μόνον εἰχι βοῶν , ὅτι --- Effigiem suam  
 „ gladio accinēlam membris cœravit inseculpi , hoc tan-  
 „ tūm non vociferans , quod gladius illi , nec quidquam  
 „ aliud , imperium conciliasset.

„ ----. Οὐδὲ μὲν ὁ φέλλει  
 „ Ζεὺς τόσου , δεσπατιον περ ἐμον δόσει ----.

„ Idas , apud Apoll. Rhod. Arg. l. 1.

„ Rectè hæc quidem , & non omnia à sensu loci

„ verūm altius quid mihi subolet ē textu , & porrō in-  
 „ sulsam quandam Idololatriæ speciem in paganis vide-  
 „ tur perstringere , quā sagenam & rete , hoc est arma  
 „ ipsa bellica Deorum loco verè habebant. *Ab origi-*  
 „ *ne rerum* , inquit Justinus l. 43. pro Diis immorta-  
 „ libus veteres Hastas coluere , ob cuius religionis me-  
 „ moriam , adhuc Deorum simulachris hastae adduntur.  
 „ De acinace vero five hastā Persicā Lucianus in *Tra-*  
 „ *gæd. Σκυθαὶ μὲν Αιγαῖοι θύεται* --- . Scythæ nimirum  
 „ acinaci sacrificant. Id ipsum tradit Arnobius , *Ad-*  
 „ *versus Gent. l. 6.* confirmat Epiphanius in *præfat. aa*  
 „ *Hæres. Alepti veniam* , jussa fecerunt (Quasi)  
 „ *eductisque mucronibus* , *quos pro numinibus colunt* ,  
 „ *juravere se permansuros in fide*. Ammian. Marcellio.  
 „ l. 17.

„ Οὐνυστὶ δὲ ἀιχμὴν ἦν ἔχει\* μᾶλλον θεῷ  
 „ Σέβειν πεποιθεῖς , ὅμιλτῶν θύετερον.

„ *Jurat per hastam* , *magis illam persuasus*  
 „ *Colere quam Deum* , *vel oculorum utrumlibet.*

„ ait Æschylus , ubi vœcordem insolentiam Partheno-  
 „ pæi comincemorat: nec dissimile quid de Capanœ de-  
 „ prædicat Statius *Theb. l. 10.*

„ — *Ades o mihi dextera tantum* ,  
 „ *Tu præses bellis* , & *inevitabile numen* ,  
 „ *Te voco , te solam , superum contemptor , adoro.*

„ Cæterum quid egerint senserintve in hac materiâ  
 „ barbara Gentilium ubique natio , non progrediatur  
 „ longius disquirendo. Magis intererit observare ,  
 „ idque

„ idque non sine quâdam rei admiratione , quâm proximè accedant , & in eisdem penè illorum vestigiis  
 „ hærent nostrorum temporum exemplares , qui vi &  
 „ ferro omnia gerentes , dum intra nassam suam corrariant per fas nefasque quicquid lubuerit , justitiam cau-  
 „ se (iniqui prorsus rerum æstimatores) successu in-  
 „ primis metiuntur .

§. 2. Causam abalienatæ gloria subjungit , quod ex ejus opinione putabit per illa pinguem factam portionem suam , & cibum suum optimum ; in quibus verbis allusum videtur ad epulas & convivia , quæ ob victoriæ legititiam cum triumphis celebrantur : solent enim tunc reges ex spoliis dona distribuere , & lautis conviviis divitiarum incrementa ostentare . Subinnuitur etiam fore , ut gloriosus ille princeps spectetur , in victus opimitate bonum suum quærens , & ad ventrem suum implendum intentus : ut voluptates sequantur spolia optima . Etiam sic solent Monarchæ , ad fastigium dignitatis elati , & Deum verum non cognoscentes , in conqui- sitis undique divitiis voluptatem luam capere , & solum ventri consulere , ut solutis habenis in rerum affluentia diffluant , suamque potentiam ostentent .

Vers. 17. *An propterea evacuabit sagenam suam ?*  
*& in perpetuò ad interficiendum gentes non exercebit condolentiam ?*

§. 1. *Sagenam evanuare* est post primam capturam non tantum ad piscium collectionem se componere , verum etiam ad alterum retis jactum se accingere ; & sic porro experiri , quomodo sequentes jacturæ succedant . Ex causa argumentatur , seu agendi scopo pessimo ,

mo , qui est ad intolerabilis superbiae & immoderate cupidinis satietatem , neglectâ Dei gloriâ , imperium querere in homines . Quod sub signo interrogationis proponitur : supponens id decentiæ divinæ minus congruum videri , ut hæc ei in continuatione permittantur , atque Deus illi modum & terminos non ponat .

§. 2. Dein rogat , *an gentes interficere , negatâ cunctâ dolentiâ & miseratione , illi sit succellorum perpetuò ? Gentes spectantur , ut quæ aliquando cum hereditate mundi sunt adducendæ ad regnum Christi ; quod , cum foret bonum N. T. , inter desideranda piis proponitur : hæc enim spes Judæis cum regno Christi data fuerat in variis Dei promissionibus & prædictionibus . Hujus oppositum foret gentium omnium subversio , & deletio : quæ proin Deo toleranda non erat .*

§. 3. Ad modum excidii planè culpandum facit , quod hæc prospicitur molitus sine ullâ commiseratione ; quo notatur crudelissimum principis ingenium , à quo sibi nullam mitigationis aut clementiæ spem polliceri poterant : si enim ne gentibus quidem parceret ? quid fieret Judæis , multo magis invisis , & gentium odia jam olim expertis ? Turpissimum in viro Principe vitium nulli uti clementiâ , quæ sola thronum suffulcit . Prov.

20. 28. Fuit etiam Marci Antonini Symbolum regni clementia custos : nec non sententia ; *inhumanum esse , humanis easibus & calamitatibus non ingemiscere .* Hinc ferè communis est in hominum animis præsumptio , vigilem esse Dei providentiam contra Tyrannos crudeles , tanquam aduersus humani generis pestes atque monstra ; neque eis permittere constans imperium . Huc collimat Appii dictum apud Salustium : equidem cuncta imperia crudelia magis acerba quam diurna arbitror .

## V A L O R

*Ratiociniorum in hoc*S E R M O N E  
DEMONSTRATUS.

§. 1. **X** ipsâ versus ultimi conclusione facile constat, quem scopum collimet præsens Vatis nostri disceptatio: ut scilicet non intendat omnem à populo castigationem divinam avertere, sed solummodo mitigationem ejus impetrare. Metus est, à crudelissimo & superbissimo hoste nil exspectandum esse, præter universum populi judaici excidium, quo cum etiam omni per Mosen præscripto legis cultui interitum minabatur. Negat ullam ab istius ingenii hoste miserationem aut clementiam esse sperandam Judæis, nisi Deus huic monarchiæ terminos, & monarchæ modum ponat.

§. 2. Rationes, quarum pondera nobis expendenda sunt, id solidissime urgent, \*quod intendunt justi.

1. Ratio prior, à fœdere Dei desumpta, per modum restipulationis repetit promissorum in fœdere præstationem: addixerat enim Jehovah patribus se fore illic, nec non *semini eorum* (id est posteris Judæis) in *Deum*, & quidem **לְעוֹלָה** in ætermum; quâ transactione in se suscepérat hunc populum ut cultorem & clientem suum tueri, ne planè emoriatur; ac proin sal-

vâ suâ veritate & fide fieri non posse , ut patiatur genus judaicum fortissimi istius & præpotentis hostis viribus planè exscindi. Decere Deum , ut saltem effectum aliquod istius foederis usque ad futurum seculum perseveret , quod Christus cum libertate & salute adducendâ prædicaret adesse. Cumque inter effecta istius foederis contineatur , Deum semper sanctificaturum sibi semen , ne totus populus emoriatur , Psal. 85: 7. fieri non potuit convenienter divinæ constantiæ , ut totus Israël per Chaldæos extinguiatur. His itaque fundamentis innixus , justorum nomine agit Propheta eorumquæ restipulationem jure ad Deum defert ; quia sincera populi pars , quantumvis parva esset , & respectu impiorum vix numerum faceret , hoc restipulandi jus non amittebat.

2. Ratio altera , à fine excitati regis Chaldæorum derivata , etiam optimè procedit ; pone enim Deum hunc posuisse in judicium improborum , & in correctionem ac convictionem saniorum oppressorum : sanè hi convincendi eo ipso conservandi erant , ut à convictione & confirmatione in fide relinquerentur tanquam radix , ex quâ novus populus erat exsuscitandus. Fine affectu ( qui erat meliorum in fide confirmatio ) non debebant cum impiis incidere in judicium exterminii. Sanè illa convictione debet sanationis habere rationem , non vero terminare in plenariam excisionem.

3 Argumentum , à sanctitate Dei causam urgens , progreditur à majori ad minus. Si Deus propter absolutam puritatem ærumnam & laborem cum delectatione videre , & ad ea semper tacere non potest : multo minus poterit in hoste fidei & veritatis oppressore tolerare , ut in eo opere usquæ ad plenariam justorum deletionem pergit. In judicium incident impii ex Judæis , eo quod justos opprimunt , exigente id puritate oculorum

Dei;

Dei : quomodo non idem crimen in homine magis scelesto vindicaret idem judex ex eadem caussâ ? atque pateretur eum ad internacionem graſlari contra conſervatos ex oppreſſione fratrum , & ab horum vexatione liberatos ?

4. Eleganter pergit diſceptatio quarto argūmento , ab injuria Tyranni , quam inferret dominio Dei , si cum ira pergere , & omnia sua molimina exequi permetteret , qui ſolus viæ & necis arbiter eſt : ita enim ex ſuo arbitrio de hominum vitâ ſtatuebat , ut hoc ipſo supremum Dei dominium abnegaret Nebucadnezar . Jam supremus mundi judeſ non potest concipi ſuam gloriam tueri , ſi talem effuſorem ſanguinis non refrænaret , & ei furere in populum ſuum uisque ad plenariam ejus ablationem concederet .

5. Succedit tandem argumentum ultimum , à novâ injuria , Deo inferendâ , progrediens ; quod nempè gloriam Deo debitam ab eo alienaret , & instrumentis partæ victoriarum adſcriberet ; quando iis ageret gratias homo iuperbus & voluptuosus . pergerereturque ad gentium (inter quas regnum Christi aliquando erigendum erat ) plenam ſublationem , & multo magis ad excidium Juðæorum , niſi obicem poneret Deus , atque pernicioſum hostis conſilium dſſolveret . Sanè non putandum eſt Deum ita negleſtūrum gloriam ſuam , aut zeli ſui obliviſci , ut tali hominum progenieſ ſolum terram relinqueret poſſidēdam , deleſis nominis ſui professoribus , & ablatis hominibus , aliquando in regnum filii ſui transferendis : quippe qui ſoli ſunt orbis fulcimentum , & tolerantia Dei erga humanum genus funda‐mentum ; quo ſublato rueret orbis , & in pristinam abyſſum rediret .

# VATICINII IMPLEMENTUM DEMONSTRATUM.

**N**otandum interim Prophetam hic loqui, ac si jam tum adesissent, quæ pret foribus erant; quia in visione propheticâ illi dabatur intueri secutura, ac si inspiceret coram, dum videbat ea in divino repräsentamine oblata. Proin, quid secutum fuerit ex historiâ recensendum est, ut visionis cum eventu constet analogia.

I. Inspiciamus regis Chaldaeorum conatus: & occurret i. plusquam una expeditio, quarum prior imaginem refert piscaturæ, hanc inescantis gentes. Id factum, quando Ægyptio in terras suas repulso, cæteras nationes in fœdus recepit, ut penso tributo ejus imperium agnoscant: ita in initio arte eas allexit, dum eas clementer habuit, & potentioris defensionis oblatione inescavit. Altera vero expeditio speciem habuit piscaturæ, sagenâ populos attrahentis, ex quibus novas fecit colonias: quale quid factum, cuin Fechoniam regem, cum matre, regni proceribus, populique flore, Babilonium abduxit, tenuioribus tantum ex plebe infirmi Hierosolymis reliktis, quorum aut ætas victori fastidio erat, aut imbecillitas servitio inutilis solum exercendis colendisque agris videbatur. Hac sagenâ evacuatâ tertia secuta est expeditio, quando piscaturam repetens quasi everruculo terram Ju-daicam

daicam incolis orbavit: nam, partim capto Zedekiâ, urbeque sanctâ flammis exustâ, pluribus fame atquè peste & gladio extinctis, quicquid adhuc alicujus erat momenti secum abstulit; partim reliquias, quæ extincto *Godoljâ* (quem feci relicta & ex accidente colluvie auctæ præposuerat) aufugerant in Agyptum, ubi rediit ex Agypto aut neci dedit, aut in servitutem raptas, paris modo abduxit sunt. Hinc factum ut tota gens Judæorum extra terræ sedes ejecta fuerit. 2. Quod in visione cernunt de studiis regis Chaldaeorum contra fidem Judaicam, unde metus oriretur emoriturum totum populum, nisi Deus intercedat. Id videre erat postmodum in ediçō regis, quo erectum ex auro solidio *Colossum* cubitorum sexaginta, atque in magno Babylonis campo ad venerationem propositum, divinis iussit affici honoribus, cultumque detractantibus pœnam statuit, ut in ignem conjecti cremarentur. Incepit exsecutio à tribus viris Hebræis *Ananiâ*, *Azariâ* & *Misuele*, qui vivi vincüque in rogam conjiciuntur, procul dubio ad reliquos perrectura, nisi Deus hos stupendo conservasset miraculo, atque ita malevolorum animis frænum injecisset. 3. Extulit se quoque rebus prosperis insolens animus, hinc *exultans*; quando jætabundus dixit, *nomine hæc est magna illa Babylon, quam ego ædificavi?* sibi plaudens, suisque artibus, prudentiæ & fortitudini omnem rerum successum tribuens.

II. Spem populi in precibus quoque ut legitimam approbavit *Deus*, rerum eventu; non enim aut emortuæ sunt reliquiæ ejus in Babyloniam, aut in sempiternum prævaluit hostis, Chaldaeorum superstitionibus demensus. Non prius, quia experti sunt Judæi in terrâ hostili Deum, populum suum in captivitate iterum singulari bene-

benedictione multiplicantem, eundemque in fide defendantem, & miraculis confirmantem: ita Daniel plusquam unâ vice somnia Nebucadnezaris exponens, quæ Chaldei resolvere non poterant, magos & hariolos confudit, atque in populi defensionem ad suum dignitatem electus fuit. Trium virorum in fornacem ardentem conjectorum conservatio ignem persecutionis cæteris etiam paratum extinxit. Regis superbi demissio ad bellas, ex Dei oraculo facta, insolentes animos fregit: atque ita à gravioribus temptationibus liberati sunt fideles, iisque mediis ac miraculis in fide confirmari. Non alterum; nam Monarchia ipsa quoque fracta est propediem in rege Belziasare, Medis ac Persis eam diripientibus, donec Cyrus rerum potiretur, qui eam planè subegit: nam ut auctor est Xenophon, „Babyloniis demandavit, ut arma traderent, terram cole-rent, tributaque perfolverent, atque his obsequen-tur, quibus singuli eorum dati escent: quibus etiam mandavit, ut Persas atque Medos tanquam dominos suos salutarent. Quin etiam constituit Cyrus Babylone præsidiorum satis, utque stipendium illicis darent imperavit Babyloniis, quippe quos voluit maximè imbelles & effeminatos reddere, quo & humillimi & maximè subjecti escent. Sic servi facti sunt, qui Judæos servire fecerant. Ipsi vero Cyrum habuerunt benevolum eosque, ut publico edicto Judæorum cuiilibet in patriam redeundi facultatem redderet, omniaque ad illum redditum necessaria genti suppeditari mandaret.

## PERICOPA QUARTA.

*Alterum Dei Oraculum seu responsum ad oblatam instantiam exhibens.*

A D

## CAPUT SECUNDUM.

*Analysis.*

§. 1. **S**equitur jam alterum Dei oraculum, quo ad instantiam vatis responsum, exponit prædictam Chaldæorum immissionem non effecturam, ut populus justus intereat, aut legis œconomia cœlet; verum se curaturum ut, restituto populo, lex & si.les maneat usque ad Messiae adventum, quem certo certius tempore definito venturum asseverat; nec non ut euangelii præconem cum doctrinâ justitiae fidei, & salutis impetrata denunciatione exspectare juberet.

§. 2. Subjungit tamen huic responso novam informationem, qua vides exponi *judicia variorum*, regno Dei se opponentium, eo usque progressura, donec universa terra Deo conticesceret, atque omne obloquentium os occluderetur. Continet vero in se sextuplicem accusationem, cuius singula suâ comminatione munita incedit; concipiunturque *accusati*, ut se opposentes, à quorum judiciis tandem *universale* esset sub Deo, regnum decretum gubernante, *silentium*. Hæc

Rr

populi

populi institutio videtur subjungi prioribus, ad errorem aliquem ex multorum animis eximendum, quo simul cum primo regni Christi præconio affore putabant altam pacem, & totius mundi sine ullâ oblocutione subjectionem. Qui error necessario erat detegendus, & ex indicatione certaminum regni Christi cum variis oppositionibus contradicentium corrigendus: ne postmodum traditiones planè corruiperet, atque in doctrinâ speci radicem plantaret pravam, in tempore, quo minime conducat, absinthio pullulantem.

§. 3. Hisce ita in antecessum perpensis: quæ toto capite secundo occurunt, distinetè nunc singula expendamus oportet, & quidem

I. Promissionem de meliori temporum fato, ubi

1. Apparatus ad responsum referendum præmititur.  
vers. 1.
2. Dei mandatum de scribendo oraculo adjicitur.  
vers. 2.
3. Argumentum oraculi, consolatione plenum,  
dictatur, promittens.

¶ Visionis constantiam usque ad definitum tempus.

¶ Messiae adventum certo futurum, & in tempore suo exspectandum. vers. 3.

II. Institutionem de regni certamine, & judiciis, ob certa crimina ejus hostibus (aliisque circa illud haud dignè se gerentibus) infligendis, donec tota terra se Deo regi cum silentio subjiciat. Ubi occurrit

1. Narratio de futuris peccatis & judiciis. vers.  
4<sup>19</sup>.
2. Præceptum in toto orbe observandum de tacitâ subjectione sub Deo. vers. 20.

§. 4. Hoc loco primam quartæ pericopæ sectionem illustrabimus; Dein transituri ad sectionem alteram cum suis subdivisionibus: ut singulis suam subjiciamus historiam, in quâ prædictiones propheticas suis eventibus impletas spectare licet.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 1. *Super custodiam meam (inquietam) stabo,  
& constituam me super monumentum, &  
contemplabor ut videam, quid loquitur in  
me, & quid referam ad elenchum meum.*

§. 1. Apparatum ad sequens acceptum oraculum expositurus, ait, se in animum induxisse, ut staret super custodiā suā, & constitueret se super munimentum. Exponit novum ad Deum accessum, quo cum conveniat, cum exspectatione responsi referendi: in eum finem componit se quasi Deo in occursum. Vocat stationem suam מִשְׁמָרָה custodiā suā, per metaphorā à vigilibus defumptam, quibus urbis commissa est custodia: hisce enim suā assignantur stationes, certis temporibus circumscriptæ, ut vigiles prospiciant. Vocat etiam מִזְבֵּחַ munimentum, quia corum custodiae ut plurimum loco alligantur, ubi in tuto sunt tanquam in propugnaculo. Sic describit studium prophetæ, qui à Deo constitutus est super populum, ut tanquam speculator per vigil excubias ducat, & si quid eventurum ei prospiceret, statim illi prædicet. Hæc causa est, cur etiam alibi propheta speculator audiat, Ezech. 3: 17. Jes. 21: 6. 8: sicut alias videns, quando in visionibus Dei sive bona sive mala ventura prospicit, ut cum piis communis

municet. Verum , quoniam non semper illis datat Deum eq modo *videre*; tunc dicitur quis in statione suâ excubias agere, quando exigente populi necessitate se ab hominibus separat , & singulari animi præparatione *siftit coram Deo*, experturus , num Deus fortè illi visionem objiciat: imo instinctus spiritus propheticus habebant se instar vocationis ducis Militaris , præscribentis , ut se ad talem visionem componant , & animo ad hoc composito divina repræsentamina exspectent : atque *tempus istius impulsus habendum est pro tempore excubus definito*: *locus vero huic congruus cum debat esse separatus*, solitarius , in secessu , ubi omnia quieta , & tranquilla , eleganter cum *speculâ* conferuntur , unde liber est prospectus , & cum *munitione* , ubi tuta est & tranquilla mentis attentio. Dum dicit *Stabo super meam custodiam*, nil aliud proponit sibi , quam animi erectionem cum vigilanti attentione ad Deum: quando subjungit *constituam me* , superaddit indefessam observantiae constantiam ; ut si mora aliqua intercedat , non patiatur animam expatriari , & se ad alia cogitandi objecta convertere: undè addit *contemplabor* quasi oculis mentis in hoc solum intensis. Cf. Coccejus etiam non malè hic ad vocem *propugnaculi* de fiducia exspectantium cogitat , qua fœdus Dei & promissionem ejus faciunt firmamentum exspectationis suæ , & arcem munitionem speci. Tunc sensus erit ; ego in animum induxi , uti fiduciâ apud Deum , & petere responsum , cum omni instantiâ , me muniendo conscientiâ legitimi clenchi , ex fœdere Dei instructi.

§. 2. Finis istius apparatus est , *ut videat* , id est experiatur mediante visione , *quid loqueretur ipsi Deus*. Phrasis exhibens verbum בְּכָר cum בְּ notat sèpe familiare cum aliquo habere colloquium , ut Num. 12. 8. 1 Sam.

25: 39.

25: 30. *Zach.* 1: 9. 13. 14. Exspectabat itaque se Deum coram habiturum secum colloquentem. Præsupponit propheta priorem visionem fuisse abruptam, in quā viderat Deum judicem, accusatos justorum oppressores ex tribunali alloquentem: atque eundem audierat eos corripicentem, sententiamque contra eos pronunciantem: ast hactenus nihil post eam dixerat Prophætæ; qui proinde jam cupit experiri, an non eādem visione, & aliquo ulteriori alloquio dignaretur,

§. 3. Huic adjungit speim ulteriorem, quid referre detur ad elenclum suum. Sermonem suum anteriorem, per modum instantiæ prolatum, vocat ἡορτὴν seu restipulationem notat. Ita significat *Job.* 23: 4. 7. ut sit demonstratio jūris ex lege aut foedere, cum convictione alterius: hæc dum stipulationem allegat ut præstitam, infert promissi debitorum factum qui promiserat. Hujus elenchi facultatem concedit cuilibet foederato Deus *Ies.* 1: 28. ut liceat eum convenire, & cum fiduciâ de rebus, in foedere promissis, compellare.

Vers. 2. *Et respondit Jehovah mihi, & dixit: scribe visionem, & explana eam super tabulas, ut eam legens percurrat.*

§. 1. Non frustra sc, incitante spiritu sancto, composuit propheta ad excipiendum ulterius Dei responsum; undè etiam quid leculturum fuerit hunc apparatum innuit, scribens, & respondit mihi Jehovah. Hæc est divina erga populum suum clementia, quod nolit temporibus explorationis pios suis destitutos consolationibus: undè illis aperit consilium suum, atque ita respondet eo-

rum votis , quo in fide & spe confirmetur. Confer  
Num. 23: 23. Amos. 3: 7.

§. 2. Verum ut illud responsum diligentius & majori cum fructu excipiatur , dicit etiam , id est , præcepit , atque ita prophetam obstrinxit ad aliam partem munitionis , dicendo , Scribe visionem , intellige oraculum in visione exceptum , seu visionis argumentum . Scriptura est optimum cum multiplicandi , tum conservandi rei memoriam medium : quoniam litera scripta manet , ut ad eam detur recursus , unde monumentum evadit præstantissimum , etiam posteris servandum post secula erudiendis . Propterea Deus saepius jussit verba sua conscribi : Exod. 17: 14. Ies. 8: 1. 30: 8.

§. 3. Dein subjungit , & explana eam super tabulas . Hic loci Lxx legunt εἰς πίκον , aut ut Eusebius l. 6. Euang. demon. εἰς πίξιν , qui morem veterum expounerunt ; ex buxo enim tabulæ conficiebantur , quibus memoranda inscribebant , cuius lignum cum mollius & arctioribus fibris instrutum esset , facilius literas recipiebat . Non chartâ , sed in tabulis exponi juber , ut , quod scriptum erat , diutius supercesset . Nec unam confici jubet tabulam , sed tabulis , ad communicationis multiplicationem , quo idem argumentum pluribus in locis legendum exponatur . Verbum בָּאָר hic includit scripturam conspicabilem , seu propter lucidam literarum picturam , seu propter altam & latam earum incisionem , quia facile legentium oculos afficiant : ut hic significet aliquid clare & distincte proponere , atque evidenter exprimere .

§. 4. Hoc requirit ad lectionis facilitatem , ut quilibet eam legens percurrat : id est , ut lector præteriens ac percurrentis non solum facile legat , sed ad lecturam ne quidem cogatur à cursu suo subfistere , cursu continuato

CAP. II: 1-3. *I L L U S T R A T U S.* 319  
nuato legens , quod scriprum proponitur : idquæ facile  
fit , si majusculæ sint literæ , è longinquo conspicabiles ,  
& verba non multa , quæ subito legens absolvat.

Verl. 3. *Quod adhuc visio futura sit ad statutum tem-  
pus : & præco aderit in fine , qui non men-  
tietur. Si cunctabitur presbiterior cum : num  
veniendo veniet , non extra tempus eveniet.*

§. 1. Hærent hic interpres , qui voculam **¶** ver-  
tunt per *quia* ; quasi hic scribendi causam & rationem  
significet ; quâ expositione efficiunt , ut hæc verba non  
modo scribendorum initium facere nequeant , sed ne  
quidem inter scribenda recenseri possint : causa enim cur  
aliquid scribatur à conscribendis distincta est , quippe  
ante scripturam prophetam obligans , non vero ad le-  
ctores spectans : tunc enim tantum ratio redderetur ,  
cur illum scribere visionem voluerit Deus. Quod si  
non hinc eorum , quæ scribi præcipit Deus , initium  
fiat , nescio ubinam erit. Hinc statuere cogimur , hæc  
verba scribendorum facere initium , atque oportunè  
cum aliis animadvertisimus , particulam **¶** hic notare  
*quod* , quæ particula index est argumenti , in tabulas  
referendi. Hanc significationem læpc induit , Confer  
*Dan. 12: 7.*

§. 2. *Visio vocatur omne verbum prophetæ , mediante  
visione revelatum , ut vidimus verl. 2. quam liceat mi-  
hi vocare visionem extraordinariam & propheticam ,  
Conf. Num. 24: 4. Job. 4: 13. Verum significat ali-  
quando etiam omnem intuitum spei in rem futuram , e-  
jusque doctrinam , tam in figuris legalibus , quam pro-  
missionibus & prædictionibus propheticis comprehensam ,  
*Dan.**

Dan. 9: 24. Prov. 29: 18. quæ nobis est *visio ordinaria*, ex legis & prophetarum studio comparanda; atque consistens in prospectu mentis, futura in umbris, figuris, & promissionibus ante rerum præsentiam annotantis & agnoscentis. De hâc *visione ordinariâ* hic agi patet; quia ei contradistinguitur *Index*, ejusque *indicatione* euangeli: & pretenditur usque ad tempus N. T. quod de *visione propheticâ*, cum Malachias fuerit prophetarum ultimus, intelligi non potest, quippe à quo *visiones extraordinariæ* cessarunt in Israële. Hujus *visionis* objectum est ille venturus cum justitiâ & salute. Quandò ergo divinum hoc responsum affirmat *visionem adhuc futuram*, notat eam doctrinam cum effectu speci in vocatis perpetuandam, & haud quaquam auferendam à populo. Ita constans foret *cura divina* ad *conservationem doctrinæ speci, & populi*, per eam sanctificandi. Sic corrigit atque ex sollicitorum animis eripit Deus duas metuendi causas; suos docens nunquam fore, ut lites improborum inter contribules, aut *idolatria Chaldæorum* inter gentes justos è mediò auferant, aut doctrinam legis & prophetarum opprimant: imo ne quidem effecturos, ut publicum speci exercitium in cultu legis, in quo nobilissimum *visionis* est repræsentamen populo Dei non restituatur. Corruxit textum *Abaranel*, quando hanc paraphrasin procudit, *adhuc erit visio alia, que indicabit finem & non mittetur*. Non enim aliam dicit *visionem* textus, sed *visionem* proponit perpetuandam ad terminum temporis præstituti: atque hic sensus demum respondet ad questionem: nec מִזְרָחַ notat tempus dissipationis, quale fuit Jere米x, sed tempus festivi gaudii & collectioni populi ad festivitatem definitum. Imò nisi hæc *visio* se ad finem oeconomiæ veteris porrigit postea textus noster frigide transiret in hoc oracu-

oraculo exponendo ad Messiam sine ullâ cohærentia,  
quem transitum tamen agnoscent Judæi.

§. 3. *Terminus visionis* dicitur *Statutum tempus*,  
Hebr. 7: 10. Gen. 1: 14. Psal. 104: 19. Ita ap-  
pellatur *in lege tempus*, publicis solennitatibus conse-  
cratum, quo totus populus ex præcepto legis in unum  
convenire, & ad sacra sc̄ Deo sistere tenebatur (Lev.  
23: 2. Num. 9: 2.) nam etymum verbi ἥμινος notat, quod  
Dei iussu populus conveniebat cum rege Deo, ut se coram  
facie ejus sisstat. Notat etiam *tempus adventui Christi*  
*definitum*, quod priori tempori finem ficeret, cuius-  
que maxima foret solennitas, quippe futurum umbra-  
rum antecedentium corpus. Dan. 8: 17. 19. Psal.  
102: 14. Hos. 9: 5. Ratio denominationis est; quia  
Christus ut rex undatus runc ficeret *convenire* electos  
ad se, & quasi facie ad faciem cum iis congrederetur,  
ad fœdus faciendum, Ezech. 20: 35-37. De hoc  
statuto tempore loqui hic Deum constat; quia articu-  
lus inclusus indicat tempus illud cognitum, & per ex-  
cellentiam ita dictum: quo præaco ille justitiae fidei præcisè  
adesseret. Pro in dogmatizat hoc Dei oraculum præsentem  
*visionis œconomiam* non tantum permansuram usque  
dum venerit Christus: à quo tempore postinodum vi-  
sio non solum foret auferenda ab incredulis Hos. 3: 4.  
verum etiam quod antiqua œconomia visionis mutaretur  
cum œconomia adimpletionis: quandò in locum spei suc-  
cederet fides, & euangelium cum conspectu rerum præ-  
sentium audiretur (Matth. 11: 31.) Respectu prioris  
notatur distantia & intervallum temporis inter duos  
terminos à quo & ad quem: à tempore præsenti,  
aut saltem à solutâ captivitate usque ad Christum: si-  
cū legislator promittitur mansurus usque domini veniat  
Schilo, Gen. 49: 10. Definivit postea hoc tempus ac-

curatius Dei angelus Dan. 9: 24. dicens ; *septimanas LXXII decisas esse super populo & civitate sanctâ, ad obsignandum visionem & prophetiam.* In quâ promissione permanentiae visionis etiam continetur promissio defensionis divinæ, Zach. 2: 5. 8. Respectu posterioris notatur fore , ut mutetur doctrina in pleniorum & clariorum , ac fides spei in fidem intuitus rei præsentis. Ita promittitur cum Christo novum testamentum promulgandum , Jer. 31: 31. 34. ut ejus doctrina sit futura doctrina euangeli. Jes. 2: 3. 42: 4. Coll. cum Jes. 40: 9. 52: 7. 8. 61: 1-3. Psal. 68: 12.

§. 4 Quid fieret statuto tempore ? indicat , quandò subjunxit זְקִנָּה וַיַּחֲלֹת. Hesitant hic valde interpres in voce חֶזְקִיָּה. Lxx vertunt , καὶ ἀνατελεῖ , & orietur , seu apparebit tanquam fidus aliquod oriens. Hi manifesto tanquam de Christi adventu dictum exponunt , unde genus mutarunt in reliquis , & à visione ad personam Dei venturam transeunt. Quidam conjiciunt eos legisse ψυχήν , & notant verbum ψυχή multis in locis de Deo dici , tanquam de lumine , singulari cum splendore se sub ortu manifestante. Conf. Psal. 50: 2. & 80: 2. Hieronymus refert ad visionem , vertitque , & apparebit nempe visio in finem , atque reprehendit Lxx , quod genus mutarint : cum enim prius ὄφατε in feminino genere posuissent , postea subjunxerunt masculinum , exspectâ illum , & ἐρχόμενος ἡτει veniens veniet. Verum ille haec præter causam fecit , & nimium hic Judaizat. Utraque tamen versio vim textus non proximè attingit. Hodie interpres vertunt & profert , agnoscentes verbum notare flatum & prolationem oris , atque illi respiciunt verbum חֶזְקִיָּה , quod Cant. 2: 17. 4: 6. flare significat , & in Hiphil Cant. 4: 16. perflare : atque hunc etiam ore proferre , dum enīma

enim loquimur, pulmones halitum efflant, atque ejus effluvi vocem formant. Verum huic versioni obstat, quod hoc verbum in futuro *Hiphil* legatur, non יפְחַד *Ipachad* *Psalm.* 10: 5. 12: 6. Dein, quod sic nullus prolationis auctor designetur in textu; sed occultetur quasi in ænigmate. Hoc dubium planè sustulit Cl. *Cœcetus*, qui animadvertisit vocem hanc nominaliter esse vertendam, quoniam *Psalm.* 27: 20. venit in statu constructo: atque ejus radicem facit יפְחַד *Ipachad* inusitatam, nisi quod in *Hithpabel* occurrat *Jer.* 4: 31, ubi notat *vociferare*, & Sioni tribuitur parturienti. Ab hoc themate vox יפְחַד & יפְחַד *Prov.* 6: 19. 12: 17. 14: 5. 19: 5. 9. ut notet aliquem, qui elata voce loquitur, indicem sen *pœconem*, præsertim in causa testimonii. Vedit hoc etiam vir Cl. *Lud. de Dieu*, in notis ad hunc locum. Ita hic promittit textus aliquem rerum divinarum testem & *pœconem*; qui publicaret, quæ convenienter promissionibus Dei & spei patrum facta forent. *Judaorum* quidam ad *Jeremiam* rapiunt, quasi mens esset, & loquetur aliquis finem, indicaturus captivitatis *Babylonicae* terminum, intra annorum Lxx curriculum includendum, quod tibi nondum aperio. Sed alius est *pœco finis*, alius *pœco*, qui erit *in fine statuti temporis*, quando visio pervenerit ad terminum suum.

Miror etiam esse interpres Christianos, qui hic de judicio Regis & gentis *Chaldaeorum* cogitent, subintelligentes *Deum* futurum *pœconem*, aut *prolaturum* eorum judicium; Christum prætereantes. Verum cum ista prolatio ejus, quod in visione repræsentatum fuerat, opus foret denunciationis oris, dicant mihi viri optimi, quomodo spondeat se sub finem præstituti temporis prolocuturum illud judicium? sanè non per modum prædictionis; quia id jam facit, ex horum in-

terpretum hypothesi , & fecerat in prophetiis Jesaiæ ante hanc. Nec per modum denunciationis rei peractæ, quia hoc non foret , nec fuit argumentum revelationis divinæ , ex cœlo notificandæ , sed res ipsa experientiâ cognoscenda , & ex eventu observanda. 2. Cur , si hoc modo ellipsis esset supplenda ? Deus non loquitur in primâ personâ ; ego proferam & non mentiar. 3. Sic perrit etiam emphasis dicti adhærentis , & non mentietur : non enim in re , ipso experimento cognoscenda , quicquam relinquitur dubium , ut necesse sit fidem rei hoc modo suspendere ex Dei veracitate. 4. Nec ea res speciem habuit cunctationis , cum Lxx anni captivitatis fuerint definiti à Jeremijâ ; nec tempus abolitionis Monarchiæ Babylonicae , per Medos & Persas peractæ , ultra hunc terminum indicatum , protractum fuerit. 5. Quicquid sit , hoc unum deberet sufficere ad excludendam illam dictorum applicationem , quod res proferenda & denuncianda debuerit in se argumentum contine-re fidei justificantis , quam quis credens & admittens credat ad salutem , ut constat ex versu sequenti. Ast nihil est in sermone visionis istius ita applicato , quod quicquam ad fidem justificantem facere possit : credant exterminium regni Chaldaici secuturum : quid in eâ fide est , quod cum vitâ æternâ nexum habeat ? cur id etiam irregeniti credere non posseint ? aut quis dicere ausit omnes id credentes ex istâ fide justos esse , seu jus vitæ æternæ accepisse ? Sanè nulla est fides justificans , quam quæ credit in Christum auctorem justitiae ac fontem vitæ. 6. Saltem Christianos non decet ab applica-tione Paulinâ recedere , qui *Hebr. 10: 37.* hunc locum ad Christum revocat , eique applicat.

Durior adhuc est eorum constructio , qui verbum ΠΡΙ construunt cum *visione* , atque in hunc sensum expo-

exponunt, *visio proferet in fine, & non mentietur.* . . . *eaque venendo veniet, & non tardabit.* Quâ datâ etiam Chaldæo applicant, & de ejus judicio agi volunt. Præterquam, quod illa applicatio à nobis refutata sit, notandum eam relationem admitti non posse: Si enim *visio loqueretur, ut non mentiatur, & veniret, ut non tardaret:* per eam intelligamus aut doctrinam, aut rem promissam, seu in visione repræsentatam oportet: ast uterque sensus absurdus est: prior enim non convenit, quia doctrina visionis non in fine loquetur demum, sed jam diu ante docuerat patres de judicio illo infligendo, ut non necesse haberet abhinc venire & non tardare. Posterior vero alienum fundit sensum. Quid enim est judicium Chaldæi loquetur? aut quomodo illud non mentietur in eo sermone? Huic rei non competit sermo oris? & quid loqueretur illud judicium? Hæc quæso exponant, & cum phrasibus scripturæ, seu genio linguae hebraicæ componant, qui talia procudent. Sufficit nobis hanc vocem insignem quendam designare prophetam, visionis ministris surrogandum, ac proinde prævatibus anterioribus optandum: qui res adumbratas, & in finem temporis statuti dilatas, clarâ voce indicaret adductas; præco inquam euangeli; quale munus Christo tribuitur, quandò audit propheta, Deut. 18: 15. Jes. 61: 1. 2. 3. Testis nationum. Jes. 55: 4. qui homines suâ proclamatione vocaret à visione spei ad intuitum rei coram spectandæ, dicendo ecce Deus vester, ecce veni, de quo in volume libri scriptum est; ecce salus & justitia.

§. 5. Promittitur hic præco זְקָנָן ad finem, seu in fine. Vox זֶה notat id, quod ultimum est, ubi res absconditur: & cum præfixo ה hoc sensu occurrit 2 Chron.

18: 2. *Dan.* 12: 13. Finis hic non intelligendus est finis mundi, sed finis præstituti temporis, seu seculi prioris, qui etiam dicitur ultimum dierum, *Ies.* 2: 1. *Mich.* 4: 1. & quia duorum seculorum fit intentio, ponitur hic finis in medio annorum in oratione nostri prophetae. Cap. 3: 2. præsentia enim Christi tempori servitutis finem imponeret, & tempori libertatis auroram facheret. Confer *Dan.* 11: 27. 35. Hinc palam est, quod præconium euangelii cum suo proclamatore circa finem, ante novum gentis Judaicæ exilium juxta hoc Dei oraculum adesse debuerit, nisi dicere velimus spem populo Dei factam elusam fuisse.

§. 6. Ad dignitatem præconis promissi facit, quod additur, & non mentietur, vel qui non mentietur. Copula vnu sœpè apud Hebræos vim relativi exercet, ut constat ex *Num.* 23: 23. *Prov.* 15: 16. 17. *Mich.* 5: 1. Proin propheta ille venturus hic commendatur non solum ut in munere suo à spiritu veritatis in omnem veritatem ducendus, sed ut mentiri nescius; quæ proprietas Dei est, *Num.* 23: 19. *Psal.* 116: 11. 89: 36. Hic ergo notandus est character Christi, in cuius ore non foret dolus, *Ies.* 53: 9. quoniam Deus verba sua poneret in ore ejus. *Deut.* 18: 18. Imò hoc charactere distinguitur 1) à Mose, qui labiis suis peccaverat contra Deum, quo hāc nota foret major. Nec non 2) à legislatore Iude, qui licet sedens in cathedrâ Mosis, nihilominus ab erroribus non erat immunis, ut constat ex *Jer.* 23: 16-21. 31. *Ezech.* 13: 2-10. 21: 29. Ille igitur proponitur, ut qui verbis non falleret, nec spem justorum, eorumve exspectationem deluderet; quoniam foret proclamator à ~~prophetā~~.

Notandum interim juxta hoc Dei oraculum fieri non potuisse, ut circa finem præstituti temporis, ante ablacionem

sionem templi & cultus Mosaici , *Pseudo-Christus* aliquis veniret , qui præstigiis & miraculis populum fallat , ita ut interim fidus ille testis nationum non compareat : promisit enim Deus tunc temporis exspectandum esse præconem , qui non mentiatur ; cui proin oportet , ut fidem nostram planè & plenariò submittamus : ad fidem enim facit , & ut fide dignus commendatur , cum divino hoc testimonio insignitur mittendus ille index . Imò lege oppositionis hic innuitur grande crimen illos commissuros , qui huic legato Dei fidem non adhibeant , eique aures non præbeant , quem Dei oraculum hic mentiri nefcum pronunciat . Conf . *Deut.* 18 : 19 .

§. 7. Hinc porrò deliberat de firmandâ spe adventus ejus , quorū spectat duplex effatum : prius , quo momentur , ait , si cunctabitur , præstolator eum Casus ponitur in dicto hypotheticō , si cunctabitur ; Vulgata , si moram fecerit : ubi nota verbum Παρθένος in hebreo ejusmodi moram significare , quam non aliis , sed ipse sibi facit , qui moratur : ut ille ipse concipiatur sui adventus arbiter , qui jam ante adventum erat , & de opportunitate apparitionis sua suo arbitrio statueret , semper quasi sistens Deo & mundo . Dein . notandum , cunctationem dici solū quoad' speciem ex opinione hominum , nam alterum effatum , huic immediate conexum , negat eum dilatarum tempus adventus sui . Sensus itaque est , si vobis videatur moras trahere , & nimis diu differre tempus beneplaciti , nemo vestrum spem abjecerit . Est de naturâ spes rem desideratam cupe-re ocyus ; undē mens lèpè præcipitat , tempusque præoccupatum vellit : hinc reliqua temporis distantia , post emensia aliquot in spei exercitio secula , viderunt illis mora & cunctatio . Ex hoc principio natæ sunt illæ , in querelis piorum , interrogations , per quam diu exposuit . Adde

Adde tempora fore, quando propter qualitatem temporis oportuna videretur Christi præsentia, & matrum ejus auxilium: quibus, etiamli natus, latitaret, ut ejus occultatio videri poterit cunctatio & mora: adversus quem casum hic monentur speculantes. Præceptum jubet, ut eo non obstante præstolentur eum. Est autem illa præstolatio fidei sperantis perseverantia, quâ Dei fidelitati innixa non dubitat de rei promulgâ futuritione, etiamsi juxta conceptam suam opinionem circumstantia temporis minus respondeat. Hanc præstolationem sæpius exigit verbum Dei. *Jes. 8: 17. 28: 16. Zeph. 3: 8. Psal. 33: 20.* Bene est, quod Judæi hunc locum in Thalimude tract. Sanhedrin cap. 11. adventui Messiae applicent: sed malè quod hinc tempus differri posse velint, atque indè negent computum esse incundum: non attendentes ad totum contextum, qui contrarium asserit: nec ad mentem loci, quo Deus solum in præcipiti desiderio jubet animum compescere, quando Deus forte hominibus videtur βραδύεν τῆς ἐπαγγελίας, & non confessim, ut illi vellent, accelerat: aut quando Christus se aliquandiu à nativitate occultando non statim in publicum prodiret. Placet guidem quando Deo, hoc modo suos explorare, quoad fidei constantiam: & spei tolerantiam ac perseverantiam in similibus exercere.

§. 8. Alterum effatum recludit præstolationis illius fundamentum & causam, dicens; *quia veniendo veniet, non tardabit, aut non extra tempus veniet.* Christi adventus in carnem sæpius sub notione venendi describitur in sacris. *Conf. Gen. 49: 10. Psal. 40: 8. Ezech. 21: 32. Zach. 2: 14. 9: 9. Mal. 3: 3.* Includitque hoc verbum ejus, qui exspectatur, præexistentiam: nec non ad veniendum alacrem spouaneitatem

taneitatem : quippe qui veniret pro suo jure ex suo arbitrio. Quando dicitur *veniendo venet*, indicantur varii inter veniendum gradus, quibus adventus sui manifestationem redderet gradatim illustriorem. Sic veniret 1) *in carnem*, sed cum modicâ occultatione præsentia sua. 2) *In publicum*, cum præconio euangelii, cum tolerantiâ crucis, atque adeo cum occultatione gloriae sua. 3) *In regnum*, cum effusione spiritus sui, & introductione libertatis, cui rei hunc locum applicat Paulus *Hebr. 10: 37. 38.* 4) *In judicium populi infidelis cum exterminio Reipublicæ Judaicæ*, quo probaret se regnum suum occupasse : qui actus etiam ad singularem ejus adventum referuntur, *Mal. 4: 6.*

§. 9. Ad majorem autem sperantium certitudinem tandem subjungitur, & non tardabit : *seu non post tempus veniet.* Verbum ΤΠΝ significat ex etymo tempus alterare, seu aliud facere, παραποθεσμεῖν, definition tempus non servare. Hoc negat præconem facturum : adventurum enim definito tempore, non serius, non ocius : cumque tempus euangelii certis suis notis signisque temporum apud Próphetas inveniatur definitum & determinatum, ut inter alia antecedentia, alia consequentia interpositus sit ille temporis articulus, quo Christus adesset, dogmatizat hoc verbo spiritus Dei, fieri non posse propter signa temporum antecedentia & consequentia, ut ordo rerum per prophetas indicatus turbetur, aut alteretur : & temporum articuli definitionibus prophetarum non respondeant.

Hoc opponendum est Judæis, qui Messiam putant propter peccata populi differre potuisse adventum suum in aliud tempus, atque ita non adesse justo & à prophetis definito temporis articulo : cum hic loci Deus

oraculo (cuilibet in tabulis explanando, & quorumcumque lectioni publicando) planis verbis affirinet ejus contrarium; scilicet non ante, nec post definitum tempus adventurum Christum, sed præcisè in fine προθετικής acturum eum proclamatorem & indicem rerum à longâ exspectatione præsentium. Ita etiam Jes. 60: 22. dicit, *in tempore suo accelerabo hoc*: quo dicto obsignat omnia, quæ de regno Christi in hoc & superioribus capitibus exposita fuerant. Tradiderunt jam olim Judæi veteres in *Jalkut*.

אמר רבי אלכסנדראי רבי יהושע בן לוי רמי כתיב בעתה וכתיב אחישנה וכו אחישנה לא וכו בעתה.

*Dixit R. Alexandrinus: R. Josua filius Levi ista inter se contendit. Scriptum est, in tempore suo, & scriptum est, accelerabo illud. Si digni sunt, accelerabo, si non digni sunt, in tempore suo.* „Fatetur ille (ut bene monet Cl. Coccejus ad principium euang. Johannis) terminum præfixum esse adventui Christi, qui mutari non possit. Excitari quidem Israëlis fidem & desiderium, ut maturè resipiscant, & se dignos adventu Christi præstent, ut Deus eum celerimè mittat. Attamen fieri non posse, ut Deus, etiamsi homines infideles & indigni competantur, ipse quoque rescindat promissionem patribus factam & fidem fallat, & non ipso suo tempore promissum præsteret. Peccat tamen & ille Judæus, quod huic loco disjunctionem intrudat, & promissionem absolutam in conditionaram commutet: textus enim dicit promissa simul celeriter & in tempore futura; quod utrumque facile consistere potest; *celeritas in tempore definito* enim est, quando non per ambages, sed breviter sine temporis longioris ambitu facit, quod se facturum

sactum promiserat : neque illa in textu istius accelerationis aut festinationis apponitur causa impulsiva , quâ ea suspenditur à conversione populi : sed proponitur & illa promissio absolute , quod futura sit acceleratio illa in tempore suo , jam ante divinâ sapientiâ definito. Frustra itaque statuit *Abarbanel* in libro de capite fidei cap. 14. distinguendum esse inter adventum Christi duplarem , conditionatum & absolutum ; priorem esse quasi adventus anticipationem sub conditione , si digni sint Israëlitæ : posteriorem habere terminum fixum & definitum , ultra quem tempus trahi non possit , qui que non sit suspensus à conditione istâ : quo veniet , etiam si Israël sit indignus. Ponit itaque possibile , quod Messias anteverterat aliquando tempus definitum : ejusque rei futuritionem aut non futuritionem suspensam fuisse à conversione populi , aut contra. Locum hunc nostrum refert idem l. c. ad tempus definitum : *Etiamsi* , inquit , *non fecerint Judæi conversionem* , neque fuerit in iis puritas , tamen erit tempus determinatum , cum accedit certissimò , qui venturus est , neque tardabit , *Hab 2:3.* Sed ubi mundi fuerint redditii , ac egerint pœnitentiam , tum festinabit antevertere tempus illud adventus *Messiae*. Convenimus itaque in eo , tempus aliquod absolute decimum esse , quo oportet Messiam adesse : neque illud protrahi posse ad tempora posteriora. Differentia manet in eo , an illud tempus anticipari potuerit ? idque suspensum fuerit à populi puritate ? affirmant Judæi , negant Christiani : quia contradic̄tio est tempus ponere decimum , & incertum : seu absolute definitum , & mobile in anteriora. Visionis terminus ponitur tempus statutum , & adventus Christi propè Republicæ finem. Antevertas jam tempus , aut ille non veniet propè finem ; aut visionis terminus non erit tempus statutum. Ad-

de, quod angelus Gabriel apud Danielem tempus *visionis* olsignandæ & adventus Christi incluserit intra septuaginta hebdomas: dixeratque post hebdomas septem & sexaginta duas (id est LX. x) exscindendum fuisse Messiam ducem: *Dan. 9: 24. 25.* quæ res proin ita tempori alligata fuit, ut sine subversione veritatis propheticæ anticipari non potuerit, æquè minus ac in posteriora differri.

# A P O D I C T I C A R E S P O N S I *Ad scopum.* A P P L I C A T I O .

**E**st in hâc pericopâ *responsum divinum*, singulari modo propagatum, dum in tabulis exaratum fuit, & juxta præceptum Dei in locis publicis affixum, quo omnes etiam cursim longant. Hoc *responsum Dei* relatum est ad disceptationem Prophetæ, nomine justoru[m] in populo factam: in quo dubia solvuntur, & hæsitationes ex sollicitorum animis satis solidè eximuntur.

1. Prima hæsitation fuit, si Chaldæus ita immittatur in Judæos, fore ut populus Dei segregatus à gentibus pereat; emoriatur, & non amplius supersit in orbe: atque ita actum erit cum *visione legis & prophetarum*: actum

actum erit cum totâ religione , atque eludet Deus spem patrum ; ita ut prævaleat idololatria , hindriamphum actura . Verum contra monet Deus eam Chaldaeorum evectionem non fore ad extinctionem cultus & veritatis : multo minus ad extinctionem populi , qui Deum juxta illam visionem colat , & in eâ spe perseveret : ita enim se illum hostem refrænaturum , ut cogatur *visionem* illam sartam testam relinquere , cuius administra-  
tio & fides maneret adhuc usque ad tempus præstitu-  
tum , & quasi lege definitum . Hinc sequitur , quic-  
quid agat postmodum Chaldaeus , etiam si populum abducat in exilium , & templum subvertat , nihilominus eum non eo usque prævalitum , ut *visio non ma-*  
*neat usque ad tempus prædefinitum* : sic sibi servaret re-  
liquias Deus , in quibus doctrina spei remaneat , do-  
nec res sperata adducatur . Poterant itaque in istâ affli-  
ctione & temptatione bono animo esse *justi* , atque sibi ex foedore spondere , quod *Deus sanctus Israëlis* sibi semper sanctificaret semen Abrahæ , quod in fide constans semper ad manum haberet *visionem* , seu in-  
strumentum fidei , spei , arque sanctificationis . Proin decebat eos Deo committere curam caussæ & gloriæ suæ .

2. Altera hæfatiō , ex priori sequens , erat , quod si pateretur Deus hoc severitatis suæ instrumentum ita grassari , & gentes , regno Christi servandas unâ cum populo suo exscindere ? fieri non posse , ut quicquam sperent de adventu *proclamatoris* (Christi , inquam , Prophetæ ) de quo spem conceperant eum prædicatu-  
rum adduclam salutem , & promeritam justitiam . Ve-  
rum etiam hanc hæfationem tollit oraculum , affirmans indicem seu *proclamatorem* rei sperata fore Christum Prophetam , eunq[ue] sanè suis gradibus venturum : & ne

putent propter populi peccata differri posse cum adventum , aut protrahi spem justorum , indicat eum in tempore ad futurum : & quidem ad finem temporis prioris , ita ut nullo modo sit passurus , ut tempus in posteriora protrahatur . Quod si interim Messias illis videretur *moras ne cetero* , jubet ut illi tamen pergerent in *exspectando* , atque cunctationem illam non interpretarentur dilatationem adventus , sed potius præcipitationem desiderii sui : cum non esset *venturus post tempus* , aut cum temporis alteratione & dilatione .

His benè persensis , nemo puto dubitabit , quin di-  
vina responsio sit responsio ad terminos , & caussæ plenario satisfaciens : ubi enim caussa in tuto est , ibi cæ-  
tera magno animo ferenda sunt ; atque eo magis , quo  
janvident Chaldæorum immissionem esse molinen rei  
speratae , & partem facere viarum Dei , ad promissionum  
præstationem approperantium .

## HISTORIA IMPLEMENTI.

**N**EQUE fecellit spem populi Deus , quam hoc oraculo (ita promulgato) erexerat .

1. Quid enim ex historiâ sacrâ & ecclesiasti-  
câ notius est , quam *visionem* seu doctrinam  
legis & prophetarum cum populo , in quo illa viguit ,  
fuisse mediis in afflictionibus non solum conservatam ,  
sed etiam solutâ captivitate Babylonica pristinæ libertati  
redditam : excitavit enim populo in captivitate *Danie-  
lem* ,

lem, & Ezechielem prophetas, ex visione Dei loquentes, quorum ministerio in fide & spe confirmati fuerunt, quotquot inter gentes degebant: fregitque hostium animos, qui adversus fidem justorum quicquam moliebantur. Effecit etiam, ut Nebucadnezar coactus fuerit plusquam una vice confiteri Jehovam, quem Judæi colebant, esse verum Deum; atque Daniëlem cum Sociis ad maximas dignitates evexerit: Ut Evilmerodach regem Jechoniam ē vinculis solverit, & honoraverit: ut Belzasar vasa sacra profanans poenas dederit: ut Ahasuerus populi hostes in Judæorum necem conjuratos, Hamane suspenso, accusatorum arbitrio trahiderit. Abhinc facultate redeundi ex Cyri edicto adeptā, rediit magna pars populi in patriam: ubi tamen iterum multa gravia passi fuerunt, quum varia tempora fuerint in angustiā, partim sub Persis, partim sub Græcis, ac tandem etiam sub Romanis: nihilominus templum secundum fuit conditum & absolutum, cultusque legalis redintegratus, & civitas sancta ex cineribus resulcitata; stetitque usque ad excidium templi secundi, per Titum Vespasiani filium peractum. Objiciebant quidem templi structuræ impedimentum Samaritani, aliique, sed sustulit illud Deus per mandatum Darii Hyssapis; Sub Artaxerxe Mnemone Jesus aliquis fratri Johanni controversiam movit de pontificatu, usus operâ Vagosis ducis Periarum, atque hominis seditionis nece profanatum est templum, unde superveniente duce, ejus ingressū amplius pollutum est, coactique sunt Judæi in mulētam pro quolibet agno sacrificii jugis per septennium quinquaginta dragmas pendere. Verum & hæc transiit nubecula. Metuebant sibi ab Alexandri invasione: ast hujus animum cohibuit Deus, cui in nocturnā visione pontificem sacris vestibus induitum

ditum objecerat : quo conspecto in suo ad sanctam civitatem accessu omnem iram deposituit , & Judæorum libertatem in cultu legis exercendo confirmavit. *Antiochi* magni cæterorumque regum Macedonum in Syriâ furores passi Judæi , *Machabæorum* manu liberati sunt , quando religio Judæorum videbatur vergere ad interitum , & templum turpissemè profanarum fuerat. A Romanis *Pompeji* adventu subjugati , nihilominus retinuerunt facultatem colend *Iehovam* juxta legei suam : atque ita permanxit *visio usque ad statutum tempus* , Deo eam protegente , & res mundi ad id moderante. Nec tantum conservata fuit *visio* inter graviores persecutions , sed etiam inter heterodoxos Judaicæ gentis contribules ; ita ut nullæ impiorum in populo hæreses eam potuerint è medio tollere. Pudefacti enim sunt *impis* istius temporis servatis fidelibus : & postea inter sectas *Sadducæorum* & *Pharizæorum* conservavit Deus orthodoxos , sperantes redemptionem Messiæ , *Luc. 2: 38.*

2. *Tempus προθεμας* (*Gal. 4: 2.*) est τὸ πλήρωμα τῆς χρόνου , quod venisse suo tempore affirmat (*ibidem* vers. 4.). Paulus : vocatque τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν . *Eph. 1: 10.* & τὰ ἐσχάτα τῶν ἡμερῶν , *Hebr. 1: 2.* Hujus præstituti temporis initium venit cum fine reipublicæ Judaicæ , cuius rei historiam plenariò enarratam vide ad *Cant. Mosis* ; & ne quis dubitet ex mente Spiritus Sancti tempus benevolentiae & tolerantiae divinæ ultra eum terminatum se non portigere , notet strictiorem temporis definitionem , & cum hac scripturâ concordam , quam postea fecit Daniel , *cap. 9: 24.* & s. qui ait , *Lxx Septimanias decisas esse super populum Danielis & civitatem sanctam* , ad obsignandam visionem , à quo tempore finito notat Deum abruptâ œconomia tolerantiae effusurum iram suam in populum , quando per populum principi-

principis advenæ urbem & templum deleret: additque Angelus apud Danielem id excidium fore *consummationem* & decimum sine spe restitutionis. Hinc palam fit visionem hanc se non porrigeret ultra predictam illam rerum Judacarum confirmationem. Rebus proinde ita inter se collatis necessè est, ut doctrina euangelica rectè affirmet sub euangeli iunctiis venisse tempus statutum, priorisque finem: quia & finis venit cum consummatione, & ob signata fuit ante eum visio.

3. Venit etiam Christus prædicans & euangelium proclamans haud diu *antes finem* illum: imò *veniendo* venit, (plus quam uno gradu) in personâ Iesu, filii Mariæ, quem representat ut Christum historia euangelica. Negari nequit eum sub imperio Augusti natum, atque ita primo gradu venisse, dum primum orbem ingressus est: fatetur id auctor Chronicus Iudaici, cui titulus *Izemach David*, ubi scribit *Iesus Nazarenus natus est in Bethlehem Juda, que distat Hierosolymis leuè unâ & dimidiâ, anno 3761 à creatione mundi, 42 imperii Cæsaris Augusti.* Nec dubium, quin in publicum prodierit triginta annos natus sub Tiberio, prædicans & proclamans euangelium regni cœlorum, incipiente ejus prodromo anno Tiberii decimo quinto, *Luc. 3: 1.* Ast dicunt Iudei: ille mentitus est sé esse Christum filium Dei. Verum contra promisit Deus eum, qui in tempore esset venturus (*prope finem prioris temporis*) non fore mendacem, quippe qui esset testis fidelis, quicquid non veniret post definitum terminum. Hinc collige, quod si ille, justo ex loco & familia oriundus, venerat in tempore, eum oporteat aut eundem esse, quem venturum promiserat Deus: aut alium. Ast ante finem reipublicæ Iudaicæ nemo cum præconio regni cœlorum & salutis adductæ venit præter Iesum: qui ergo solus ille est, quem promissio indicavit, atque

que hic loci designavit. Si dicant tempus quidem præterlapsum fuisse; aut in aliud tempus dilatum esse ejus adventum; repono Deum solenni hoc oraculo fidem suam interposuisse, quod non tardaret adventum, aut in aliud tempus transferret. Imò veniendo venit, quando absoluto præconis ministerio ex mortuis redivivus prodiit ex sepulchro: tunc enim in gloriam ingressus, venit in regnum suum, multis indicis manifestans sibi potestatem fuisse dataim in cœlum & in terram. Quam rem multorum testimoniis confirmant Scriptores N. T. Hilce gradibus adventus Christi accessit quartus, quandò venit cum judicio contra Iudeos, à quibus in die exterminii populi vindictam sumpfit.

## SECTIO ALTERA

### *Ecclesiæ certamina & Hostium judicia continens.*

#### *Analysis.*

§. I. **S**equitur (post oraculi, in tabulis exposendi, dictamen) ulterior institutio, quâ Propheta noster à Deo porro de regni Christi certamine, & variorum hostium judiciis, gradatim infligendis, donec tota terra se Deo regi cum silentio subjiciat, edocetur. Hanc institutionem concipio, ut à priori dictamine distinctam, & ut verbum, non in tabulis scribendum, sed isti dictaminis subnexum; ad ulteriore justorum institutionem, quâ

quā de potenti regni Dei defensione erudiantur, spectans. Spontē patet hunc sermonem cohærere usque ad capitū finem, & divelli non posse; atque totam orationem nimis protractam esse, quam ut pervadens sine cursus suspensione legat: unde evidens est verbum in tabulis non perrexisse ultra ea, quae vers. 3. sunt comprehensa: cætera sequentia ad verbum institutionis spectare, quod ore promulgandum erat.

§. 2. *Argumentum sermonis* continet *six species combinationum*, adversus *six genera hominum*, graviter peccantium, definitas: quorum judicia totam terram ad silentium, & agnitionem regni Jehovæ (quod conclusio palam evincit) adducerent. Hæc judicia concipi debent à Deo ecclesiæ suæ vindice profectura, atque ejus adversarii immittenda, ut tandem homines se euangelio opponere desinant, qui solus character est ultimi temporis regni Christi, quandò omnia regna erunt Dei & Christi. Unde sequitur judicia illa interponenda esse inter proclamationem euangeli primam, & ultimam ecclesiæ Christi periodum.

1. Combinations illæ continent hæc judicia,
  - a. Separationem Judæorum infidelium à credentibus. vers. 4.
  - b. Subactionem Monarchiæ adversariæ, ad liberacionem ecclesiæ à persecutionibus procurandam. vers. 5-8.
  - c. Refrænationem fastuosi œconomi, qui sub specie ædificationis ecclesiæ omnem potestatem ad se raperet. vers. 9-11.
  - d. Judicium adversus civitatem, regno Dei oppositam. vers. 12-14.
  - e. Judicium contra violentos & callidos piorum circumventores. vers. 15-17.

ζ Damnationem eorum , qui iconolatriam paliarent. vers. 18 19.

II. Exitus scenæ ponitur in universali terræ sub regno Dei submissione. vers. 20.

§. 3. Hujus *institutionis usus* foret , ad spem fideliū ab insigni errore liberandam , quo sibi videbantur cum primo Christi adventu plenariam spondere pacem & prosperitatem ; quasi immediatè ab illa primâ euangelii promulgatione totus orbis ita occuparetur , ut nemo se opponere ausit. Nunc contra erudiuntur post varia certamina regnum illud demum credentibus ingrediendum fore ; ita ut interim Deus potenti suâ defensione adversarios ecclesiæ certis temporibus confunderet , atque intercedente eorum judicio & suos conservaret , & obloquentes ad silentium redigeret. Ita illis cognoscere licuit vicissitudinem luctæ ecclesiæ unâ cum judiciis opponentium ; quæ perseveraret usque in illud tempus , quo vis veritatis omnes cogeret obmutescere , quoque nemo non observaret Dominum sedentem in sanctuario suo. Credo equidem omnia illa emblemata & ænigmata non ita speciatim fuisse intellecta à credentibus istius temporis : attamen suffecisse huic scopo generalem rerum perceptionem existimo , quâ , non statim à Christi adventu omnia fore lata tencant : verum totum hunc *orbem* per intercedentia in opposentes judicia *ad universalem illam subjectionem* , non nisi gradatim perducendum esse tredant. Neque præter causam seriem eorum judiciorum subjungi , & definito numero enarrari facile observabant , sed ut eo commodiùs teneant varias fore ecclesiæ luctantis , antequam plenariâ pace & requie fruatur , periodos , non sine gravioribus fidei certaininibus transfigendas.

## SUBSECTIO PRIMA

*De separatione infidelium à fidelibus inter Ju-dæos.*

*Analysis.*

§. 1. **R**ima institutionis prædictio nos monet de differentiâ inter credentes & fidem eu-angelio negantes , atque ea notat , quæ separationem includunt inter utramque partem , ira ut quidam sponte sint facturi secessionem , qui vitâ spirituali destituti non haberent partem cum viventibus.

§. 2. Duo hic notantur hominum genera , antea quidem sub uno populo comprehensa : verum ex diverso ingenio & intellexu dissidiis , in separationem erumpentiibus , distincta ; quorum haud eadem sors foret in adventu Christi ad regnum & judicium.

1. Sors sese subtrahentium dura.
2. Sors credentium læta , cum exemptione ex judicio.

§. 3. *U*sus est , ut teneant se ab adductione salutis rectè sperare liberationem à commixtione populi carnaлиs ( quæ fidelibus per multa secula fuerat gravis & molestia ) cum Christi adventu haud dubiè præstandam.

## EXPOSITIO LITERALIS.

Vers. 4. *Ecce subduxit se , cuius non est recta anima in ipso.*

§. 1. Mirum , ut Judæi circa hoc colon cæcutiant ; aliis exponentibus ; *ecce avida est & cupida , & non est recta anima ejus in ipso :* idque applicantibus tanquam de Nebucadnezare dictum , quasi ille accusetur ab *animâ* , cupiditate fervente , atque inflatiabili , quæ nunquam putet satis esse , quod adepta est , ac propterea non recta est , sed perversa *in ipso* . Alius explicantibus ; *cujuscunque anima non est recta in Deo , illi non credens , extollitur & elevatur ; cujusmodi volunt animam Nebucadnezaris , qui adeò elatus erat , ut malum non pertimesceret : cum humilis sit justus , animum habens timore Dei prostratum ; quare infide suâ victurus est , & à malis (impio præparatis) eruendus.* Illud dici volunt de Nebucadnezare ejusque nepote Belzafaro superbo , & perfido , qui , quod divinis oraculis non crederet , elatus , & in superbiam erectus à Persis & Medis occisus est . Hoc de Israëlitis dici autumant captivis , quod Deo credentes in fide suâ à gladio Persarum & Medorum , nec non ex ipsâ captivitate , liberarentur . Sunt etiam inter Judæos , qui verba ista in hunc modum & sensum intorquent , ut mens sit ; quisquis prudentiæ suæ confidit , suisque cogitationibus fretus est , *ejus anima assiduo caligabit , & in obscuro versabitur , neque in ipso recta erit , quippe homo futurus nunquam certus ac securus , sed perpetuo dubius , & in confusione perturbationeque animi victurus . At justus homo , qui Dei opera justa esse*

esse credit, neque iis aliquid inesse perversi, is in hac fide suâ vivet, ab omni fluctuatione liber. In quibus eos notari volunt, quorum nomine disceptaverat Propheta rationibus, ex humana prudentia depromptis, atque quæstionem, cur Deus impio benè esse patetur, & justos ab eo vexari permitteret? discusserat. Verum hisce opponimus 1) Oraculum respicere ulteriora tempora; ducit enim nos coherentia ad tempora Christi, quando Christus (ut præco euangelii) Dei consilium exposuisset: tunc enim monet fore alios, qui se subducerent; alios verò, qui crederent. 2) Scopus exigit, ut exponat separationem populi carnalis à credentibus, & quomodo pars refractaria incideret in justam Dei iram. 3) Ex lege oppositionis evidens est, quod hi justis ex fide opponantur: cumque justi concipientur ex fide in illum præconem ejusque præconium, quod tantummodo temporis euangeli consonum est: oportet ut qui his opponuntur, tanquam se subducentes, sint ejusdem temporis, & concipientur ut fidem suam præconiisti non submittentes. 4) Ex emphasi verbi *subducendi* patet notari eum secessum, quo hæc tenus conjuncti in uno populo, tandem separarentur à se invicem, non habituri amplius communionem inter se. Hinc Paulus hæc dicta applicat Hebræis sui temporis *Hebr. 10: 38. 36.*

*S. 2.* Describitur homo *cujus anima non recta est in eo.* Quidam sumunt hæc verba per modum prædicati; nec eodem modo legunt. *Vulgata* vertit, *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semet ipso;* ut notetur in subiecto *incredulitas*, eique tribuantur mala facta, quæ ex corde fide destituto provenire solent: atque ita sensus foret eos ex incredulitate prolapsuros in multa alia crimina. *Lxx* vertunt, *καὶ εὐδοκεῖ ἡ ψυχὴ μα τὸν αὐτῷ.* *Non complacabit animæ meæ in ipso:* prout

prout etiam Hieronymus in suis commentariis exponit hunc locum. Paulus hanc lectionem τὸν LXX etiam representat, Hebr. 10: 38. Aquila apud Eusebium vertit σὰ ἐὐθεῖα ἡ φυχὴ μη ἐν ἀντῷ: anima mea non recta in ipso. An illi legerint in codice suo נפש נפש pro? ut quidam volunt, nescio. Forte illi mentem dictorum magis quam verba exprimere voluerunt: anima enim non recta, animæ Dei displicet; ut dicatur talis non multum refragemur, nihilominus magis convenire putamus verborum simplicitati, si in iis descriptionem subjecti agnoscamus, ut inter se opponantur, cuius anima non est recta in eo, & qui justus est ex fide ejus: sicut & prædicta opponuntur, dum ille cernitur se subducere in propriam perniciem: hic vero vieturus dicitur, & sic credere ad salutem.

§. 3. *Anima*, שׁדַּל, notat sedem anoris, desiderii, & cupiditatis. Hinc in summa legis scribitur, Deut. 6: 5 Amabis Deum tuum ex totâ animâ tuâ. Confer תְּאֵנָת נֶפֶשׁ Jes. 26: 8. 9. Concupiscentiam animæ. Includit vox porro intimam mentis dispositionem & sententiam, opposite ad hypocrisin et externam oris professionem: qui enim se discipulos legis et Mosis profitebant, atque ex Prophetis speim regni Christi jactabant, debebant ita animo sentire, idque pro rei dignitate desiderare, & cum res desiderata adesset eam intimo amore complecti, agnoscentes in ea quod Iesu præfigurabat, et Prophetae promiserant.

§. 4. Jam contra culpat in quibusdam, quod anima eorum erat (לא ישרה) non recta; quale hominum genus alias vocatur progenies perversa, Deut. 32: 5. Psal. 125: 5. Negatur animæ rectitudo, quæ non recte sentit, amat, cupitque, nec recta facere intendit.

dit. Quæ à vero & summo bono aberrat, umbram corporis loco præeligit, et ritibus externis libertatis tempore adhæret. *Anima* ergo eorum *non recta* meritò dicitur, quæ pravas de fœdere gratiæ, de ejus mediatore, deque regno Christi fovet opiniones; quæ ob viarum perversitatem veram viam salutis non amans ad falsam inclinat, atque contra veritatem se obfirmat: quæque perversos animi motus, non rectè erga Christum animata, concipit, dum externæ terræ Canaanis requiei sola incumbit, terrestria præ cœlestibus cupiens; atque pro suâ opinione adversus regnum Christi orbem concitat. Quæ omnia solum fundantur in hominum *infidelitate*. Proin sicut alii *justi* forent *ex fide*, jure civitatis gaudentes in regno Christi: ita alii forent *improbi*, jure civitatis destituti, qui *non credentes*, nil rectè facerent. Nota etiam negationem hanc, vehementem includere negationem, ut *non recta* audiat, quæ *perversa* est, & *improba*, pessimè erga eum *affecta*, cum odio nominis ejus, & summâ animi averstione à Christo. Dein notandum antecedens comprehendere suum consequens: quod enim non est *rectum in se*, & ad normam haud compositum, id etiam non est *rectum in oculis Dei*, seu Deo placere non potest, ullove modo à Deo approbari; quod respxisse videntur Lxx, in suâ versione supra notatâ.

§. 5. Additur **¶** in eo. Variant interpres circa hanc *particulam relativam*, an referri debeat ad personas peccantes? num verò potius ad *objectionem*, circa quod peccarunt? Vulgata versio ad peccantem refert, quando transtulit *in semet ipso*. Verum tunc videtur hoc additamentum superfluum; *animam* enim increduli notans, accusat intrinsecam hominis dispositionem, ut nil amplius sensui dictorum adjicere possit hoc additamentum. Melius itaque illi sentiunt, qui relativum

referunt ad præconem & præclamatorem euangeli; & vertunt erga eum: sicuti præpositio כ, quando cum verbo affectus seu benevolentia construitur objectum amoris denotat, 1 Chron. 29: 3. Eleganter belgicè dixeris, *wiens* Diele hem niet regt gesind **is**; Latinè non rectè affecta erga eum: dum illi debitum amorem, fidemque, & honorem non solum non defert, sed detrahit. Qui autem testi veraci non cedit, quod ei debet, ille testimonium ejus non recipit, atque adeo *neque illi, neque testimonio ejus credit*: quod foret crimen Judæorum, saliem quibad magnam eorum partem, ut ex Prophetis obseruavimus ad cap. 1: 5.

§. 6. De omni animâ, non rectè erga eum affectâ, dicit **הנה עפלת** ecce subducit se. Vulgata versio, ecce qui incredulus est; ast illa sensum verbi non exhaustit. Hebræi si superberierit, aut avidus & cupidus fuerit, aut caligaverit; verum & illi palpant in tenebris. Lxx οὐαὶ ὑποσείληται, quod retinet Apostolus Hebr. 10: 38. Quid autem hoc verbo significare voluerint, patet ex aliis locis. Hag. 1: 10. legunt καὶ ἡ γῆ ὑποσείλεται τὸ ἐκφόρια ἀνταῖς & terra subducet fructus suos, ubi in textu Hebreo est **כל** sensu cohibendi. Deut. 1: 17. οὐ μὴ ὑποσείλῃς πρόσωπον ἀνθρώπῳ, ἔτι κριτικῇ θεῷ εἰσι. Non subterfugies faciem hominis, quia iudicium Dei est. Sensus est, non vereberis perfidiam hominis, ut te ex mctu subtrahas à iudicio justo ferendo: ubi responderet verbo **רִבְגַּת**. Paulus eo verbo utitur Act. 20: 27. εἰ γὰρ ὑπεξειλάμην τὸ μὴ ἀναγγειλαὶ ὑμῖν πᾶσαν τὴν βελήν τὴν θεῦ. Non enim subterfugi, quo minus annunciarerem vobis omne consilium Dei. Verbum hebraicum sub hâc formâ ἀπαξ λεγόμενον, nisi quod in formâ Hippili semel etiam inveniatur Num. 14: 44. ubi *Lud. de Dieu*

*Dieu* notat verbum **לְעֵל** arabice significare mentem à re aliqua aut personā avertere, & subducere: hinc negligere & contemnere. *Cf.* *Coccejus* putat, quia **עַפְל** collem notat, verbum hoc inde derivatum esse, atque ex hoc etymo significare, *collem petere ad securitatem*. Neque *Calvinus* rejicit eorum sententiam, qui expoununt, *quod querant aream increduli, ubi se se muuant*. Vult *Cf.* *Coccejus* vaticinium clanculum respicere montem Moriam, qui tantum *collis* erat, cuius etiam pars vocatur *Ophel*. *2 Reg. 5: 25.* *2 Chron. 27: 3.* *33: 17.* *Neb. 3: 26.* *27.* Unde universus mons templi *Ophel* vocatur. *Jes. 32: 14.* *Mich. 4: 8.* Probat *Cf.* *Coccejus* verbum ὑποσέλασθαι etiam apud Græcos idem significare ex *Polybio*, qui libr. iv. scribit ὑπὲρ τὴν παρώρειαν ὑποσείδαντες ἐμειναν. Nota etiam, illud verbum poni in foeminino, ut subintelligatur *anima*, vel in constructione respiciatur: ut sensus sit, cuius anima non est recte affecta erga eum, ea subterfugiens se ad *Ophel* recipit, eique adhærescit. Metaphora est, quā Christus proclamator euangelii regni, veniens etiam ut belli Dux, expeditionem suscepturus ad orbem hæreditandum, proponitur, ut expeditionem illam militans; in quo cåsu multi forent increduli, qui licet vidērentur respectu originis suæ ad exercitum ejus pertinere, nihilominus sc̄ ei non adjungerent, sicuti milites sese subducentes, & profugi, iam ad aliud munimentum se recipientes, ex quo le, si repetantur, tueri possint. Talis subductio alias à prophetis notatur, ut apostasia populi, *Jes. 48: 8.* *53: 8.* *Dan. 9: 24.* Ita foret, ut *Judæi*, regnum Christi spernentes, & conjunctiōinem cum gentibus superandis in libertate respuentes, negarent cultus Levitici desertionem, temploque adhærentes sibi persuaderent ibi tutissimum ipsis fore ad-

versus repetentem munitum. Veritates itaque propheticæ hic sunt. 1.) Templum cum cultu Mosaico ex sententiâ aberrantium ab iis , qui Christum lapidem non agnoscerent , electum iri in tutissimum adversus iram Dei refugium. Conf. Jes. 28:15-21. 2.) Hoc refugium ab iis præclarum iri præ ipso Christo ; qui hoc ipso sperneretur ; nam hunc , semet subducentes , rupem salutis esse abnegarent , Deut. 32:15. & verum populi Sanctuarium (Jes. 8: 14) in ipso non agnoscerent. 3.) Adde istius criminis reos fore multos ex Judæis , & præcipue ex Sacerdotibus , populum ad illam subductionem in collem Moriae invitantibus , & lapidem angularem , veri templi fundatum , rejicientibus. Psal. 118: 22.

§. 7. Hi subducentes sese , & ad collem cum aliis recipientes , in visione monstrantur ipso subductionis actu occupati , quod notat vocula Ecce : ut in repræsentamine aliquo divinitus oblato coram cernere licuerit homines Judæos , se à præcone ad expeditionem faciendam accincto avertentes , & templi fiduciâ ad montem templi , tanquam ad munitum confugientes , dum sibi à loci dignitate auxilium Dei (licet non sine insigni animi temeritate) spondent. Hinc phrasis in præterito pro præsenti , aut actione nuperâ , & nondum consummatâ venit. Nisi potius velis servandum esse præteritum , & in phrasi irrisionem agnoscere seu sarcasmum ; atque tunc in visione erit repræsentamen judicii eorum , & elusæ fiduciae carnalis ; quandò licuit in præfiguratio-ne vastationis templi & urbis videre , quis sit exitus eorum , qui sibi evasionem sponderant in urbe & templo : & quam vanam expectaverint fiduciâ carnali ab hoc colle conservationem , qui rupem salutis dereliquerant. Sicuti & Psal. 52: 9. dicitur ; ecce vir , qui non

*non ponit Deum arcem suam, & confidebat in amplitudine divitiarum suarum, scilicet eradicatur ex terrâ viventium, confer vers. 7. 8. Sic fit indigitatio justi exitii.*

*Ast justus in fide illius vivet.*

*S. 1.* Hisce opponitur felicior justorum credentium fors: unde *vau copula* potius vim particulæ adversativæ exercet, ut sèpè alibi. *Conf. Cant. 3: 8.* *Ecl. 1: 4.* *Zeph. 1: 13.* Commendatur hic *fides ad justitiam & vitam.* Huc spectat ex antiquâ Judæorum catechesi profluxa traditio, quâ varia pietatis officia in varia capita divisa, ajunt à prophetâ nostro ad unum titulum seu præceptum fuisse revocata, quando dixit, *justus in fide ejus vivet.* Locus extat in tractatu Thalmudico *Maccoth*, seu de plagis. *R. Semlai docet.* *Sexcenta & tredecim præcepta* tradita sunt *Mosi in Sinai.* *Venit David,* & rededit ea ad undecim *Psal. 15.* *Venit Jesaias,* & rededit ea ad sex *Jes. 33: 15.* *Venit Micha,* & rededit ea ad tria *Mich. 6: 8.* *Venit Habakkuk,* & rededit ea ad unum *Hab. 2: 4.* *Et justus in fide ejus vivet.* Glossa *R. Salomonis* in causam inquirit, cur ita gradatim prophetæ diminuerint præcepta, idque tribuit humani generis accrescenti imbecillitatibus: *In principio enim (inquit) fuerunt justi, qui erant potentes ad suscipiendum jugum præceptorum multorum: sed generationes novissimorum quod attinet, non fuerunt justi in iis omnino tales.* Quare si venissent adob-servandum omnia præcepta illa, non fuisset tibi homo, qui posset justificari. Auctor libri, cui titulus *Sepher Ikkarim*, adductus in procēmio pugionis fidei p. 74. In mentem diminuentium inquirens ait. „ Unusquis-

„ que Prophetarum intendebat generalia , multa legis  
 „ præcepta completentia facere , virtutesque honestas ;  
 „ ut hominum usus est , quo per ea assequeretur homo  
 „ magnum perfectionis gradum . Cum enim difficile  
 „ sit omnem hominem sibi ipsi imponere 613 præcepta :  
 „ imo vix possit unum præceptum exequi omnino si  
 „ cut oportet , juxta id , quod exposuimus supra in  
 „ hoc libro ; omnes Prophetæ intendebant generalia  
 „ facere , quibus gradus perfectionis magnus acquire-  
 „ retur , proximè accedens ad gradum , qui datur pro  
 „ observatione omnium præceptorum , etiam si ad æqua-  
 „ lem gradus dignitatem non perveniret . Celebrissi-  
 mus Judæorum docto<sup>r</sup> Isaac Abarbanel. in tractatu Rosch  
 amana seu caput fidei , cap. 24. mentem dicti Thal-  
 mudici exponens , quo ajunt totum Israëlem partem  
 habiturum in futuro seculo : dicit ex mente veterum ,  
 ad consequendum futurum seculum , non necessarium  
 esse homini , nisi ut sit ex filiis Israëlis , ambulantibus  
 in lege domini , atque idcirco ( dicit ) premo orna-  
 bitur , ac justus fide ejus vivet . Hab. 2: 4. Hinc mo-  
 net Misnico<sup>s</sup> non excludere nisi peccantes cum propo-  
 sito , & negantes tria dogmata fidei , resurrectionem  
 mortuorum , legis divinam originem , & existentiam  
 Dei ejusque providentiam . Ex hisce intelligimus ,  
 quanti momenti sit divinum hoc effatum , etiam Ju-  
 dæis consentientibus ; utque in eo , dum homo legem  
 perfectè servare non potest , inveniatur via compendio-  
 sior , quæ homini , licet non perfecto<sup>s</sup> , spem salutis  
 repositam indicet in fide . Author libri Ikkârim libr. 1.  
 cap. 21. in eam mentem scribit , quod fides sit causa  
 beatitudinis , sicut & causa est vitæ æterne , juxta illud Habakuki , justus ex fide ejus vivet . Additque hæc  
 non designare vitam corpoream , quia nec justus secun-  
 dum

dum eam plus vivit, quam impius: sed significare vitam æternam, quæ est vita anime. Vide Vosin in proœmio pugionis fidei p. 133.

§. 2. Subjectum istius effati hic in antecessum definiendum est, quoad ejus amplitudinem: differunt enim Interpretes, dum alii verba in fide nectunt cum prædicato, ut *justus* simpliciter faciat subjectum, cuique tribuatur *ex fide vivere*: alii vero illud in vel *ex fide* referunt ad subjectum, ut illi, qui *ex fide justus est*, tribuatur *spes vitae*. Optimi codicis accentuatione suâ vocem נָמַנְתִּי acceptu distinctivo notant, & vocem יְהִי conjunctivo, atque adeo referunt vocem illam ad subjectum. Monet tamen Cl. Coccejus alios interpungere cum voce *justus*, & jungsere, in fide ejus vivet. Qui hoc sequuntur, sensum attenuant; tunc enim *justus* quis dicitur, qui *juste vivit*, & inculpabilis coram hominibus est, quem cum victimum dicit *ex fide*, negat eum spem vitae habere ex illâ suâ probitate, quam homines laudant, sed *ex fide*, ut vita non detur *ex justitiâ operum* sed *ex fide*: quæ quidem vera & sanâ sunt; sed rem per ambages dicunt. Putamus nos potiorem esse Junii aliorumque sententiam, qui hic respici exemplum Abrahami putant, de quo legimus Gen. 15: 6. & creditis Abraham Deo, & reputavit id ipsi justitiam, ubi ejus justitia derivatur ex ejus fide; & *justus* concipitur coram Deo; credensi id justitiam reputante. Ita quoque Juðæi antiquiores: nam in Rabboth, elle Schemoth lect.

23. auctor ita fidem hanc comparat cum fide Abrahami, de quâ loquens ait **הִיא חֲטֹנָה יִשְׂרָאֵל נָחָלָן בְּהַכְתּוֹב אָוֶר וְצֹדֶק בְּחֲטֹנָתוֹ יְחִיה illa est fides, quâ Israël hereditatem obtinet: de quâ scriptura dicit, *justus fide ejus vivet*.** §. 3.

¶. 3. Commendatur hic *fides*, quæ in textu appellatur **אמון**; hæc vox propriè *sustentationem* sive *gestationem* significat: hinc *fidem*, quâ quis se alteri *gestandum* aut *sustinendum* committit, atque in illo *reclinat* (*Ies* 10: 20. 50: 10.) recumbitque, secundum *verbum ejus*, nihil dubitans. Respicit *testem & testimonium*; ultimum recipit ut *verum* propter prioris *auctoritatem*, de quo persuadet sibi, quod *non mentiatur*: & si quid sit in eo *testimonio* quod sibi bonum est, ad id tendit, hoc desiderat, atque id sibi in *via assignata* spondet. Hic loci procul dubio respicit *testimonium de dono justitiae ad vitam*, quod *contextus probat*: cuius rei *testis* (vers. 3.) *descriptus fuerat ut proclimator, qui non mentiretur*: cui tuto & sine *hesitatione* credere non posset solum, sed etiam deberet, quisquis *ejus verbum audiret*. Hæc demum est *fides illa salutifera*, peccatorem *justificans*. Est quædam *fides*, quâ *credas verum esse*, quod *qui fecerit precepta bona, vivet in eis*. Ast ea non *justificat*; quia *juxta istam legem fecisse* demum *justificat*: qui enim ea non fecerit, eum hæc *fides* *damnat*: quoniam cogitur qui per eam legem *damnatur* credere, se *damnatum esse*. Ergo *fides*, quæ *peccatorem justificat*, est *non operantis*, sed se *reum fatentis, & credentis in Deum, qui justificat improbos*: neque alia *fides* post *introductionem peccati in orbem spem vitæ facere potest*; cum nemo ab hinc *justus esse possit ex operibus*. *1 Reg.* 8: 40. *Psal.* 143: 12. *Eccl.* 7: 20. & per consequens nemo *salvari nisi intercedente remissione peccatorum*, quam Deus ex gratiâ promisit ad *salutem*, *Psal.* 32: 1. 2. ut hæc sit demum *fides justificans*, quæ credit Deum *gratiosum & misericordem*, peccata *remittentem omnibus*, qui ad eum cum debitâ *resipiscientiâ confugint*.

§. 4. Affixum (voci אָמַנוּת adhaerens) in אָמַנוּת non uno modo vertitur: cum enim demonstrativum sit tertiae personæ, & referri possit vel ad *subjectum* possidens, vel ad *objectum* obversans, in quod actio tendit; alii, primam relationem præligunt, vertuntque *fide suā*, id est *fide*, quā ipse credit: alii, secundam relationem præferentes legunt *fide ejus*, id est *fide*, quæ tendit in testem & proclamatorem supra memoratum, ei, tanquam testi veraci, ad stipulando, & se ei ad *justitiam & salutem* acquirendam committendo. Utra versio melior sit, videamus.

- 1.) Prior videtur frigidior, cum nemo dubitet, quin quilibet credens hāc *fide suā* tantum suam eripiat animam, non verò alterius: & nemo ex alterius *fide* justificetur. Ast magis emphaticus est sensus, qui edocet nos fidem justificantem esse *fidem in Christum*, ut causam *justitiae & salutis*.
- 2.) Hic sensus etiam scopo convenit; quoniam jam Christum commendaverat, venturum ut testem veracem, qui non mentiretur: nunc locus est ostendendi, quinam ex *eius* adventu debitum carperent fructum; nempe qui *in eum crederent*: eos enim postessuros *justitiam ad vitam*.
- 3.) Hunc sensum postulat oppositio; qui enim à vero fructu adventus Christi excluduntur, illi notati fuerant à pravo *in eum* affectu: his opponitur, qui *in eum crederet*, atque ita recte erga eum esset affectus: ut *fides in eum* concipiatur tanquam *rectitudo animæ erga eum*, de ipso recte sentiens, eumque recto desiderio expetens. Nota affixum illud (pronominis demonstrativi vim exercens) æque facile objectum actionis notare, quam subjectum. Vide Glassii Gramm. p. 108. Nos hinc docemur, hanc *fidem*, (in scripturis commendatam) pro objecto habere etiam *Christum*: non tantum ut *testem veracem*, de cuius veritate & fidelitate

haud erat dubitandum : nam ita tenebatur Istaël etiam in Mosen & Prophetas credere (*Exod. 14: 31* *19: 9.* *2 Chron. 20: 20.*) quanto magis in prophetam sumum (*Deut. 18: 18.* *19.*) qui non mentiretur , vide ad vers. 3. Sed quam maxime ut *Jehovam iustitiam nostram* , cui nos decet animam nostram committere *ad salutem* ; ita enim in eum credendum est , sicuti in Deum ; quoniam proponitur ut *rupes salutis* *Deut. 32: 15.* Quâ talis autem hic spectatur ; quia foret *proclamator* eorum , quæ per verbum *visionis* jam ante fuerant *promissa* , & à sanctis in spiritu & in figurâ *prævisa* : ast quænam erant illa , quam quod *Deus veniret* ad populum suum , suamque gloriæ ita præberet conspicendam omni carni , ut dici posset ecce *Deus vester* : & hic est *Jehovah iustitia nostra* , *Jes. 40: 9.* *Jer. 23: 5.* *6.* Nil dubitandum , quin Christus , prophetam agens , simul se sisteret , ut venientem cum *iustitiâ illa seculorum* , quam nemo præter eum adducere aut potuit , aut debuit , *Dan. 9: 24.* coll. cum *Jes. 62: 11.* *63: 1.*

§. 5. Qui ita credit , audit *justus* (confer quæ de hoc nomine diximus ad cap. 1: 4) sed *justus fide ejus* : ita subjectum enunciationis restringitur : *justus ex operibus legis* alio modo concipitur *justus* , quam qui talis dicitur per fidem in Christum . *Iustitia legis* describitur apud Mosen , ut exigenda ad hunc canonem , qui fecerit illa homo , vivet in eis , *Lev. 18: 5.* , qui canon repetitur *Ezech. 20: 11.* Nec non ad alterum , huic oppositum , qui pronunciat (*Deut. 27: 26.*) *Maledictum omnem* , qui non permanet in omnibus , quæ scripta sunt in libro legis , ut ea faciat . Verum , cum talis *justus* non sit in hominibus ex muliere natis : hic indicatur alia *justitia* , quæ est *fides* , à quâ *justi* nomi-

nan-

nantur, qui cum Abraham credunt Deum ipsis esse clypeum, & mercedem magnam valde. Quasi dicat, qui ad exemplum Abrahams iustus erit fide ipsis, licet non sit iustus ex operibus, ille vivet. Talis iustus dicitur in morte receptionum habere, Prov. 14: 32. Phrasis זֶדְיקָה בְּאַכְזָנָה veritatur aliis iustus in fide, hoc est, qui credit, seu in fide est, atque ita inter credentes cum iis unicè se recipit ad Christum, eum ut unicam causam juris quærens. Alii vertunt iustus fide, seu per fidem ejus; notantque ั inter præpositiones communiter notare instrumentum Gen. 9: 6. Exod. 24: 21. Num. 12: 2. Jud. 7: 7. &c. Proin tenendum, quomodo quis, in se reus, per fidem potuit iustus fieri, seu jus accipere ad vitam? ut in foro Dei æquè iustus agnoscatur, ac si ipse omne jus legis adimpleret, & ita ipse iustus esset ex operibus. Hunc oportet, ut ius, per peccatum amissum, per fidem recuperet: quod, cum non inveniat in se, nec fides ipsa tam dignum sit opus, ut loco perfectæ obedientiae censeri possit (cum sic dissidentia sui, extra seculum confugium quærens, & rupi salutis innitens) oportet, ut solum rationem instrumenti seu medii habeat, cuius interventione iustitiam oblatam & aliunde allatam acceptando suam faciat. Sanè iustitia servorum Dei, qua coniectitur cum hereditate ex testamento Dei, dicitur ex Deo provenire: Jes. 54: 17. & Deus ipse Jehovah iustitia nostra. Jer. 23: 6. Ad Deum salvatorem alegamur, de quo Jehovah dixit, tantum in Jehovah esse iusticias & robior, inque eo iustificatum & gloriatum iri Israëlem. Jes. 45: 21-25. ut in eo solo & non extra eum ius vitae inveniat, qui illud per fidem quærit. Hinc in Psalmis professio fidei, quâ quis Jehovah dicit Deum iustitiae suæ; Psal. 4: 2. 143: 1. Quapropter

rem egregiè exponit Deus Hos. 2: 21. 22. dicens, *dēsponsabo te mihi in seculum; & dēsponsabo te mihi in justitiā & in iudicio, & in gratiā ac misericordiā, & dēsponsabo te mihi in fide.* Ubi nota in dote censeri *justitiam*, ut donum Dei; atque *fidem* se habere per modum adstipulationis, Deo.conjugium cum oblatione dotis postulanti, respondentis, atque illud conjugium spirituale cum Deo ita contrahentis, ut credens dotis *justitiae* fiat particeps. *Testis ille*, rem speratam proclamans ut præsentem (sub quā continetur *adductio justitiae aeternae* Dan. 9: 24.) etiam audit dōctor *ad iustitiam*, Joel. 2: 23. quam ille offerens; ut donum gratiae, *fides* accipit, atque acceptando suam facit. Cogita jam porro *Messiam* ipsum fore *justitiae* istius, seu juris donandi causam meritoriam, & facile concipiēs *fidem in eum* efficere, ut in ejus coniunctione ad spirituale conjugium inveniat donum *justitiae*. Hinc de Christo dicit Deus Jes. 53: 11. *In agnitione (id est fidei) sui justificationem faciet servus meus justus multis, & pravitates eorum ferendas suscipiet ipse: ponitur itaque agnitione Messiae, ut servi Dei justi (quod est fidei opus) ut necessaria ad justificationem: & qui hanc justificationem facit, ipse *jus illud* donat; & non communicat nisi cum credentibus: unde *beatus est qui libet, qui ad eum confugit*, Psal. 2: 12.*

§. 6. Notandum porro, quod cum *justus per fidem in Christum* nominatur, ille *omnis justus* declaretur, qui *in Christum credit*: nemine eorum excepto: sine ullâ gentium aut populorum differentiâ: ad hoc enim non requiritur circumcisio aut legis dogmatum observantia, sed *sola fides in Christum*: undē & Abraham ex fide *justificatus est*, cum adhuc in *præputio* esset; constitutus pater & exemplum credentium tam in *præputio*, quam in *circumcisione*.

§. 7. Prædicatum continet insignem promissionem, dum huic subiecto addicit vitam, dicens ΠΙΠΙ vivet. *Vita*, quam scriptura promittit ut magnum beneficium, justus proprium, est intelligenda ut per excellentiam ita dicta: atque enumeratur inter bona fæderis Dei cum homine, *Mal.* 2: 5. Hujus vita optionem Moses proposuit populo, *Deut.* 30: 15. Est hæc vita promissio legis operum, *Lev.* 18: 5. est eadem hic promissio legis fidei: atque fructus resipiscientiæ *Ezech.* 18: 23. Sanè vita, sic promissa, non est vita animalis, quia (ut §. 1. reftè monuit auctor libri fundamentorum) justus eam non plus vivit, quam impius, & ultimi saepe in hâc vitâ justis longè sint feliores, *Psal.* 73: 3-5. & 12-14. Nec etiam dicit immunitatem à morte corporali, quia nemo ab illâ sorte exemptus est (*Psal.* 89: 49.) atque hic idem eveniat justis ac injustis, ut ea sit lora omnis viventis, *Ecccl.* 9: 5. Hinc sequitur vitam spiritualem esse vitam illam, per excellentiam ita dictam, & non nisi justis credentibus addictam, quæ etiam vita æterna dicitur, & sempiterna, cum connotatione beatitudinis, *Psal.* 22: 27. 69: 33. Hæc autem in hâc terrâ incipit cum sanctimonîa & gaudio spirituali, in quibus est prægustus cœlestis beatitudinis: est enim vita in gratiâ Dei, *Psal.* 30: 6. Sed à morte consummabitur, ac præsertim à resurrectione ex mortuis, *Dan.* 12: 2. quæ vita sursum quærenda (*Prov.* 15: 14.) apud Deum, ubi est fons vita *Psal.* 36: 10. bonum amplum continet, reconditum & paratum *Psal.* 31: 20. ubi erit Satietas lætitiarum apud faciem Dei, & amœnorum, quæ in dextrâ ejus, *Psal.* 16: 11.

§. 8. Hanc vitam dum intueor, eamque hoc loco promitti, observo homini post lapsum speim vitæ restitutam. Facta erat spes vitæ homini recto & in paradyso

degenti per *arborem vite*: quæ vita feliciori isti conditioni adhuc solidiora & longè meliora bona superadderet, mutatâ terrestri conditione in cœlestem. Per peccatum amilla spes iterum fuit restituta verbo gratiæ, prædicentis *contritionem capitum serpentis*, seu abolitionem ejus, qui potestatem mortis per peccatum acceperat: quam spem vitæ, ut restitutam se percepisse ostendit *Adam*, cum uxori nomen à vitâ imponeret, additâ ratione, quod hinc *mater cuiuscunque viventis facta fuerit*, Gen. 3: 20. Hinc sæpius inculcata fuit illa spes restaurata sub promissione vitæ, Jes. 55: 3. Ezech. 18: 32. 33: 11. 19. Dein observò illam vitam spiritualem, tam hic quam in cœlis fruendam, esse opus Dei, gratiam suam & gloriam foederatis addicentis, undè in ejus laudes erumpit Psaltes, Psal. 36: 8-10 ille vivificationem ut opus suum spondet, Jes. 57: 14. Ezech. 37: 14. ille enim æque est auctor vitæ sanctificationis & consolationis Psal. 51: 14. quam glorificationis.

§. 9. Hæc *vita spes* tamen facta est solum *justis per fidem Christi*. 1.) Nexus est indissolubilis inter *justitiam & vitam*, quia justus est Deus, & *justitia* donata est jus *ad vitam*, Prov. 12: 28. 21: 21. quum tribunal Dei respuere non potest; quia tutum facit adversus omnem accusationem. Jes. 54: 17. Hinc sibi spondet pia anima, Psal. 17: 15. *Ego* (inquit singulari) cum *τρόπηντι*) in *justitiâ* videbo *vultum tuum*; *sicut abor*, cum evigilavero, *specie tua*. Conf. Psal. 119: 40. 2.) Facta est illa spes *credentibus*; sicut enim *fides* est acceptatio doni *justitiae*, quæ induvulum habet *nexus cum vitâ*: ita etiam *fides* per *justitiam* habet *connexionem cum vitâ ipsâ*, & certò exspectat beatitudinem, in cœlis consummandam. Saltem hic nexus est in

in dictis, confugium fidei cum beatitudine conjugentibus, ut videre est *Psal. 31: 20.* quod idem fidei adscribitur sub notione arripiendi & retinendi. *Prov. 3: 18.* & sub notione **ΠΛΟΥΣ** confidendi, *Prov. 16: 20.* 3.) Tandem notare oportet, vitam illam in sacris describi, ut per fidem querendam in Christo, qui sub nomine summæ sapientiae introducitur ut in hunc modum loquens. *Prov. 8: 35. 36.* Me inveniens invenit vitam, & impetravit acceptationem à Domino: qui verò peccat contra me, animæ suæ vim infert, omnes meo-dio habentes mortem amant. Hinc regi uncto, quem Deus filium suum genitum vocat, hoc datur testimonium; Beati omnes, qui se recipiunt ad eum, *Psal. 2: 12.* Dicit quoque Jchovah de lapide angulari, credens nem-pe in eum, non festinabit: id est non præcipitabitur, non pudet, ut is qui fugit; sed manebit cum hoc la-pide angulari conjunctus, atque in illâ coniunctione tutus ab omni malo, *Ies. 28: 16.* Saltem huic lapidi debet credens, quod permanens sit in conditione salutari, atque in ejusdem inædificatione inveniat receptaculum contra omnia mala. Nec mirum; cum Christus nobis ubique in scripturis comiendetur ut *rupes salutis*, omnibus se ad eum recipientibus salvatoris, *Deut. 32: 4.* 15. 37. ipie auctor salutis. *Psal. 68: 20. 21.* cūjus est dicere *Ies. 45: 21. 22.* Quis fecit ea audire ab ante? pridem id indicavit? nonne ego Iehovah? prater quem non est Deus. Deus justus & NB. salvans non est præter me. Respicite ad me & salvamini, omnes termini terræ..... Tantum in Iehovâ (dixit de me) iustitia & robur. Vide ut in ipso iustitia sint, qui solus dicitur salvans; & tantum in eo; utque salutem querens debeat ad ipsum respicere, credendo, ut salutem accipiat.

A U C T O R I T A S  
 O R A C U L I  
 Per  
 H I S O R I A M  
*Implementi asserta.*

§. 1. **V**Ideamus jam in historiâ, quænam præconium euangelii, seu adventum Christi cum euangelio regni, consecuta fuerunt; idque convenienter huic prophetæ. Prodierunt statim diversimodè de Christi personâ sentientes, dum alii *Iesum* de regno cœlorum loquentem, omnemque ejus rationem exponentem, lubenter audirent, eumque sequerentur sedulò: alii vero *ejus doctrinam*, utpotè suis præconceptis opinionibus ac præjudiciis minus consentientem respuebant, nec ejus miraculis se ad fidem adduci patiebantur. Priores facti sunt *credentes*, qui *Iesum* profitentes esse *Christum*, veram vitæ viam in ejus doctrinâ inveniri fide tenebant. Posteriores autem facti sunt *ejus inimici*; qui eum ut seductorem populi damnarunt; ejusque doctrinam de ratione salutis, peccatori spem vitæ exponentem, magnâ cum animi aversione rejecerunt.

**N**um priores rectè sentirent? fuerintque, quos Prophetia nostra *justos ex fide* pronunciat? id solum ex analo-

analogiâ doctrinæ Jesu cum nostro oraculo colligi potest: docuit ille peccatori resipiscenti spem vitæ æternæ esse repositam, atque contra Sadduceos doctrinata de resurrectione carnis, & vitâ æternâ strenue defendit; idque fecuti sunt ejus Apostoli; vide Job. 5: 28 29. Matth. 22: 23-33. & confer Act. 24: 14. 15. 1 Job. 2: 25. Tradidit eam vitam esse in se (Job. 14: 19. 11: 25. 17: 2. 3. Confer 1 Job. 5: 11.) & paratam esse credentibus in se (Job. 3: 16-18. 36. 5: 24. 14: 1-3.) ita ut non credentes sint damnates, & perituri, Marc. 16: 15. 16. Totam hanc causam ex mente Christi exponit Paulus in epistolâ ad Romanos, quam composuit per modum commentarii in hunc locum; fulcitur enim in te ostendere Romanis potentiam euangelii, eamque collocat in doctrinâ de Justitiâ fidei, quam spondet se expositurum juxta testimonium hujus dicti, *justus ex fide vivet*, Rom. 1: 16. 17. doletque eum, Judæos incredulos impegnâ in hunc lapidem, quod iustitiam fidei ignorantes propriam erigere justitiam studuerint, Rom 9: 31-33. 10: 1-4. Nec est, quod ostendant Judæi, Christianos non esse in fide sui recte sentientes, eo quod credunt in hominem: fidemque nostram solum tendere debere in Deum, atque ita nos ex homine Deum facere. Sanè in Christum prophetam non solum, sed & rupem causamque salutis ac iustitiae suæ credunt Christiani ex p'cepto Dei, spem viæ facientis credenti in ipsum, cum dicit *justus fide in eum vivet*. Nec in alium credunt, quam qui est filius Dei ab eterno genitus Psal. 2: 7. Prov. 8: 24. Mich. 5: 1. Nec tamen eum ex homine Deum faciunt, sed eum hominem credunt esse Deum manifestatum in carne 1 Tim. 3: 16. qui exinde profundus fuit Jehovah iustitia nostra, in quo sunt iustitiae & robier:

D. Huic orthodoxæ , & ex prophetis haustæ sententia contradictiones , *Iesumque blasphemæ* arguentes (quod se patri suo similem dixit , atque ex eo principio suam in salvandis peccatoribus potestatem habitudinemque derivavit) statim cum præconio nostri proclamatoris prodierunt in publicum , *Ioh. 3: 20. 5: 16-18.* Hi ostenderunt se non habere animam recte affectamineum , nolentes ad eum venire , ut vitam habeant. *Ioh. 5: 40.* Non rectum fuerat eorum desiderium , qui , cum ille venit , in eo non invenerunt *adspicendum* ; ut eum appeterent ; quam nauseam incredulitatis causam fore notaverat *Iesaias. Ies. 53: 2.* Non itaque amarunt eum , quem perversæ suæ exspectationi minus respondere cernerant , quique in eo non videbant , quæ in ipso apparitura sibi perluaserant. Scilicet illi veram adventus Christi causam non tenentes (quæ erat sibi populum redimere vitæ æternæ hæredem , illumque digniore corporis sui sacrificio expiare , justificare , sanctificare , & abhinc glorificare) aliamque rationem adventus ejus sibi fingentes (quæ in populi à jugo hostium liberatione , nec non libertatis corporalis omnisque prosperitatis externæ adductione , ut lex Mosaica tranquillè & exactè observetur , consistenter) *desiderarunt* in *Iesu* externam majestatem , nobilium comitium , apparatum ad bella gerenda necessarium , nec non opes & thesauros ad magna impendia facienda requisitos. Videbant hominem Iro pauperiem , magnates fugientem , plebe inermi comitatum ; &c ad corporalis libertatis assertionem inceptum : hinc metuunt Romanos. ægrè id laturos , atque venturos armis , quibus facilè hanc plebem opprimant , urbem , templum , populum & omnia evertant. *Ioh. 11: 48-53.* Imò dum primores corripiebat , nihil cum iis liberans , atque interim regnum spirituale moliretur ,  
metue-

metuebant sibi suisque dignitatibus , honoribus & muneribus . Hinc Jesum ferre non poterant , qui suam apud homines auctoritatem , suamque dictaturam , infallibilitatem & potestatem in rebus fidei & religionis , cultusque universi administratione sarcam teatam servare cupiebant ; quæ omnia ille conculcare videbatur : ex quo gloriæ studio eorum infidelitatem derivat Dominus . *Joh. 5:44.* Indè animus ab eo ejusque vita instituto aversus , propediem in omnia hostilia contra eum prorumpens , donec eum neci tradiderunt . Hujus nōtæ fuerunt omnes illæ *catullæ* , quibus doctrinam Christi aggravarunt , quæ passim notantur in euangelio .

§. 2. Abhinc secuta est *divisio in populo* ; aliis Christo adhaerentibus ; aliis eum cum suis relinquentibus .

N. *Credentes* convocati sunt in novum populum , & in regnum Christi introducti , ubi in unum corpus coali sub rege Christo Deum patrum colebant : atque ad eam societatem admittebantur *omnes in Christianum credentes* tanquam *justi* , seu *justitiam regni Dei assecuti* , & jure civitatis gaudentes : nihil enim aliud fuit requisitum in eo , qui conjunctionem cum novo hoc corpore quærebat , quam ut crederet , atque in signum fidei baptismi se initiari pateretur : *juxta mandatum Christi , Marc. 16:16.* Comprobant hoc exempla in actis plurima . *Act. 5:14. 8:12. 36. 37. 16:30 33.*

- Primi , hoc corpus constituentes , à Christo quem sequebantur *Christiani* dicti , fuerunt ex Judæis : quibus propediem alii accesserunt ex gentibus , ad eandem fidem scilicet convertentibus ; qui omnes baptismi initiati , & communis corpori insiti , propriisque legibus viventes , communis trubebant gaudio & solatio , quotquot credebant corde ad *justitiam* , atque nomen Christi pro-

sitabant ore ad salutem, Jesum Dominum inclamantes, & summo-amore complectentes. In hac fide prædicabant se mutuo felices, quippe adoptatos ad *jus filiorum*, & hæredes constitutos omnium benedictionum supercœlestium. Quorum πολιτευμα in cœlis dicebatur, spe vitæ futuræ ita erant animati, ut præ istâ omnia bona hujus vitæ contemnerent, & lati hanc vitam in morte relinquerent.

Novus ille Christianorum credentium populus, nil nisi fidem ad justitiam postulans, & initium temporis statuti pro fine æconomiae visionis agnoscens, non exigebat amplius à fratribus circumcisionem, ritusque legales Mosaicos; sed fidem per charitatem actuolam, ut de fidei suæ integritate ex operibus charitatis fierent certiores, & vitæ emendatæ exemplo qualescumque homines Christo lucrificarent, imo ad hanc suam fidem pertinherent. Sic facti sunt populus singularis, hoc vitæ genere à mundo discretus, non communicans cum idololatris, & turpiter peccato immersis, nec cum Judæis Christum abnegantibus, atque in rituum legalium usu justitiam querentibus.

**D.** Qui vero ex Judæis non rectè erga Jesum erant affecti, palli sunt se incitari contra Christianam fidem, nec in animum inducere poterant exterrum illum cultum templi esse cum cultu spirituali in libertate commutandum, non intelligentes illam rituum observantiam nihil facere ad justitiae acquisitionem. Hi se adjunxerunt Sacerdotibus, & primotibus populi, eosque duces sunt secuti, quorum sub ductu se subduxerunt, Christianos ex Judæis à communione suâ expellentes, & loqui ad suos consortes prohibentes. Att. 4: 18-21. 5: 40. Hinc sese convertebant ad persecutions. (Att. 5: 40. 8: 1.) Imo quando apostoli synagogas ingrediebantur, obloquendo

quendo & blasphemando effecerunt, ut illi hos omittentes docerent gentes; *Act. 13: 45. 46.* atque peculiares convenus fecerint, *Act. 19: 9.* Separarunt itaque se Judæi, Christianos ex Synagogis suis exturbantes, & omni modo persequentes. Eorum autem separatio concipi debet etiam ut *subduetio*, quâ principem expeditio-  
nis illius, ad spiritualem mundi subjectionem instructæ, reji-  
cientes, se templo applicuerunt, & ad collem istum tan-  
quam tutum refugium sese receperunt, ægrè ferentes, quod  
gentes vocarentur ad fidem sine operibus legis profiten-  
dam. Præ primis quod sacrificiorum templique aboliti-  
onem prædicarent apostoli; undè ab iis sævitum in *Stepha-*  
*num & Paulum*, qui hoc monuerant. Proin *subduetio*  
eorum fuit apostolæ à Deo effectum, conjunctum cum  
*confidentia in carne*, *Phil. 3: 3.* atque ita à se invicem re-  
cedentes liberati sunt Christiani à molestâ istâ justitario-  
rum consuetudine & commercio.

§. 3. In partibus illis divilis etiam observare licuit,  
ut *justi ex fide ejus* sint conspecti *vite initialis* parti-  
cipes; qui verò se subducebant gratiâ Dei expertes.

N. Probavit sanè Deus multis modis quasi ad ocu-  
lum, *justos ex fide factos*, qui in *Iesum credebant*,  
quando illis jura regni cœlorum concessit. Primum &  
primarium argumentum, quo in *Jesum credentes* com-  
probati sunt publicè *justi* (seu à Deo declarati regni cœ-  
lorum cives legitimi, & omni jure civitatis gaudentes)  
invenire licet *m effusione Spiritus Sancti super eos*;  
quæ quinquaginta dies à cruce Christi & sepulchro  
ejus evacuato accidit: quâ inter solennitates pentecosta-  
les primi resurrectionis & exaltationis Christi testes spi-  
ritu cœlitus delabente correpti, divinâ istâ inaugurati-  
one in novum Dei populum publicè inuncti sunt: *Act.*  
*2: 1.* atque itâ hoc signo ostendit Deus se cum cœono-

miā spiritus sui migrasse ad illos , qui verbum præconis suscepserant : quale quid etiam factum in aliis legitimus. *Act. 8: 15-17. 10: 44-46. 19: 6.*

Erat & hic novus gradus adventus Christi , quo *venit in spiritu* , suos ad illam expeditionem ungens , quā mundi hæreditas veniebat occupanda. Hujus armaturam conficiebant *illa lingue ignea* , cum dono linguarum receptæ , quarum vim sentierunt , qui eos in quavis dialecto audiebant magnalia Dei celebrantes : hostibus ringentibus , aliis vero ad fidem transcuntibus.

Abhinc videre licuit hos verè *justos* , ex fructibus *justitiae Christi* , qui iidem fuerunt fructus *spiritus Christi* , novum hunc credentium populum sanctificantis & ob-signantis ; undē *sapientia justificata fuit per filios suos* : effecit enim *illa fides* , ut gentes omissis idolis , spretisque mundi voluptatibus , sanctè , temperanter & justè ambulaverint in hoc mundo ; credentes Mosi & Prophetis , atque unum verum Deum *Iehovam* colentes. Hæc observantes non possunt non in his agnoscere *spiritum vitæ* , qui in Christo est , efficacem ; cosque *vita sanctioris* per sanctificationem factos esse participes. Cui accedit Christianorum in fide & spe vita πληρωφορία cum gaudio omnique animi solatio , quæ gratia est spiritus ob-signantis , eos etiam mediis in paisionibus & martyriis singulari lætitiae sensu afflantis : quæ alia vita spiritualis flamma est ; & æternæ prægustus. *Act. 7: 55-60.* hujus posterioris exemplum exhibetur in morte *Stephani* , & centena alia extant in martyrologiis.

Adde etiam contestificationem *miraculorum* , regnum illud Christi concomitantium , & gratiam Dei supra illum populum novum probantium , quæ adeo fuerunt evidenter , ut ne quidem Synedrium Judæorum magnum aut quenquam in populo laterent : *Act. 4: 16. 17. 8: 5-8. 9: 33-42.* Conf. *Hebr. 2: 3. 4.*

D. In-

D. Interim quoque palam factum est, subducendum multitudinem à Deo fuisse delertam, quippe spiritu Dei vacuam, & hinc omni bono fructu destitutam: quo constaret eos à Christo recedentes, recessisse à Deo; & extra dispensationem gratiae habitasse in arido. Audiamus Iosephum, gentis tuæ mores depingentem B. J. L. vii. c. 28. Fuit (inquit) quodammodo illud tempus apud Iudeos omnium generum malitia fecundissimum: ut nullum opus intermitteretur infecatum: nec si quis excoigitando fingere voluisset, haberet quo magis novum aliquid inveniret. NB. ita & privatim & communiter omnes unum erant, & exsuperare alium alius tam impietate, quam iniquitate in proximos certabant: potentes quidem multitudinem male tractando, multitudo verò ad interitum potentium properando. Illic autem inerat Dominandi cupiditas; his autem vim faciendi, bonaque locupletum diripiendi. Quis ad intestina Judæorum dissidia attendens, quibus subortis scelestum manifestarunt animurn, non animadvertisit Deum super hanc gentem effusisse spiritum vertiginis & furoris, ad omnem impietatem & injustitiam populum communiter concitarem? Repeto hic locum Iosephi de B. J. L. vi. c. 16 de gentis impietate ita loquentis. Non equidem recusabo dicere, quæ dolor jubet. Puto si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiatus teræ devorandam fuisse civitatem, aut diluvio perituram, aut fulmina ac Sodome incendia passuram: multo enim magis impiam progeniem tulit, quam quæ illa pertulerat. & cap. ii. in suo ad Judeos alloquio. Vos autem quid ex his, quæ legis conditor bene dixit, egistis? quid, quod is execratus est, pretermisisti? Quantum autem illos, qui citò periere, impietate superasti? nam occulta designantes peccata, hoc est, fulta, insidiasque atque

atque adulteria, rapinis, cædibus certatim, novas maleficiorum excogitatis vias. Sanctum verò templum factum est omnium receptaculum, & indigenarum manibus pollutus est locus, quem Romani ex tam longinquo adorabant: & postea. Sanctis relictis Deum fugisse putaverim: hisque nunc adesse, quibus um besum geritis. Anne bonis quidem vir domum flagitosam fugiet, & domesticos oderit? Deum vero malis vixtris inhærere arbitramini, qui etiam occulta conspicit, & audit omnia, quæ tacentur? Quid autem apud vos tacetur? quid celatur? quid nou etiam inimicis planum factum est? iniquitates enim vixtræ velut in promptu, neminem latent, inque dies singulos, quis peior sit certamen habetis, atque ita nequitiam ut virtutem demonstrare contenditis.

§. 4 Tandem videre licuit subductionis illius fructus amaros, quandò illi pudefacti sunt, qui clivo adhærentes, vanum illud fuisse confugium experiebantur, & divino judicio subversum: ex quo judicio exempti fuerunt in Christum credentes.

N. Venerunt illa tempora, quibus Deus abruptâ suâ tolerantiâ gentem illam perfidam, ceu progeniem perversam, in ultimas conjecit angustias, dignas pro merito poenas ab eâ repetens; quando enim ruptâ cum Romanis pace bellum exarsit inter utramque gentem, non nisi cum consummatione reipublicæ Judææ, & urbis templique subversione, finiendum; facile signa accense in gentem suam iræ Dei observabant; quam ut effugiant, recipiunt se Judæi ex omnibus terræ partibus, hostium cædibus & direptionibus patentibus, ad templum, & civitatem olim sanctam, sed iam sanguine commaculatam, & per excisionem uncti Ducis profanatam; frustra sibi spondentes eo in loco evasionem ex

manu

manu hostium, & protectionem ab irâ Dei, ubi tam male missum à Deo prophetam exceperant. Tunc enim experti sunt, ut hæc sua subduktione Deum in Christo deserendo semet non solum ostenderint gratiâ Dei indigños, sed etiam se subtraxerint alis defensionis divinæ, quoniā viderunt se à Deo traditos in potestatem hostium. Saltem ipse *Titus Vespasianus* observavit Dei manum; adversus ipsos belligerantem, eisdemque eosque tanquam profugos, siue desertores, & hostes ejus factos insequentem, ut ad amicos suos se convertens dixerit, Σὺν ὁπῷ ἐμαχησάπειται, ὃ ἀνδρες! cum Deo expugnavimus, ὅτι νίκη! Imo *Suidas* auctor est eundem Aegyptiis coronas triumphales victori offerentibus dixisse: non ego hoc feci; sed Deo irato, populum suum ob peccata castigare volenti, manus meas accommodavi. Jure merito voce ecce jubemur oculos dirigere in subducentes, præ amore sacrorum abrogandorum à Christo fese avertentes, eaque armis defendere molientes: qui non perpendebant, quod in festo pentecostes corum Sacerdotes, templum interius ingressi, post auditum strepitum & sonitum etiam vocem claram & distinctam audiverant, monentem μεταβάνωμεν εντείθεν, migremus hinc: vocem inquit, numinis secessum unâ cum loci profanatione, cultus istius abrogatione, nec non defensionis divinæ ablatione indicantem. Hæc attendenti etiam porro, videre daretur quemcunque eorum tristi fato (hunc fame, aliun peste, tertitin gladio) occumbentem; paucosque evadentes tanquam bruta animalia ad miserrimam scrvitorem danna os, distractosque; imo videre daretur illud ipsum confugium subversum, profanatum & conculcatum in secula: ut usque in diem hodiernum experiantur Deum subductionis istius strenuum vindicem.

¶. Contra vero Christiani, in testimonium caussæ,

Aaa.

ab

ab hoc judicio (Deo monitore) exempti fuerunt: quippe credentes, id est vitæ æternæ heredes facti per justitiam Christi, ac proin divino patrocinio freti, qui voce Dei vocantis iussi sunt *inde migrare*, ne communi cum Judæis malo implicarentur; monebantur enim ut ex urbe in oppidum (nomine *Pellam*) trans Jordanem salutis causâ aufugerent; idque monitum secuti (postmodum experti divinam erga se clementiam, quâ ex imminente periculo liberati fuerunt) Deo protectori suo summas pro tanto beneficio egerunt gratias. Quicquid etiam contra hos credentes moliti sint hostes, ut novum hunc populum in herbâ opprimant, frustra tamen fuerunt, spiritu vitæ euangelium concomitante, & ex hoc regenerationis semine quotidiè novos fidei professores excitante, imò ad gloriam regni Christi sanctificante; undè ecclesia hoc duce & auspice perslitit, & ex insig-  
ni gentium accessu eo usque aucta fuit, ut per tortsecu-  
la in toto orbe conspicua remanserit, etiam inter  
pseudo-Christianos cum superstitionibus & erroribus  
militans.

## SUBSECTIO SECUNDA

*De Subactione Monarchiae regno Christi ad-  
versariæ**Analysis.*

§. I.  Ontinuatur hinc porrò sermo Dei , atque pergit à judicio *Judeorum* (qui se subduxerant) ad *judicium gentium* , sub insigni monarchatu se præconio regni Christi opponentium; quæ duo judicia hic loci ita inter se comparantur , ut etiam tanquam proximè cohærentia connectantur : quam comparisonem excutiemus ad vers. 5. Hinc facile colligimus subsequentium rerum argumentum non posse referri ad tempora præconium testis istius veracis fidemque adstipulantium antecedentia : sed necessario spectare ad tempus regni Christi , à quo ecclesia credentium in Christum fuit collecta. Aberrant enim à sermonis tenore isti Interpretes , qui nec scio quo saltu retrogrado hic ad tempora monarchie Babylonicae resiliunt : comparatur enim *Monarcha aliquis perfidus* , in visione oblatus , respectu judicii perfendendi , cum Judæis , ob subductionem suppicio affectis : undè sequitur prioris judicium post illud *Judeorum* fuisse exspectandum. Apponimus hic , quæ Cl. Coccejus habet in commentario suo. „ Hanc descriptionem judicandi (inquit) multi interpretes accommodant Babylonio. Sed patet , aut eodem , aut etiam majori jure accommodari posse Romano. Edenda igitur est ratio ,

„ quare non Babylonio debeat accommodari. Nam  
 „ dubitari non puto , annon debeat certo subjecto ap-  
 „ propriari. Non enim hic est generale dogma , sed  
 „ prophetia de speciali re gerenda. Nos igitur Roma-  
 „ no illam vindicamus propter filum prophetie. Jam  
 „ enim de Nebucadnezare aetum erat: neque erat quid  
 „ cause , quare de illo amplius diccret. Et sufficiebat  
 „ judicium de ipso subintelligi partim ex simili , par-  
 „ tim ex promissione de restituenda prophetia ac Chri-  
 „ sti adventu. Neque commodum est , postquam de  
 „ Christi adventu aetum est , & de excidio Judaeorum , &  
 „ conservatione Ecclesie Christianae , ibi saltum quen-  
 „ dam fieri ad anteriora tempora , & non agi de affli-  
 „ gentibus Ecclesiam Christianam Romanis. Conse-  
 „ quens hujus applicationis ad Nebucadnezarem est ,  
 „ ut etiam sequentia non habeant certam sed vagam ap-  
 „ plicationem ; arque ita tempus visitationis nostrae co-  
 „ gnosci non possit. Denique veritas elogiorum com-  
 „ petentium Romano , ut & judicii , ostendit hanc ap-  
 „ plicationem a mente Spiritus sancti non esse alienam.  
 „ Sic igitur prophetiam hanc παραφράζομεν. Quum ve-  
 „ nerit Testis ille verax , nolite expectare pacem , sed  
 „ bellum. Solus credens in ipsum justus erit ; solus  
 „ vivet. At enim in populo Iudaico multierunt , quo-  
 „ rum anima non recta in ipsum erit. Hi se contra  
 „ Deum erigent fiduciā montis sui , in quo templum  
 „ ædificatum est. Eodem tempore erit Princeps , cui  
 „ totus orbis erit subditus , extra Ecclesiam. Is quo-  
 „ que fidem fallebant fidelibus subditis , & eos miseris mo-  
 „ dis affliget. Quod mirandum non erit. Nam si illi ,  
 „ qui sui sunt , ita contra ipsum intumuerunt , quid  
 „ non facient extranei & luxuriosi , & dominium qua-  
 „ rentes in mundo , maximè ab illis per calumniam

,, in Christianos tanquam nefarios & seditiosos conci-  
,, tati?

§. 2. Ratio hujus argumenti , in continuatione ser-  
monis pertractati fuit , populum Dei erudire de conti-  
nuandâ regni Christi luctâ , ejusdemque potenti defen-  
sione per judicia hostium ; in quâ re expeditionis ad hæ-  
reditandum mundum ejusdemque subjectionem sub  
Christo , notandus successus , per partes spectandus.  
Post Judæorum confusionem sequebatur in visione spe-  
ctandus magnus idololatriæ gentilis defensor , per varia  
Dei judicia etiam auferendus.

§. 3. Occurrit in hâc pericopâ sermo Dei de Monar-  
chæ alicuius imperio , deque eo ob crimen perfidiæ seve-  
rius etiam puniendo ; atque continet ejus

I. Alloquium ad prophetam , & per eum ad justos ,  
quo erudiuntur.

N. *De futurâ hostis perfidiâ contra justos , quam*  
*derivat ex ejusdem genio & luxuriosa ac insatia-*  
*bili indole.* vers. 5.

D. *De communi plurium præsagio ac præjudicio ,*  
*quod in parabolam abiret , atque ejus futurum*  
*exitium præsumeret , cuius nota.*

a. Præfationem. vers. 6. a.

b. Argumentum , ex criminibus interitum præsa-  
giens. vers. 6. b.

II. Alloquium ad hostem , quasi Sententiae pronun-  
ciationem adversus eum referens : ubi judicium  
futurum.

N. Definitur. vcrf. 7. 8. a.

D. Justificatur à gravitate criminis singularis. vers.  
8. b.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 5. *Quantò magis vinum perfidè agens, Vir superbus, qui non inhabitat grata: qui dilatavit instar inferni animam suam: etiam ipse est ut mors, que non satiatur: & aggreditur ad se omnes gentes, & collegit ad se omnes populos.*

§. 1. Connectitur hic sermo cum priùs dictis per voces יְהוָה וְאֵין, quæ comparationem imparium faciunt; atque si axioma negativum præcesserit, quantò minus, sin vero affirmativum, quantò magis vertitur. Vide Deut. 31: 27. 1 Sam. 14: 30. Prov. 11: 31. Vide Glass. Phil. l. 3. tr. 7. can. 4. Comparatio instituitur inter Judæum incredulum & gentilem quandam luxuriā & fastu inflatum: si ille odium concepit & se subtraxit, quantò magis se opponet regno Christi, qui ab omni disciplinâ Dei alienus est, legem & prophetas non agnoscit, imo nec Deum nec homines curat, totus immersus voluptatibus & humanitate exutus. Si ille, qui Christum exspectabat ex prophetiis se subduxit: multo magis se adjungere Christianis negabit, & se contra illos accinget profanus ille, & ferox tyrannus, extra ovile Dei degens.

§ 2. Describitur hic adversarius aliquis novus à suis characteribus, nil clementiae præsagientibus, quorum primus est, quod vinum eum faciat perfidum: *vinum, inquit, perfide agens: id est vinosus perfide agens, ut in voce vinum sit ellipsis, pro אִישׁ חַיִן seu שׂוֹתֵה חַיִן*

*vir vino deditus*, seu *vini potator*. Confer *Prov. 20: 1*. Aliū ellipsis præpositionis statuunt, & conferunt *Zach. 10: 7*. quos sequitur *Munsterus*, vertens, *proper vinum perfidus*. Quidam per metonymiam effecti resolvunt, atque verba *vinum prævaricatur*, expoununt, *vinum hominem facit prævaricantem*; atque conferunt *Prov. 20: 1*. *Hos. 4: 18*. Res ferè eodem redit, nisi quod prius nescio quomodo magis placeat, ob sensum molliùs fluentem. *Hieronymus* vertens, *quomodo vinum potantem decipit*, vocem *potantem* de *luo* ingerit, & **רְגֵב** ad significationem *decipiendi* revocans, non servat perfidiae scelus, quod includitur, Lxx habent *κατοικεος*, sed viri doctissimi recte legendum censem *κατοικεος*, *vino madidus*, temulentus, quis enim credit (ait Capellus) Lxx adeo ignorasse vim & significationem vocis tritissimæ & vulgatissimæ, qualis **וִין** *vinum*, ut eam reddiderint *κατοικεος*, quæ insolita est, nec alibi usquam aut apud profanos, aut apud ecclesiasticos scriptores facile reperitur: cum contra vox altera pro *ebrio* veniat apud *Platonem* in libris de legibus. Haud levis est suspicio literæ unius omissione illam mutationem librarii incuria, aut scioli audaciæ factam fuisse lapsu (judice *Capello*) eo procliviore, quod arrogancia, & contemptus magis meliusque convenire illis viderentur, quam temulentia & contemptus. Ponitur hic *temulentia* hujus adversarii pro omni luxuriâ; tanquam species pro genere; *vinumque* allegatur, quoniam illud in compotationibus & commensationibus primarium voluptatum est fonsuentum; cum etiam sine Baccho frigeat Venus. Solet autem voluptatis studium homines facere vecordes, bellunos, nihil perpendentes.

Idem ille vocatur etiam **רְגֵב** *perfidus* (conf. cap. 1:

13.) nempe in eos , qui se ejus fidei committunt: notat itaque hominem nullius fidei , foedifragum , pacitis non stantem. Hoc vitium *perfidae* in homine temulento revera gravissimum & multum metuendum est ; quia tales solent ad libidinem animi explendam nefanda committere scelera , nil perpendentes , nec datam fidem vel hilum curantes.

§. 3. Secundus ejus character est , quod sit גָּבָר *vir superbus*. Nota vocem גָּבָר sèpè in sacris notare virum in bello fortem , ac armis prævalentem , atque ita *heroem* ; ut concipiatur armis & victoriis clarus; Job. 38: 3. 40: 2. Jer. 41: 16. Vox יְהִיר nota superbum , arrogantem , audacem ; qui nec Deum , nec homines curat , ut ille , Luc. 18: 2. 4. Occurrit eadem vox etiam Prov. 21: 24. Talis suâ potentia inflatus , putat sibi licere , quicquid valet ac lubet , ac sèpè ad se divinos rapit honores , & se ultra communionem hominum fortem effert : ad quod malum sèpius Monarchæ & fortunati belli Duces proni sunt : ex quo principio evadunt Tyranni.

§. 4. Tertius character est , quod dicitur *grata non inhabitare*. Hebr. וְלֹא יַגְהֵן . Hoc non uno sensu accipiunt interpres. Hieronymus vertit , & non decurabitur , qui verbum accepit , quasi ejus radix esset גְּנָז ; nisi quis forte putet eus loco esse legendum , & non demorabitur : cum verbum חַי etiam commorari in loco notet. Hinc alij legunt , non manebit in habitaculo suo : qui exponunt , non durabit regnum ejus diu , sed post paucos annos delebitur. Hi accipiunt , ut per modum comminationis dictum , quâ ejus supplicium prædictitur. Verum de ejus judicio postea agitur , & multo graviora dicuntur : im' juxta hanc versionem in hoc dicto nervus esset comparationis , qua conferendus esset

esset cum Judæis in judicio. Cum ille potius videatur cum iis conferri quoad aversionem animi, & confortationem sui contra regnum Christi. Lxx vertunt ἀλέν μὴ τερπύνηται σιβὶ προδεῖται, quo sensu hoc verbum adhibent, 1 Sam. 12: 21. Verum recte notat Capellus se causam, cur ita verterint, non videre. *Drusus* legit, qui non manet in habitaculo suo; atque exponit, qui se intra limites imperii sui continere non potest: idque consentire ait cum sequentibus, qui dilatat animam suam instar inferni. Ast notandum nihil in textu esse, quo habitaculum notetur ad ipsum tanquam suum referendum esse. Notum est, quod פְּנֵי notet locum commodæ & gratæ commorationis, sicuti pascua læta sunt ovibus, 2 Sam. 7: 8. Hos. 9: 13. Verbum מִבְּהִלָּה vertitur Exod. 15: 2. gratum habitaculum facere, atque sic in hoc loco, qui non inhabitat gratam mansionem. Hæc aliquandò sensu emblematico veniunt: sic eleganti oppositione refractarii dicuntur habitare sticulosa. Psal. 68: 7. conversi vero habitare pulchritudinem Dei. Vers. 19. Intellige igitur ecclesiam tanquam mansionem gratam & commodam, ut affirmetur eum non habere in gratâ illâ mansione locum: atque tunc depingitur, ut cum ovibus Christi non cohabitans, ecclesiæ exsors: ac proin inter alienos seu gentiles numerandus: princeps infidelis.

§. 5. Quartus adversarii character ponitur in *regnandi cupidine nunquam satiabili*: que eleganter describitur per comparationem *inferni & mortis*. Qui dilatavit animam suam instar inferni. Vox פְּנֵי anima hic (ut & sapientia) mentis appetitum & desiderium significat: sicuti ad vers. 4. anima non recta dicebatur, que desiderium suum non inveniebat in Christo, ejusque præconio. Ita hic anima respicitur sine fine & modo am-

bitiosa. Hujc tribuitur  *dilatatio*, quæ metaphorica locutio est, aliquandò etiam *ori* applicata (vide *Psal.* 81: 11) significans amplificationem desiderii, se ad ulteriora extendentis, etiam postquam magna acquisivit. Ea dominandi cupidus cum *inferno* comparatur, nunquam non recipiente; undè emblemata factus est hominis, nullâ fortunâ satiati, sed semper plura desiderantis. *Conf. Prov.* 27: 20. 30: 15. 16. *Jes.* 5: 14. Sic etiam Poëta *Acherontem avarum* dixit.

Addit, & ipse instar mortis, quæ non satiatur. Eleganter mors tanquam ejusdem cum *inferno* classis emblemata hic ponitur, quæ tanquam voracissima bestia quotidie sumit & absumit, ita ut nunquam satiata à devorando desistat. Repræsentatur itaque avidus ille rerum-publicarum, principatum, & regnum absorptor, ut nondum forte suâ contentus; cui canon ille Herculeus plus ultra agendi norma est; non aliter ac *mors*, quæ humanum genus absumere non cessat. Ita ad vivum depingitur eorum ingenium, qui ad Monarchicam dignitatem adscendunt; quorum studia ex hoc solo nascuntur principio, quod inexplibilis gentium sub unum imperium colligendarum aviditas eorum occupavit animos; quippè qui nunquam victoriis saturati recedunt.

§. 6. Hic genius adversarii nostri illustratur ex factis anterioribus, cum dicitur porrò: & aggregavit ad se omnes gentes, & collegit ad se omnes populos. Videas ibi distinctè memorari (**וּנְדִיבָר** & **וּנְדִיבָר**) gentes & populos: vocantur autem gentes in sacris homines, inter se ad regnum aut rem publicam constituendam coalitos, sed sine vero Deo, justisve legibus degentes. Nomen *populorum* imponitur tribibus Itraëlis, Deum verum Regem recipientibus, & juxta legem ejus justè viventibus: ut videre est, *Nun.* 23: 13. Quandò omnes dicit,

dicit, tam gentiles, quam Judæos, sub uno capite *aggregatos*, & collectos, evidenter παμβασιλεῖαν describit, seu imperium universale sub uno principe, monarchâ, submissum. Est autem de stylo sacræ scripture eum in modum quatuor monarchias describere. Ita Monarchia Babylo-nica depingitur *Dan.* 2:37. ubi Nebucadnezar *Rex Regum* audit, cui Deus cœlorum *omnia*, in quibus habitant filii hominum, in manu dederit, sub ejus dominatu *uni-versa* constituens. *Dan.* 4:19, de eodem dicitur, quod potestas ejus *in terminos universæ terræ* pervenerit. *Cyri* imperium, quo cum secunda monarchia initium accepit, definitur, quod Deus illi *omnia regna terræ* derit, & *Chron.* 36:32. *Esdr.* 1:2. Tertia monarchia imperatura dicitur *universæ terræ* *Dan.* 2:39. De quartâ etiam asseritur *Dan.* 2:40. *Omnia conteret, atque comminuet.* Hoc tamen non ita est accipiendum, quasi non certis inclusæ fuerint illæ terminis, ultra quos nationes haud devictæ subjugatæ extiterint: prima enim & secunda terminum habuerunt *Hellespontum*. Alexander magnus portas Caspias, ferratis repagulis obseratas, clausit. Romanorum autem monarchia totalem terminum habuit *Euphratem*. Nulla harum *Scythicas* subegit gentes, aut ultra Tanain, Gangemque fluvios progressa est. Omitto iam *Americanam* olim in-cognitam, & vastas *Africæ* regiones, ultra Nigrum positas. Verum, cum istæ regiones ferè incultæ; aut à barbaris habitatæ censerentur, non veniebant in numerum: atque vox *omnes* restringenda est ad cultissimas & spectatissimas nationes, singulare robore conspicuas: adeoque hæc phrasis videtur solum *supremam in toto orbe potentiam* describere; cuius etiam pacem querant *Reges*, qui ei non subsunt. Qui hic designatur *Monar-cha*, concipitur æque Judæos ac gentes sub imperio suo

tenere : quod etiam in quatuor monarchiis , à Daniele expositis , obtinuit . Hinc in Theologiâ prophetica notandum : cum principio regni Christi quandam ex gentibus fore nationem , cuius Princeps monarchiam tenens etiam Judeos haberet sub potestate suâ . In colosso Nebucadnezaris quarta notatur monarchia , sub cruribus & pedibus repræsentata , quicum componitur primus regni cœlorum ortus , Dan. 2: 39 40. De hoc principe ejusque regno confer , Jes. 5: 26-29. 41: 31. Ezech. 21: 14-16. Dan. 9: 26. 11: 36. Mich. 4: 14. Hujus etiam notatur impietas , Ezech. 7: 20 21. Superbia Dan. 11: 36. & insatiabilis crudelitas , gentilique subjugandi cupidio . Jes. 5: 29. Ezech. 21: 14. 15 , Dan. 2: 40. Zach. 1: 8. 6: 7. Huic etiam Judæi forent subjecti . Num. 24: 19. Zach. 1: 10. 6: 7. Jes. 5: 26. Mich. 4: 14.

Vers. 6. *Numquid non omnes isti super eum parabolam ferent ? (cujus explicatio illi erit anigmatum loco) dicetur enim , Væ multiplicanti non sua ! Quousque ? & accumulanti contra se densum lutum . (aut es alienum.)*

§. 1. In visione , quâ monarcha ille adversarius prophetæ sistebatur ut præsens ; eidem objicitur multitudo , quæ aliquando omnia mala ominaretur de hoc Tyranno , idque sub parabolâ . Parabola autem nihil aliud est , quam proverbium exemplificatum . Vox **לְשׁוֹנָת** sententiam notat , aureæ regulæ vim habentem , acho minum ore communiter usurpatam , circumlatamque , quæ stylo laconico paucis multa dicit , & amplissimæ utilitatis

tilitatis monitum continet. Formam habet *adagii seu axiomatis*, argumentum prudentiae, nervosâ brevitate, exponentis. *Prov. 1: 1.* Aliquando *parabola* vertitur, quando tale axioma historia exempli quasi investitum incedit; *Psal. 49: 5. 78: 2.*

*Verbum Nostrum* ad cap. I. 1. expendimus, in cuius significacione etiam *prolationem oris*, seu *claram eloquentiem includi* vidimus: proin indicatur illi sermo male ominantium, verum axioma (quod tristioris præfigi foret fundamentum) sub involucris applicationis involventium; qui publicè audiretur inter homines.

*Objectionem*, in tali parabolâ, male illi ominante, notandum, est injustus ille gentium mundique Dominator, præcedenti versu descriptus; omnibus justis, in Christum credentibus, gravis & iniquus.

Qui verò se mutuo istâ parabolâ erigerent, & consolarentur, in hac visione indigitantur ut *ingens multitudo*, sed quasi in unum & distinctum agmen conglomerata; quam commonstrans Deus, de ea dicit prophetæ, *isti omnes*: ut proin facilè dignoscas sub iis non comprehendendi omnes & qualescumque gentes & populos, sed ex iis omniibus collectos, & ad singularem professionem ac spem sejunctorum, qui verbo Dei innixi, in spem liberacionis ab istâ tyrannide, casum istius imperii exspectabant. Proin populum Christianum hic respicit, sub regno Christi militancem, atque de quartæ monarchiæ Tyrannis, eorundemque exitu, nil boni præfigientem. Communem illam spem ecclesiæ, Dei judicio ex ejus manibus eripiendæ, sibi formare possent ex prophetiis, eam partem fatorum ecclesiæ præcinentibus.

§. 2. Prædicitur porro, quoad modum istius parabolæ, quod piis facilè foret intelligibilis propter claram expositionem; ast hosti *enigma: cujus*, inquit

textus, explicatio illi erit ænigmatum loco. Opponuntur inter sc חירה & מליצת, explicatio & ænigma. Posterior vox ænigma vertitur, quæ vox sermonem notat subjectum occulantem, non nisi per sagacem conjecturam, aut loquentis applicationem & indicacionem investigandum: uti ex historiâ Simsonis evidens est. *Jud. 14: 12. 13. 16.* Pluries proponit parabola cum ænigmate, vide *Psal. 78: 2. Ezech. 17: 2.* quatenus rei, sub parabolâ propositæ, non omnibus obvia est ad subjectum applicatio. Ast una eademque parabola, quæ aliis obscura est, aliis denuo clara dicitur, habens מליצת evidentem expositionem in clave cognitionis, quoniā, qui in sacris exercitatos habent sensus, ex principiis quibusdam revelatis facile mysterium recludent: est enim unus idemque sermo, antequam ad omnia attenderis, ænigma rem occultans: cum verò omnia consideraveris, sermo rem illustrans. Hic verò notatur parabola, cuius ipsa expositio viro arroganti foret ænigmatum loco: quippe, qui talia audiens, ea non crederet, atque vel exinde non attenderet de se dictum, per incuriam & non advertentiam ad eam applicationem nihil horum perpendens.

§. 3. Hinc ad ipsam parabolam accedit, quam concipit ut promulgandam, *Dicetur enim.* Futurum actuum in textu impersonaliter accipiendum pro genio linguae latine in passivo vertimus, & copula sensu ætiologico, quod frequenter fieri in confessio est apud Grammaticos. Notat quemlibet ex illâ turbâ, Christianam fidem profitente, & magnitudine istius imperii non fascinatâ, sicut cæci gentiles, hoc communiter professum.

§. 4. Dipterium adagii *Væ* denunciat multiplicanti non sua. Reatus, qui notatur, oritur ex crimen injūsticie,

stitione, quam insatiabilis hominis avaritia parturire solet. Deus singulis familiis & nationibus possessionem concessit suam, cui dono suum cu usque *jus* in mundo inititur: *meum enim & tuum est*, quod divina providentia, benedictionum divinarum distributrix, per vias legitimas acquisitionis, *mihi & tibi* largita est. Exigit autem munificus ille donorum suorum largitor, ut nemo illud proximi *jus* protervâ insultatione violet, sed quilibet suâ sorte sit contentus. Contra facit, qui *multiplicat non sua*, id est, nullo jure ad se rapit, quæ legitimè ad alios spectant, quæque alii ex manu Dei benedicentis cum gratitudine receperant. Inest quoquæ in verbo *multiplicandi* emphasis, notatque homines ultra mensuram, & plura quam opus habent, congerentes: atque sic etiam *injusticias sine fine*, & sine resipiscientiâ præter necessitatem multiplicantes. Hunc *injustitiæ reatum* haud censendum esse levem, aut minoris momenti, monet parabola, dum huic *væ* suum intentat: notat enim ea particula comminatoria *judicium* Dei gravius, talibus imminens. Itaque axiomatis & canonis loco habetur, tanquam naturâ cognitum, & ex idea Dei, ut mundi rectoris & judicis, facile derivatu, quod opes rapinâ & *injustitiâ* partæ non sint stabiles; quodque raptor non facilè effugiat vindictam Dei. Huc spectant adagia sacra, *Prov. 3: 33. 10: 3. 28: 8. 22.* Nec non communia, *Syrach. 40: 12.* Videas id etiam à scriptoribus profanis notatum. Sic *Hesiodus*: in oper. & dieb. vers. 352.

*Μὴ πανὰ κερδάνειν, πακὰ νέρδεα ἵστα ἄτητιν.*

*Ne mala lucreris, mala lucra æqualia damnis.*

In hunc sensum etiam inter Poëtas cecinit Sophocles in  
Antigone verl. 317. 318. 319.

Οὐκ ἔτι ἄπαντος δεῖ τὸ κερδάνειν Φίλεῖν,  
Εἴ τῶν γὰρ ἀσχετῶν λημμάτων πλειονας  
Α τωμένυς ἴδοις ἀν , ἡ σεσωμένυς.

*Non undecunque lucra gaude quærere ,  
Plerosque siquidem turpibus de quæstibus  
Atferre damnum , non salutem videris.*

Hisce addatur Menander Grotio citatus

Πλεονεξία μέγισον ἀνθρώποις κακόν ,  
Οι γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας ,  
Α ποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι  
Τὰ δ' ἴδια προσθεῖσι τοῖς ἀλλοτρίοις .

§. 5. Hinc fit progressus ad diuturnitatis admiratio-  
nem ; dicunt enim *quousque* ? verum cum id dicitur ,  
simil tamen notatur talem alieni boni invasionem & ac-  
cumulationem non posse perseverare in perpetuum :  
agnoscit quidem injusti imperii raram diuturnitatem ,  
qui hanc parabolam profert : verum eo non obstante  
spondet sibi approximantem interitum , credens quo  
diuturnior fuisset alienorum possessio , eo propinquio-  
rem exspectandam esse imperii istius dissolutionem : cum  
nemo usucapiat apud Deum , judicioque ejus temporis  
protractione non præscribatur ; ut eleganter ad hunc lo-  
cum annotavit Cl. Coccejus .

\* §. 6. Subjungit porro parabola , atque intentatum  
suum *væ* minatur etiam , *accumulanti contra se densum  
lutum* ! vel , ut alii vertunt , *accumulanti in se æs alienum*. Vox עבשׂ non eodem modo accipitur ab In-  
terpre-

interpretibus. Alii vocem compositam volunt, pro עַבְטִיט, quod *spissum lutum* significat, & ab auctore concordantiarum Hebraicarum (monente Fullero in Misc. Libr. 5. c. 8.) exponitur per רְבָוִי הַטִּיט multum cœni lutive. Hanc sententiam vetus interpres latinus secutus transtulit: & aggravat contra se *densum lutum*. *Fullerus*, apud vel supra sē: qui mentem adagii sic exponit: quod Tyrannus ex insaturabili avaritiā dvitias ex immensis omnium gentium rapinis congestas, densissimi luti instar, in suam ipsius perniciem coacervaverit, paulo post eisdem, tanquam cœnosā & voragineſā palude, penitus absorbendus. Sunt, qui coacervatos ejus thesauros ita per contemptum vocari volunt, sicuti *Naumachius* aurum & argentum *pulverem* vocat, scribens Χρυσός τοὶ κόνις ἐσὶ καὶ ἄργυρος: quia ex terrā & venis fodinarum eruuntur, & luti instar portantibus oneri sunt, ac incidentis calceis adhærenes progressum impediunt. Alii tamen ex Kimchio hanc vocem ad radicem עַבְט revocant, ut sit vox formæ סְגִירֵר à: atque ultimæ literæ radicalis geminationem vim significationis intendere statuunt: hinc *Kimchio* seu abundantiam nummorum notat: vel potius æris alieni, quoniam verbum עַבְט propriè æs alienum capere significat, & scenori accipere. Deut. 15: 6. 24: 10. Ita, Fullero interprete, non inconcinnè prophetae proposito respondet: assimilatur enim Tyrannus æris alieni acceptori, & ingentes ipsius thesauri avidissimè pariter, & crudelissimè undique corrasī, cum æris alieni copiâ comparantur, penes eundem congestâ. Quare clausula מְכֹבֵד עַלְיוֹ עַבְטִיט id est, qui coacervat (vel accumulat) apud se æris alieni copiam, hanc habere videtur sententiam. Qui jam infinitis rapinis, quasi totidem numminis sub scenore acceptis, per intolerabilem sœviam

tiam, omnes gentes ubique locorum coërcet, simul ac persoluta primum fuerit poenarum veluti summa, divinitus constituta, porro excutiendus erit, quidam enim repetent ab eodem etiam fœnora sua. Hoc est justissimè deinceps eum spoliabunt, à quo nefariè & crudeliter antea fuerant spoliati.

Vers. 7. Nonne subito surgent fæneratores tui? & evigilabunt excutientes te? & eris ipsis in direptiones?

§. I. A crimine fit transitus ad mala injusto raptorū parata; quæ non evaderet. Mutatur hic sermo. Quia de hoc injusto locuti fuerant proximè, erant homines vias ejus detestantes. Nunc ad Deum redit: sed ut alloquentium suum ad iniquum illum convertentem, & præ sagium vulgi confirmantem. Nonne, inquit, subito surgent fæneratores tui? Vocantur quidam huic iniqüissimo Monarchæ opponendi נוֹשָׁכִים. Vulgata versio legit, qui mordeant te. Hoc quidam de vermis exponunt, cadavera in sepulchro rodentibus: sed nimis coacte & præter mentem Dei, judicium aliquod comminantis, & vae illud, quod est in versu autecedente, exponentis. Ast cadaverum omnium tam justorum quam injustorum sors communis est, in sepulchro vermis exponi. Alii hic cogitant de ferarum lanantium mortibus; sed earum est non simpliciter mordere, sed lacerare & dilaniare. Rectius incedunt, qui vertunt fæneratores tui, seu creditores tui: quoniam vox נְשָׁבֵעַ & mortuum, & usuram significat (vide Deut. 23. 20.) quam cum creditum repetitur, qui acceperat, adjicere tenetur; Ratio denominationis videatur,

tur , quod illud fœnus creditori quasi mortu auferatur . Proin hic metaphora est , à fœnectoribus translata , qui alieni æris possessorem , quod acceperat , reddere co-  
gunt cum fœnore ; undè qui dūdum de alieno ære di-  
ves fuerat , subitò pauper evadit . *Hi creditores ergò*  
*dicuntur* , quorum spoliis & rapinis excreverat inimicus ,  
cum passi fuerint opes suas ab ipso diripi . De his affir-  
matur , quod *surgerent repente* , quasi prius dormivis-  
sent , cum antea placidâ quiete omnem illam injuriam  
tulerint : neque vel hilum se opponere conati fuerint .  
Ast tempus foret , quo supremus mundi Judex illis  
creditoribus facultatem concederet legitimè repetundi  
ab hoste , quod abstulerat , idque cum fœnore . Simi-  
le exemplum (ad quod allusionem hic fieri existimo )  
est in Israëlitis , Agyptum egressuris , qui mandatum  
acceperunt repetundi ab Agyptis damna sua , vasa  
nempe autea & argentea , quibus damna illata reparen-  
tur . Voca **ΥΠΗ** subitò innuit præter exspectationem  
hominum illam scenæ fore mutationem , ut *repente* , &  
nemine id cogitante illa nasceretur insurgendi occasio ,  
quam probè observarent isti fœnecatores . Interrogati-  
va loquendi formula adhibetur , partim ob manifestam  
rei æquitatem ! partim ob inevitabile fatum . Quasi di-  
cat , putasne te posse evitare , quod æquum est , &  
ex decreto meo statutum , ne quod vulgo fieri solet , te-  
cum fiat , ut quasi dormientes ad tuas injurias , non  
surgant , & cum fœnore sua repeatant ?

*S. 2. Creditoribus adjiciuntur מִשְׁעָנִים :* qui in ver-  
sione vulgaritâ audiunt *lacerantes* , apud Lxx ἐπιβυλοι  
*insidiatores* , quasi ex insidiis & latebris suis subitò in  
publicum prodeentes , & post clancularia consilia inopi-  
natō insurgentes . Verum vox Hebraica à verbo **וַיַּ**  
suam accepit originem , quod *de loco in locum moveri*

significat , unde quidam vertunt *agitatores* *tui* . Hinc *Capellus* vult metaphoram adhæcere , à venatione de- sumptam , in quâ canes feras agitant , & ex loco quietis expellunt . Verum , cum nos potius allegoriam *fæ- neratorum* agnoscamus , potius est ut in eâ mancamus ; & illum motum referamus ad executionem juris ; ut notet eos , qui hunc debitorem exagitarent , & omnes res atque facultates ejus commoverent , omnia trans- ferentes in suam possessionem . Hâc *facultatum commo- tione* & *translatione* viribus orbatus sine nervo & pote- state cerneretur hostis , nullâ in parte amplius formi- dandus . Ad hoc opus *evigilarent* excutientes , qui anteâ quasi in somno quiescentes nihil de hoc casu cogitabant : nunc verò natâ occasione oculos aperi- rent , & consilium Dei in occasionis istius oblatione pru- denter animadvertisentes , ansam oblâtam arriperent , ut gentilismus viribus orbetur , & pax ecclesiæ sub pa- trocinio Principum , Christum profitentium , confirme- tur .

§. 3. Consequens horum moliniuum notatur , fore ut *ipsis sit in direptiones* , & in rapinam . Ita notatur successus opponentium in certo tempore , מִשְׁפָּטֶת sunt *direptiones* , quales à devictis hostibus fieri solent , quan- dò milites victores hostium debellatorum & fugitorum castra rapiunt , & quisque prædæ partem aufert . Hoc sensu verbum דָּבָר occurrit 1 Sam . 17 : 53 . Conf . Jud . 2 : 14 . Hinc & nomen , ab hoc verbo derivatum , pro *direptione* venit , 2 Reg . 21 : 14 . Jes . 42 : 22 . 24 . Neque omittendum , quod vox in plurali hic notet am- plissimam *direptionem* , plusquam in uno loco ferendam , & plus quam unâ vice subeundam . Cederent autem istæ facultates iis , qui antea in altâ quiete ini- quas ejus vexationes ultimiâ tulissent patientia . Hic ar- ticulus

ticulus Theologiae Propheticae etiam (& satis eleganter) adumbratur Psal. 68 : 13. *Reges exercituum fugient, fugunt; & habitans in domo partitur spolia.* Qui se domini continerent, nec armis insignes, dum alius fugaret hostes, ut spolia partientes hic ad vivum notantur; qui iidem in nostro textu sunt ex somno evitantes.

Vers. 8. *Quia tu spoliasti gentes multas, populabunt te omnes reliquie popolorum, propter sanguinem hominis, & ob violentiam illam terrae, nrabi, omnibusque eam incolentibus.*

§. 1. Justificatur nunc porro judicium direptionis ex lege talionis; exponitur enim crimen, quod fuit spoliare gentes multas: verbum **לְשׁוֹן** quancunque detractionem significat, quâ quis ab hostibus emungitur, atque opes alienas ad se rapit potentior: hinc etiam simpliciter detrahere seu decerpere significat, Ruth 2 : 16. proin notat aliquem privare suâ possessione per prævalentem potentiam. Ita solent illi præpotentes in mundo domini, gentes, quas subjugarunt, emungere, & privare opibus, ut ipsi ditescant, illæ vero viribus orbentur, atque enerventur. Huc faciunt census graviores, & rigidissimæ exactiones tributorum, quibus ultra vires premuntur, qui se bene submittere coguntur imprio.

§. 2. Poena talionis est, ipsum spoliandum denuò à reliquis popolorum. 1) Notetur hic commutatio vocum **גַּיִם** & **עֲמָלִים**: prior vulgo gentes à cognitione Dei alienas; posterior varias populi Dei tribus, & distributiones significat. Notat multas gentes fuisse de-

prædatas : sed populos regni Dei fore instrumenta retaliationis , quibus Deus ad hoc supplicium inferendum uti vellat. Sic populorum nomine veniebant in V. T. tribus Israëlis. In N. T. qui ex variis nationibus credentes priorum loco substituebantur , & regnum Christi per fidem ingressi , Deo Israëlis se gubernandos tradiderant. 2.) Quando reliquæ populorum designantur hoc loco , præsupponit Spiritus Sanctus , ex persecutionibus præcedentibus maximam eorum partem fuisse excisam & absumptam ; quorum pauci superstites reliquias eorum faciebant. *Joel. 2: 32.* Proin etiam hic articulus in theologiâ propheticâ venit observandus ; Deum quandoquidem spoliatores ecclesiæ tradere credentibus spoliandos. *Ezech. 39: 10.* atque tale quid etiam exspectandum populis , regnum Christi constituentibus post judicium Judæorum , quandò judicaret Deus monarchiam illam gentilium , gravissimarum persecutionum ante auctorem. *Conf. Psal. 68: 13.* *Jes. 53: 12.*

§. 3. Verum ne hanc despilationem gentium putemus solam judicii , à principe adversario sumendi , causam , addit etiam alias rationes ; iram illam Dei , talionem præcipientis , irritantes : quatum prior est *Sanguis hominis* vindicandus. Vox οὖν hic accipitur à multis collectivè , singulare pro plurali , ut illi vitio vertatur quod omnia cœde impleverit. Verum hoc crimen sub violentiâ terra , urbi , omnibusque eam incolentibus illatâ comprehenditur. Ego prius hic singularem aliquem hominem intelligi puto , cujus nece reatum sanguinis contraxit , in principe , pœnitentiam facti negante , non sine supplicio prætereundum. Neque sine mysterio hanc vocem adhibuisse Deum putandum est ; quoniam opprobrium aliquod huic voci subest , crimen aggravans : innuit enim virum aliquem dignissimum nul-

lā habitā honoris aut dignitatis ratione , non aliter ac simplicem quemcunque & vilissimum hominem ab eo damnatum & ad cruentum supplicium raptum fuisse. Ino per Syllepsin etiam videri possit alludere hanc phrasin ad Adamum , ut notetur alter Adam , seu Adamus secundus , cuius typus fuit Adam primus , qui excitatus fuerat , ut caput esset humani generis redimendi. *Sanguis* in sacris venit pro reatu sanguinis , ex injuria alicujus nece contracto : Gen. 4: 10. Psal. 51: 16. Proin ille homo hic concipiendus est , ut injusto iudicio damnatus , & occisus : auchorque necis etiam ponitur ille princeps. Ex prophetiis sanè notum fuit *Messiam ducem excisum iri* , Dan. 9: 26. Jes. 53: 8. 12. Deut. 32: 15. Illumque reatum non solum querendum à Judæis , tanquam necis istius exercitoribus (Psal. 16: 4. Deut. 32: 15.) verum etiam à gentilibus eorumque principe , qui ad hoc ipsum scelus cum Judæis concurserent Psal. 2: 1. 2.

§. 4. Altera rationum est (qua iudicium præfinitum justificat) *violentia terræ illata* : de voce וְתַנֵּן jam sæpe visum , ut *violentam injuriam* significet , aperto marte inflistam : quam pastam fuisse *terram* dicit. Vox יְמִינָה terra , aliquando *terram Canaan* significat , ab Israëlis posteris possessam , quasi per excellentiam ita dictam ; quia sub veteri cœconomia sola Deo creatori separata fuerat : unde & sancta audiebat ; quippe fini creationis respondens. Hæc terra pateretur *violentam injuriam* , quando colonis orbaretur , & miserâ vastatione non solum , sed & horrendâ profanatione fieret monumentum furoris gentium : terram enim sanctam conculcarent gentes , & coloniis profanis cultuque idolatrico contaminarent. Hie reatus tribuitur *capiti quartæ monarchiæ* , seu *principi adveniæ* , qui tempore Christi

Christi dominium obtineret , omniaque in republicâ Ju-  
daicâ vastaret , *Dan. 9: 26. 27.*

Fateor istum principem concipiendum esse isto in ope-  
re , ut severitatis Dei instrumentum , & judicij in Ju-  
dæos exsequendi ministrum : verum hoc non liberat  
eum à reatu : quia duo facientes idem , propterea non  
non sunt iidem : dum non eodem agunt scopo atque  
fine. Deus ut justus judex cauſam filii vindicat , ast  
princeps ille impius odio flagrabat in religionem san-  
ctam : Deum Abrahami , Isaaci & Jacobi contemnens ,  
legem Mosis conculcans , & in executione judicij nihil  
distinguens ; quippe qui subditos regni Christi unâ cum  
Judæis refractariis sub eodem titulo exscindere labora-  
ret : apud quem Tros Rutilus ve fuat (*Judæus an  
Christianus*) nullo discrimine habetur.

Sunt alii interpres , qui vocem *terræ* generalius ac-  
cipiunt pro qualibet terræ regione ; sub quâ amplitudine  
ne tamen *terra Judaica* etiam comprehenditur , ut pri-  
marium furoris exemplum , nihilominus superaddit , istum  
hostium impetum intra terræ Judaicæ fines non sub-  
stiturum , quin tangereat etiam alias regiones , in qui-  
bus violentiæ istius monumenta conspicerentur.

§. 5. Hinc tandem adjicitur violentia illata *urbi* , seu  
civitati , & omnibus eam incolentibus. Haud obscurum  
est hic intelligi civitatem *Dei* ; undè multi hic  
*Hierosolymas* respiciunt : verum cum civitas ista terrestris  
fuerit typus civitatis spiritualis & ecclæstis ; & utraque  
sub eocin veniat nomine ; inquirendum utra potius sit  
intelligenda ? Terrestris illa profanata , & non nisi ab  
improbis inculta ? an verò illa spiritualis , Deo sancta ,  
& à fidelibus , in Christum credentibus , habitata ?  
Hanc civitatem *Dei* celebrat in hymno suo *Jesaias* ,  
*Jes. 26: 1. 2.* Confer *Psal. 46: 5. 6.* & violentia ,  
huic

huic illata , maximum facit reatum ; Deoque potissimum vindictæ caussam suppeditat. Monet propheta hujus spiritualis civitatis *cives* (ibi habitantes , ubi Deus regnat in spiritu suo) multa quoque gravia passuros : quippe per injuriam & tyrannidem violentorum , usque ad exilia & martyria , nec non omne opprobrii genus , premendos ; quod graphicè depingitur , *Psal.* 44: 19-23.

Hoc crimen etiam eidem Monarchæ (qui quarti imperii universalis caput foret) hic vitio vertitur ; & tanquam *reatus* in ipso puniendus proponitur ; quod etiam *Dan.* 2:40. de quartâ monarchiâ notatur , cuius imperium dicitur fore *validum & robustum instar ferri* , eo quod omnia *commiueneret & conguassaret* ; atque ita omnem terram , etiam Judaicam viribus orbando subigeret. Imò concipitur ut à regno Christi (stante ejus imperio excitando) aliquando comminuendum ; quando ille contra hostes suos tandem suas exsereret vires. Huc etiam facit argumentum *Psalmi secundi* ; quo non solum gentes jungantur nationibus , verum etiam reges principibus tam ex gentibus , quam ex Judæis ; atque representantur , ut sese regno Christi opponentibus ; hinc monentur se ab irâ ejus exardescente cavere ; à quâ multi perirent. Inspice *Psal.* 2:1-5. 9. 10-12. Ex horum regum & principum numero excludi *caput hujus monarchiæ* non potest , sine quo reguli cæterique principes nihil valerent , & nihil deliberare auderent : quippe futuri omnes Romani imperii subditi , & ministri , quando Christus veniret in orbem.

# HISTORIA IMPLEMENTI.

§. I.



Uoniam filum sermonis hujus Prophetici nos ad ea deduxit tempora , quæ adventum Christi consequerentur: nulla hic alia Monarchia intelligi potest , quam Romana , sub quâ Christus natus spem patrum adimplevit , euangelium regni Christi incepit , respublica Iudeorum excisa , & ecclesia Christi inter multas persecutiones conservata fuit. Non diffitemur varia esse prædicata , quæ monarchiæ Babylonice possint accommodari ; quia in genere cujuscunque monarchi characteres exprimunt. Verum agnoscendum quoque ea omnia longe potiori jure in Romanum quadrare imperium , quam in quocunque aliud. Romanum imperium ( si primarium expendamus characterem , qui est amplitudo regni ) præ omnibus latissimè regnavit. De hâc regni amplitudine sic cecinit Virgilius Æneid. libr. vi. quasi prælagiens.

*Augustus Cæsar , Divum genus , aurea condet  
Secula , qui rursus Latio , regnata per arva  
Saturno quondam , super & Garamantas & Indos  
Proferet imperium. Jacet extra sidera tellus ,  
Extra anni solisque vias , ubi cælifer Atlas  
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. &c.*

*Idem. libr. vii. Nepotes*

*Omnia sub pedibus , quâ sol utriusque recurrens .  
Adspicit Oceanum , vertique regique videbunt .*

Ita

Ita pro *Monarchia*, seu imperio universali habitum fuisse hoc Romanorum imperium, indè constat, quod *καμβασιλεία* vocetur in versibus Pompeji, aureo victoriæ simulacro cœlitus tacto, aliisque truncato, inscriptis; qui libr. 4. Epigrammatum ita leguntur.

*Ρῶμη καμβασιλεία τεὸν κλέος ἔποτ' ὀλεῖται.*

*Νίκη γὰρ σε Φυγεῖν ἄπτερος & δύναται.*

Cecinit verò eandem urbis Monarchiam Petronius; ubi scribit

*Orbem jam TOTUM viētor Romanus habebat.  
Quā mare, quā terra, quā sidus currit utrumque.*

Nec non Ovidius. Fast. libr. 11.

*Gentibus est alii terra data limite certo,  
Romanæ spatium est urbis & orbis idem.*

Lucas πᾶσαν τὴν ὁἰκουμένην Augusti imperio repræsentat subiectam. *Luc.* 2: 1. 2. Sicuti & *Julius Pollux* in suo ad *Commodum Cæsarem* alloquio Romani imperii latitudinem, τὴν ὁἰκουμένην appellat: quod *Xiphilinus* in Julio Cæsare de optimâ & maximâ cogniti orbis parte interpretatur, scribens, quod *Roma* ἡν ἀρχηστα τῇ τε καλλίσ, τῇ τε πλείσ τῆς ἐμφανῆς ὁἰκουμένης. Imperabat optimæ atque maximæ parti cogniti orbis. Non possum me continere, quin ad evidenterem latissimi imperii demonstrationem hic adjiciam, quæ pro oratione ad *Judios* apud *Josephum* recitat *Agric平a Rex* libro *de Bello Jud.* 2. cap. 16. „ Non, inquit, circumspicitis „ Romanorum imperium? non metimini vestrā imbe- „ cillitatem? nonne scitis vestram civitatem à conter-

„ minis gentibus frequenter esse superatam ? Illorum  
 „ autem virtus per totum orbem invicta percurrit ; i-  
 „ more etiam hoc orbe plus aliquid quæsierunt. Neque  
 „ enim sufficit eis ad orientem quidem totus Euphra-  
 „ tes , ad septentrionem Ister : neque in meridie soli-  
 „ tudine tenus perscrutata Libya , neque in occidente  
 „ Gades : sed ultra oceanum alium quæsierunt orbem ,  
 „ & usque ad Britannias , inacceſſas prius , arma &  
 „ exercitum transtulerunt. Quid ergo ? Vosne ditiones  
 „ Gallis , fortiores Germanis , prudentiores Græcis ?  
 „ postremò plures estis omnibus in toto orbe degenti-  
 „ bus ? Quo vos fiducia adversum Romanos erigit ?  
 „ Sed dicet aliquis , servire molestissimum est. At  
 „ quanto magis id Græcis , qui universis sub sole habi-  
 „ tantibus videbantur præstare nobilitate : & tam latam  
 „ quondam provinciam possidentes , nunc bis tenuis  
 „ fascibus Romanorum obediunt. Totidem autem e-  
 „ tiam Macedones obsequuntur , qui certe multo vo-  
 „ bis justius deberent libertatem tueri. Quid autem  
 „ quingentæ Asiae civitates ? nunquid non absque ullo  
 „ præſidio , uni tantummodo rectori parent , & fasci-  
 „ bus consulis obsequuntur ? Quid autem pergam enu-  
 „ merare Heniochos & Colchos , & Taurorum gen-  
 „ tem : Bosphoranos quoque , & habitantes circa Pon-  
 „ ti litora nationes , Mæoticasque gentes ? apud quas  
 „ nimirum olim neque domesticus aliquis dominus no-  
 „ scebatur : nunc vero militum subjiciuntur tantum  
 „ tribus millibus , & quadraginta naves longæ innavi-  
 „ gabile prius mare in pace custodiunt. Quanta au-  
 „ tem Bithynia , & Cappadocia , & Pamphyliorum  
 „ gens , Lydi quoque & Cilices pro libertate dicere  
 „ valerent ? tamen nunc sine armis tributa pendunt.  
 „ Quid autem Thraces ? quinque quidem diebus in  
 „ la-

latum , septem autem in longum commeabilem provin-  
 ciam possidentes , asperioremque multo quam vestrā  
 est , ac multis partibus fortiorē , altissimoque genu  
 eos qui irruerint retardantem , duobus millibus Ro-  
 manorum in præsidio manentibus obsequuntur . Post  
 hos Illyrici usque ad Dalmatiam , & Istro tenuis in-  
 colentes , duabus tantum legionibus obediunt : cum  
 quibus & ipsi impetus compescunt Dacorum . Ipsī  
 quoque Dalmatae , qui tam multa pro libertate cona-  
 ti , sæpiusque capti , rursum cum maioribus opibus  
 rebellarunt , nunc sub unā Romanorum legione agunt  
 quietem . Veruntamen si aliquos magnæ causæ ad  
 defectionem incitare deberent , Gallos potissimum  
 oporteret assurgere , quos videlicet tantis munimen-  
 tis natura cinxisset : ab orientali plaga Alpium mon-  
 tibus , à septentrionali Rheno flumine , à meridie  
 Pyrenæis montibus , ab occidente vero Oceano , sed  
 tali munitione gaudentes , trecentis & quindecim gen-  
 tibus numerosi , fontes autem (ut ita dixerim) fe-  
 licitatis domesticæ habentes , omnibusque bonis to-  
 tum penè orbem irrigantes , ferunt nihilominus ve-  
 stigales esse Romanorum , ac felicitatem suam in eo-  
 rum felicitate reponere : idque sanè ipsum , non per  
 animorum mollitiem , nec propter ignobilitatem pa-  
 rentum (quippe qui per octoginta annos pro liberta-  
 te pugnaverunt) sed Romanorum admirati sunt ,  
 horrueruntque cum virtute fortunam , quâ illi plura  
 sæpe obtinere quam bellis . Denique sub mille &  
 ducentis militibus serviunt , quibus penè plures ha-  
 buerunt civitates . Neque Hispanis nascens in agris  
 aurum pro libertate bella gerentibus profuit , neque  
 tanto terrarum marisque spatio à Româ direptæ gen-  
 tes , Lusitani scilicet & pugnaces Cantabri : nec vi-

„ cinus Oceanus , etiam accolis suis fragore terribilis:  
 „ sed ultra columnas Herculis prolatis armis , & per  
 „ ipsas hubes Pyrenæorum montium eluctati vertices ,  
 „ ditioni sua hos quoque subdiderunt Romani : atque  
 „ ita bellicosis gentibus , tantoque (ut dixi) spatio di-  
 „ remptis legio in præsidio una-satis est. Quis ve-  
 „ strum non audivit multitudinem Germanorum ? vir-  
 „ tutem quoque & magnitudines corporum ( ut arbri-  
 „ tror ) sèpè vidistis. Siquidem ubique Romani ea-  
 „ rum gentium captivos habent. Sed illi ita ingentem  
 „ spatiis regionem incolentes , spiritus autem majores  
 „ corporibus gerentes , & animam quidem contempti-  
 „ valem mortis , indignationes autem vehementiores fe-  
 „ ris , nunc Rhenum limitem habent , & octo Roma-  
 „ norum legionibus domantur : & serviunt quidem qui  
 „ capti sunt , reliqua autem eorum gens universa salu-  
 „ tem in fugâ non in armis reponit. Considerate au-  
 „ tem etiam Britannorum muros , qui Hierosolymæ  
 „ confiditis muris. Illos siquidem circumdatos Ocea-  
 „ no , & penè non minorem , quam noster orbis est ,  
 „ habitantes , Romani navigantes redegerunt in ditio-  
 „ nem suam : quatuorque legiones tantæ magnitudinis  
 „ insulam tuentur. Et quid opus est plura dicere:  
 „ quando etiam Parthi , bellicosissimum genus , tantis  
 „ prius populis imperantes , & tam magnis opibus cir-  
 „ cumdati , obsides tamen mittunt Romanis : estque  
 „ cernere , sub specie pacis servientem in Italâ præci-  
 „ puam Orientis nobilitatem. Universis pene qui sub  
 „ sole incolunt , Romanorum arma venerantibus ,  
 „ Vos soli bellum geretis : Neque Carthaginensium  
 „ considerabitis fineñ , qui magnum illum Annibalem  
 „ jaçantes , & ex nobili Phœnicum stirpe venientes ,  
 „ tamen sub Scipionis dexterâ corruerunt ? Sed neque  
 „ Cyre-

„ Cyrenæi , Lacedæmone oriundi , neque Marmari-  
 „ darum genus usque ad inaquosas solituïnes proten-  
 „ tum , neque terribiles etiam audientibus Syrtes ,  
 „ Nasamones quoque & Mauri , & innumerabilis mul-  
 „ titudo Numidarum virtutes impedire Romanas . Sed  
 „ tertiam partem orbis terrarum , cuius i.e numerare  
 „ quidem nationes facile est , quæ scilicet sub Atlanti-  
 „ co mari & columnis Herculis usque ad rubeum mare  
 „ infinitos numero & locis Æthiopas continet , totam  
 „ tamen ceperunt armis : & præter fruges annuas quibus  
 „ Romanam multitudinem octo mensibus pascunt , a-  
 „ lia quoque vestigalia pendunt , expensas quoque  
 „ devotissimi imperio ministrant , nihil de his , quæ ju-  
 „ bentur , sicut vos , contumeliosum putantes , &  
 „ quidem una cum illis tantum legio commoratur . Sed  
 „ quid opus est longe petitis exemplis potentiam expli-  
 „ care Romanam ? cum eam possitis de vicinâ vobis Æ-  
 „ gypto diligenter inspicere . Hæc enim cum usque ad  
 „ Æthiopas porrigitur , opulentiamque Arabiam , con-  
 „ tigua quoque sit Indiæ quinquaginta & septingentas  
 „ myriadas incolarum habens , præter Alexandrinorum  
 „ plebem , tamen vestigalia , quorum magnitudinem  
 „ de censu singulorum capitum estimari licet , devotis-  
 „ sime pensans , Romanum non designatur impe-  
 „ rium : & certè quam magnum stimulum defectionis  
 „ habens , Alexandriam scilicet , multitudine & divi-  
 „ tiis abundantem , magnitudine quoque non impa-  
 „ rem . Habet squidem in longitudine stadia triginra ;  
 „ in latitudine vero non minus quam decem : tributo-  
 „ rum vero multo amplius per menses singulos infert ,  
 „ quam vos toto anno pendatis : & præter pecuniam ,  
 „ quatuor mensium Romanæ plebi annonam ministrat .  
 „ Munitur autem undique aut incommeabili solitudine  
 „ aut

„ aut importuoso mari , aut fluminibus , aut cœnosiis  
 „ paludibus , quorum tamen omnium nihil Romana  
 „ fortuna sortius fuit. Duæ etim legiones civitati in-  
 „ sidentes , profundam Ægyptum cum illâ Macedonum  
 „ nobilitate frenant. Quos igitur in bella de solitudi-  
 „ nibus aliquibus socios assumetis ? Siquidem omnes  
 „ qui in orbe habitibili degunt ; Romani sunt : nisi  
 „ forte quis vestrum spes suas ultra Euphratem porri-  
 „ gat , & Adiabenorum regionem gentiles suos æstimet  
 „ adjutores. Porro nec illi propter irrationalabilem cau-  
 „ sam tanto se bello implicabunt : nec , si tam probro-  
 „ so operi assensum darent , Parthus tamen sineret. Est  
 „ siquidem ei cura tuendæ cum Romanis amicitiaë , &  
 „ arbitrabitur foedus esse temeratum , si quis de his , qui  
 „ subiecti sunt ejus imperio , adversum Romanos in  
 „ bello procedat.

*S. 2. Vitia autem principibus œcumenicis ferè com-  
 munia , si in quoquam , certè in Romanis , regno  
 Christi se opponentibus , fuerunt conspicua;*

**N.** *Ebrietas cum omni ingluvie & luxuriâ notatur in Tiberio , qui in secessu capreensi dies noctesque epulanando potandoque consumpsit , atque præmia compotatoribus largitus est : imo & portentosæ libidinis exempla invexit. Hinc ob nimiam vini aviditatem pro TIBERIO Claudio NERONE Biberius Caldus Merro à joculatoribus dictus est : & propter lasciviam et libidines cum allusione ad nomen inulæ *caprinus* dicebatur.*

*Cajus nefandâ prodigalitate et ingluvie , discubens de die inter choros et Symphonias immensas illas à Tiberio congestas opes ( nempe vicies ac septies millies sestertium ) non toto vertente anno absumpsis. Claudius ( Suetonio teste ) nec temerè unquam triclinio abscessit ,*

scēfīt, nīsi dīstentus & madens: prēterea libidinis in  
fōeminas profūsissimā fuit. Nero (eodem teste) epu-  
las e medio die in mediam noctem protrahēbat, refotus  
sāpe calidis piscinis, ac tempore aestivo niveis. Cēni-  
tabatque nonnunquam & in publico, inter scortorum  
totius urbis ambubajarumque ministeria. Quid hic  
commemorem cāteros Epicuri de grege porcos, Do-  
mitianum, Lucium, Commodum & similis farināe Prin-  
cipes.

D. *Vesana* plurimos corripuit insolentia, & imma-  
nis superbia, quā *Cajus* primus voluit ut *Deus coli*,  
qui hinc etiam imaginem suam in templo Hierosolymi-  
tano erigi jussit. Nero sc à *Tiridate*, Armeniorum  
Rege, flexis genib⁹ sublatisque in cœlum manibus  
*Dominum & Deum* appellari passus est: multis flagi-  
tiis infamis se neque Deum, neque homines reveri o-  
stendit, cum sceleribus indulgens sine rubore adderet,  
*neminem principum ante ipsum sibi servisse*, *quid sibi liceret*.  
*Domitianus* cum epistolam dictaret procuratorum no-  
mine, sic exordiebatur, *Dominus & Deus noster sic*  
*fieri jubet*: undē institutum posthāc, ut ne scripto qui-  
dem, ac sermone cujusquam aliter appellaretur, teste  
*Suetonio*. Etiam *Aurelianuſ Domini & Dei titulum u-*  
*surpavit*; quare *Laetantio vəſamus* audit; probant id e-  
jus nūnmi, cum hoc titulo, DOMINÓ ET DEO  
NATO. Inspice *Spanh.* de usu nummorum Diss.  
viii pag. 758. & *Conf. Ampl. Cuperi apoteofin Ho-*  
*meri* pag. 205. *Diocletianus*, prospero rerum successu  
elatus, eo usque insolentiæ processit, ut mortalitatis  
oblitus, se tanquam Deum adorari voluerit, velut in  
ipso esset coelestis majestas; ideò fratrem solis & lunæ  
se nuncupavit. Projicere se quoque homines humi ve-  
nerabundos; atque osculum pedibus figere pati coepit;

nec non gemmas calceis vestibusque inseriuit ; cum ante ipsum omnes Imperatores consulari tantum salutatione contenti fuissent , & solam chlamydeum purpuream privato habitui adjecissent . Fecit hoc à quo triumphum Persicum egit , jubens divinos istos honores Imperatoribus habendos , ut Persarum regibus deferri in Oriente moris erat ; teste *Eusebio*. Adde , quod *Dioctrianus* cognomen *Jovii* , & *Maximianus Herculii* assumperant , quasi ex *Jove* & *Hercule* nati. *Mamert. Geneth. c. 2.* Siquidem vos Diis esse genitos , & numinibus quidem vestris , sed multò magis virtutibus approbatis . & cap. 3. Deinde præcipue vestri parentes , qui vobis & nomina (*Jovii* & *Herculei*) & imperia tribuerunt , perpetuis maximorum operum actionibus occupantur . Ex quibus impia & triusque persecutoris arrogantia manifesta est .

I. Insatiabilis regnandi cupidio incitavit quam maxime Romanorum Principes ; quam quoque *Petronius* notat , qui , ubi cecinerat ,

*Orbem jam totum victor Romanus habebat ,  
Quâ mare , quâ terra , quâ sidus currit utrumque . Subjungit ,  
Nec satiatus erat.*

Hæc ambitione eam gentem impulit sine ullo justo titulo *Asiam* invadere ; *Pompeji* armis *Judeam* subjugare ; & quaquāversum gentes infestare armis , ac in unum cogere imperium. *Virgilius* , de hâc ætate canens *Aeneid. libr. 8.* dixit

*Deterior donec paulatim ac decolor ætas ,  
Et belli rabies , & amor succedit habendi.*

¶ His adde perpetuas Φιλαργυριας artes , quibus exhaustae atque expoliatae sunt gentes , & aucta Romanorum æeria ; prout etiam Proconsulum & Præsidum emunctionibus universa Asia enervata & ad incitas redacta fuit.

Commentarji vicem ad hunc locum præbet , & utrumque vitium ut malorum omnium matrem in Romanis taxat locus Salustii de bello Catilinario cap. 10. & 11.  
 „ Sed ubi labore atque justitiâ Republica crevit , re-  
 „ ges magni bello domiti ; nationes feræ & populi in-  
 „ gentes vi subacti ; Carthago , æmula imperii Roma-  
 „ ni , à stirpe interit ; cuncta maria terræque patebant ;  
 „ Fortuna sèvire , ac miscere omnia coepit . Qui la-  
 „ bores , pericula , dubias atque asperas res facile tote-  
 „ raverant , iis otium , divitiae , oprandæ aliis , oneri  
 „ misericordieque fuere . Igitur primò pecunia , deinde im-  
 „ perii cupidio crevit ; ea quasi materies omnium ma-  
 „ lorum fuere : namque Avaritia fidem , probitatem ,  
 „ cæterasque artes bonas subvertit : pro his superbiam ,  
 „ crudelitatem , Deos negligere , omnia venalia ha-  
 „ bere edocuit . Ambitio multos mortales falsos fieri  
 „ subegit ; aliud clausum in pectore , aliud in linguâ  
 „ promptum habere ; amicitias inimicitiasque non ex-  
 „ re , sed ex commodo æstumare ; magisque vultum ,  
 „ quam ingenium bonum habere . Hæc primò paula-  
 „ tim crescere , interdum vindicari . Post ubi conta-  
 „ gio ( quasi pestilentia ) invasit civitas immutata : im-  
 „ perium ex justissimo atque optumo , crudele intole-  
 „ randumque factum . . . . . Postquam Lucius  
 „ Sulla , armis receptâ Republicâ , ex bonis initiis  
 „ malos eventus habuit , rapere omnes , trahere do-  
 „ mum alias , alias agros cupere , neque modum , ne-  
 „ que modestiam viatores habere : fœda crudeliaque

„ in cives facinora facere. Huc accedebat , quod  
 „ Sulla exercitum , quem in Asia ductaverat , quo lib.  
 „ bi fidum faceret , contra morem majorum luxuriosè  
 „ nimisque liberaliter habuerat. Loca amœna volupta-  
 „ ria facilè in otio feroce militum animos molliverant.  
 „ Ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare ,  
 „ potare , signa , tabulas pictas , vasa cælata mirari ,  
 „ ea privatum & publicè rapere , delubra spoliare , sa-  
 „ cra profanaque omnia polluere. Igitur ii milites ,  
 „ postquam victoriam adepti sunt , nihil reliqui victis  
 „ fecrè : quippe secundæ res sapientium animos fati-  
 „ gant , ne illi , corruptis moribus , victoria tempe-  
 „ rarent.

Præsides & Proconsules turpissimi ut plurimum e-  
 ránt provinciarum exæctores ; exemplum in Quinetilio  
*Varo* , de quo Paterculus : *Pecuniae quam non fuerit*  
*contemptor , Syria , cui præfuerat , declaravit , quam*  
*divitem ingressus , dives pauperem reliquit.* Anno U.  
 c. 770 notante Tacito in ann. provinciæ Syria atque  
*Judea , fessæ oneribus , diminutionem tributi orabant.*  
 Sub Muciano præside , ut Tacitus refert libr. Hist. II.  
*Nihil æquè fatigabat , quam pecuniariorum conquisito;*  
*eos esse belli civilis nervos dictans Mucianus ; non jus*  
*aut verum in cognitionibus , sed solum magnitudinem*  
*opum spestabat : passim delationes , & locupletissimus*  
*quisque in prædam correpti ; quæ gravia atque intole-*  
*randa , sed necessitate armorum excusata , etiam in pace*  
*mansere.* Hisce , similibusque artibus Imperator Roma-  
 nus quascunque gentes spoliavit ; atque suis emunctio-  
 nibus sèpius iteratorum bellorum causa fuit , populis  
 intolerandum hoc jugum excutere defiderantibus.

§. 3. Specialia hujus monarchiæ quartæ crimina ,  
 Deum ad justam vindictam provocantia , fuerunt.

N. Rea-

**N** Reatus sanguinis ex crucifixione Christi (qui secundus fuit *Adamus*) contractus , quando per Procuratorem *Pontium Pilatum* ad crucem damnarunt *Iesum Christum* , nullo alio titulo criminis , quam qui legebatur in fronte ligni , *Iesus Nazarenus Rex Judæorum* : idque nomine *Cæsar*is , cuius vicem agebat Procurator. Quod judicium à Romanis Imperatoribus , Christianos postmodum persecutibus , & regnum Christi concitationem populi interpretantibus , probatum fuit. Hæc autem supplicii peracti approbatio sanè est criminis participatio ; undè jure merito hoc flagitium omnibus illius imperii Monarchis , cum ecclesia cohabitare negantibus , hic imputatur à Deo.

**D** Reatus terræ , violentum in modum subversæ , altera severitatis Dei causa fuit & ratio : quia illi fuerunt multis gentibus , & præsertim populis , ex Abraham oriundis (inter quos gens Judæorum) causa depopulationis & excisionis ; quippe qui Deum Istraëlis nihil curantes , quotquot sub Assamonæis circumcisitionem admirerant populos subjugarunt non tantum , sed propter sacra Mosaica variis modis contemnentes , ad furorem concitarunt , atque inquis exactionibus & ludibriis ad arma capienda irritarunt ; donec oborto bello Judaico illius religionis homines cum terræ vastatione miserum in modum exscindere sunt ausi. Testis est *Josephus* in toto suo opere de bello Judaico. Imò postmodum , quandò *Hadrianus* imperium suscepit , quasi in Dei ludibrium , ubi civitatis sanctæ erant rudera , urbem condidit , sub *Ælia Capitolina* nomine , ibique locorum , ubi templum Dei fuerat , aliud *Jovi Capitolino* erexit , atque idolis & inquisitionibus loca sancta profanavit : imò & statuam suam intimo in adyto cöllocavit. Nec tantum Judaica sacra tantâ affecit contu-

meliā , verum & Christiana ; eo enim in loco , ubi sepultus fuerat Dominus noster templum Veneris condidit ; ubi autem inter Bethlehemitas natus fuerat , Veneris & Adonidis adēm fundavit. Subactis Judæis ob istam contumeliam sub duce Bar-cochabo rebellantibus omnia vastavit , & gente Judæorum totā ejectā , ne patrum solum vel adipicere liceret , edicto jussit , terramque gentibus profanis ritibus profanandam concessit. Hæc quidem violentia fuit , terra injuriosa , in quā tot magna præstiterat Deus , atque tota resolvebatur in provocationem Dei , tot injuriis contumeliasque affecti.

3. Tertius verò reatus , quem Romanum contraxit imperium , fuit vis illata civitati Dei , ejusque civibus ; quæ cum de ecclesiâ Christi sint accipienda , pallam est Romanum imperium hoc crimen perpetrasse horrendis illis persecutionibus , quibus nomen Christianorum delere moliti sunt ejus Imperatores : quia editis suis , adversus Christianos emissis , innocuum hominum genus morte extinguerre imperantibus , id unum egerunt , ut præter jus & fas , tanquam perfidi erga subditos , eos opprimant. Gemuit ecclesia sub decem persecutionibus , in omni historiâ ecclesiasticâ notissimis , sc̄yatumque est adversus Christianos inauditâ tyrannide , quæ rectè notatur ut perfidia & aperta violentia , omne jus & fas conculcans. Sanè perfidia est in Principe , qui subditis fidem fecit , se defensurum innocuos , & administraturum iustitiam ; si contra justos & inculpatae vitæ homines merâ Tyrannide opprimat. Violenta autem injuria est , si falso accusatis ne quidem apologia locum concedat , & patiatur se flagitiosis sacerdotum & flaminum supplicationibus ne auditâ quidem parte alterâ induci ad sanguinolenta adversus innoxios edicta promulganda , quorum jussu omni suppliciorum

rum genere exterrinati sunt Christiani, & ad truculentam necem rapti; quippe gladio percussi, in crucem acti, bestiis objecti, vinculis, igne, tormentis aliis omnibus excruciat. Dicere hic liceat ex *Virgilio*.

*Non mihi si centum linguae sint, oraque centum.  
Ferrea vox omnes scelerum comprehendere formas,  
Omnia pænarum percurrere nomina possem.*

Quibus à Nerone usque ad Licinii exitum afflita fuit ecclesia Christiana.

§. 4 Sequitur nunc *judicium*, quo subversum est *Romanum illud gentilium imperium*, regno Christi adeò oppositum: quod *Constantini Magni operâ armorumque successibus factum fuisse omnis historia declamat.*

N. *Judicij* istius apud Christianos ante ejus executionem fuit *præscientia*, ex prophetiis hausta; qui tantum axioma certæ veritatis solutionem istius imperii Romani gentilis tenebant, & ut rem expositam & claram inter se agnoscebant. Probat hoc ex *Tertulliani Apologeticô Cl. Coccejus*, ubi hanc rem attingit *Orator*. *Est & alia*, inquit, *major necessitas nobis orandi pro imperatoribus, etiam pro omni statu imperii rebusque Romanis, quod vim maximam, universo orbi imminimentem, ipsamque clausulam seculi acerbitates horrendas comminantem, Romani imperii commeatus scimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romane diuturnitati favemus. Proin illi, seriem rerum futurarum attendentes, tenebant* (ex 2 *Theff. 2: 6. 7.*) *Romanum Imperium sub Imperatoribus gentilibus fuisse Antichristi retinaculum; eumque tunc manifestandum, quando è medio tolleretur. Sa-*

nè, quandò Paulus dicit, & nunc quid detineat scitis; clarè innuit Apostolorum præconio in ecclesiâ cognitum fuisse, & quod Romanum imperium esset illud retinaculum, & aliquandò etiam fuisse loco suo movendum. Ut etiam ex justitiâ vindictam prospexerint in Tyranos, videre est apud Cyprianum ad Demetrianum: certi sumus (inquit) & fidentes, quod inultum non remaneat, quodcunque perpetimer. Quantoque major fuerit persecutionis injuria, tanto & illustrior fiet & gravior pro persecutione vindicta. Adde quod Justinus Martyr in fine Apologiae ad Pium scripsit præsagium. Illud autem vobis prædicimus, vos miseri evasuros esse futurum Dei judicium; si in hac iniquitate perduraveritis.

¶ Væ, huic imperio intentatum, facile observes in judiciis, quæ Deus exercuit, quando non solum varios ecclesiæ persecutores justis affecit suppliciis, ut Nero, Domitianus, Maximinus, Decius, Valerianus, Aurelianus, nec non ultimæ decennalis persecutionis auctores experti sunt, docente nos id ipsum Laurentio de mortibus persecutorum: verum præsertim, quando gentiles imperio ita sunt exuti, ut post Constantini victorias eorum nemo (præter unum Julianum, paucorum annorum Imperatorem, etiam miserè occubentem) thronum illum recuperaverit.

¶ Ab ipsis Constantini Magni victoriis Christiani visi sunt, ut fæneratores & excutientes, qui Romanos persecutores omnibus bonis & facultatibus exuerunt: magna enim & ferè incredibilis eo tempore facta est Scenæ mutatio. Reliquiæ Christianorum ex omnibus populis dispersæ recolliguntur, dum exules revocantur, incarcерati solvuntur, servi & ad metallæ fodinasque damnati libertati restituuntur, & quantum ex decennali persecu-

secutione supererat , (deletum enim à se Christianorum nomen frustra gloriati fuetant Tyranni ) hoc totum restitutum fuit non solum , verum etiam ad honores publicos admittebatur . Nuper spreti & contempti nunc in aulam Imperatoris recipiuntur , ut illi sint à consiliis , aut à ministerio ; ac ipsi quoque rebus publicis præficiuntur . Imò eleganter *ut fæneratores* hic depinguntur , sua cum lucro repetentes ; secuta enim statim sunt edita de restituendis , quæ occupata à gentilibus fuerant , domibus , fundis , cæmeteriis , bonis seu ecclesiarum , seu privatorum : de hæreditate martyrum proxiniis eorum agnatis reddendâ , deque tollendâ bonorum omnium proscriptione . Imò quod fænoris loco reportabant , erat multorum ad dignitates , quas hostes tenuerant , evenatio ; & redditum ecclesiasticorum ampla concessio ; nam hæreditates Martyrum Confessorum proscriptorum , si deëssent successores ab intestato , datæ sunt ecclesiis adeundæ . Templa publicis sumptibus fuerunt restituta non solum , sed & novè ædificata . Decimæ per singulas civitates viris ecclesiasticis decretæ : imo postmodum etiam bona illa , quæ gentilium sacris dicata fuerant , Ædes , Fundi , Agri , ac redditus Sacerdotum , Flaminum & similium adscripti sunt ecclesiis . Quæ omnia ex literis Constantini & Licinii ad Præsidem Bithynia apud Laetantium de mortibus Pers . cap . 48 . & Eusebium ; nec non ex Imperatoriis Constitutionibus de Episcopis , Ecclesiis &c . palam sunt . Imo executiebantur gentes ; quotquot dignitatibus , munieribusque exuebantur suffectis Christianis ; adeo ut ab hinc thronus ille Draconis planè loco suo fuerit motus & abolitus .

## SUBSECTIO TERTIA

*De Refrænatione fastuosi OEconomi, Sibi  
damum ædificantiꝝ.*

*Analysis.*

§. 1. **R**oponitur hic alia comminatio , iudicium exponens , adversus fastuosum quendam Occorionum decretum ; qui ex prædicatis nobis eruendus venit. Haud equidem dubitandum amplius existimo , quin , qui hic ut reus , & divinitus judicandus repræsentatur , in eorum clatio & numero sit recepsendus , qui se regno Christi opponerent , seu quorum anima non foret recta in Christum.. Verum , cum adversantium alii sint hostes ecclesiæ Christianæ publici , alii sub specie credentium obvelati : qui hic depingitur sub formâ economi , sibi domum fabricantis , & ex injusto quæstu ad operis istius promotionem maximas sibi opes facultatesque conquirentis ; sanè concipi debet adversarius secundæ classis ; à fastu , quem commonstrat , culpandus ; aliisque criminibus cum consequentibus condemnandus.

§. 2. *Sermo* , qui de pessimo illo consultatore habetur , est *Dei* , oraculum suum continuantis ; & consilium fastuosi condemnantis ; licet illud alias sapientiæ carnali videri possit consilium hominis prudentis , & conservationem authoritatis ecclesiæ promoventis. Absolvitur verò dupli alloquio.

I. Alloquium ad prophetam , denunciationem iudicii exhibit , quod huic imminebat . vers. 9. ubi .

N. Ju-

N. Judicandus describitur.

- α. Ab injusto ad finem suum consequendum studio; per conquisitionem thesaurorum ex pudendo quæstu coacervandorum
- β. A fastuoso laboris scopo; ut se supra manum potentum elevet.

¶. Malum in genere indicatur sub particulâ comminatiorâ, VÆ.

II. Alloquitam ad illum pseudoeconomum, cui

N. Pudendum suum consilium objicit ut culpandum  
vers. 10.

- α. In se.

- β. A modo prosequendi finem suum per tyrannidem

1. In multos populos.

2. In quoslibet sibi non auscultantes.

¶. Oppositionem decretam ad ejus refronationem denunciat; & quidem ab iis exspectandam, qui partes faciebant domus, quam ædificabat. vers.

11.

¶. 3. Parabola molimen architectonicum exponit, cuius consilium gravissimas ab causas ita Deo judici displicet, ut velit ex certâ quâdam indignatione illud fabricanti vertere in pudorem; & aliquando ad eorum querelas, qui partem faciebant domus istius, eludere.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 9. *Vae acquirenti lucrum malum domui sue; ut ponat in cælo nidum suum; ad se eripiendum e manu mali.*

§. 1. Notatur hic aliquis, qui habet dominum regendam seu ædificandam, quam convertere studet in *domum suam*; ut hic oppositio sit inter *domum Dei*, & *domum suam*. In V. T. templum vocabatur *domus Dei*; in quo typum agnoscimus ecclesiæ N. T. quæ etiam *domus Dei* audit (Jes. 56: 5-7. Confer Prov. 9: 1. Jes. 54: 11. 12.) non quidem manu facta, sed spiritualis, propter ædificationem spiritualem, quâ vivi lapides fundantur in Christo lapide angulari (Psal. 118: 22. Jes. 28: 16.) & compinguntur inter se, ut spiritum Dei habeant in medio sui habitantem, omnisque fidei consortes in suâ communione à mundo separatos & potenti defensione salvos. Crimen verò est ex domo Dei facere *domum suam*, id est, ex ecclesiâ Christi facere populum suo dominio subjugatum, qui leges accipiat à te, ac suæ jurisdictioni subsit. Sic qui imperium humanum in ecclesiam introducit, facit ex domo Dei *domum suam*. Hanc *domum* concipitur velle extruere in superbum *palatum*, in alto ponendum, tanquam munimentum, quod potentiaz mundanæ opponere possit, ut assumptum sibi imperium fortiter tueatur.

§. 2. In cum finem studet sibi lucrifacere lucrum, & coæcervare thesauros, quo habeat, undè impendium faciat ad consilium suum prosequendum. In textu verba

ba reduplicative posita **בָּזְבָּז** pluries ita con-  
struuntur in sacris (ut *Psal.* 10: 3. *Prov.* 1: 19. *E-  
zech.* 22: 27.) continentque in se exaggerationem; ut  
exprimant intensissimum hominis avari & quæstuosi stu-  
dium, quod in quæstu per fas & nefas acquirendo vulgo  
ponitur. Hoc autem fieri solet ab hominibus, qui res  
hujus seculi veris divitiis præponunt, & lucrum non a-  
nimas querunt. Hoc vitium in episcopo seu œcono-  
mo mysteriorum Dei est *turpi-lucrum*, quod prædic-  
tur locum habiturum in iis, qui cogitant *ecclesiam Dei*  
subjugare, & ministerium ecclesiæ in imperium huma-  
num convertere. Hoc ipsum notandum in Theologiâ  
propheticâ ut initium corruptionis ecclesiæ N. Test.  
quâcum luctandum esset verè credentibus. Confer *Psal.*  
10: 3. *Jes.* 56: 11.

§. 3. Finis utriusque studii notatur, *ut ponat in alto  
nidum suum*. In his verbis metaphora est, *ut nidus* hic  
veniat pro *sede* seu *habitaculo* tuto & permanente. Phra-  
sis ab avibus mutuata est, & præsertim ab aquilis, in alto  
nidificantibus, *ut à feris animalibus tutæ sint*. Solent  
enim volucria, quæ ex rapto vivunt, aut in summis  
excelsissimarum arborum ramis, aut in petrarum scopu-  
lorumque præcelso cacumine, suos extruere nidos, ne  
ab ullo capiantur. Confer *Jer.* 49: 16. *Obad.* vers.

• 11. Transfertur hoc etiam ad homines ambitioni suæ  
inservientes, atque securitatem suam in externorum po-  
tentia quærentes, qui eum in finem autoritatem sibi  
conciliare, & magnas conditiones munimenti loco se-  
ctari laborant. *Num.* 24: 21. *Job.* 29: 18. *Zirach.*  
36: 28. Notatur hic crimen *elationis*, quâ se efferre  
conarentur supra potestatem principum, ne quid ab  
eorum jurisdictione politica patientur. Ita sedem suam  
quilibet exaltaret, & vi quæstuum communiret, ut

nil habeat à secularibus sibi metuendum. Hæc superbia studia, jurisdictionem cum imperio supra potestates mundanas seu cum exemptione à subjectione seculari quaerentia, notantur & alibi apud Prophetas. Vide *Psal. 12: 5. 73: 9. Jes. 14: 14.*

§. 4. Quod ulterius illustratur ab affectatae potestatis fine proximo; dum dicit hoc consilium quemlibet eorum initurum, *ad se eripiendum ex manu mali*. Notat autem *malum*, quicquid censetur homini non sine tristitia evenire, quodque horret & fugit caro, nimisrum crucem & persecutionem. *Manus* metaphorice dicitur pro potestate & potentia, ut *Psal. 106: 41. 42. Dan. 11: 11.* Ex ista manu eripi, est in eo statu ponii, ut à malo liberati non amplius quicquam ab eo habeant metuendum: quæ securitas quæritur *in elatione*, seu acquisitione auctoritatis & virium, quibus extra principum afflignantum contactum constituantur, ut sint resistentio, aut ipsis metuendi. Supponitur fuisse illos antehac sub potestate mali, & multa gravia tulisse à manu principum, qui persecutionum fuerant auctores. Nunc vero culpatur in his *nimia fuga crucis*, eos impellens ad munimen adversus eam querendum in constitutione imperii & dominatus alterius ordinis, quo omnem potestatem secularem quasi refrænare valeant.

§. 5. Væ illud, quod tali hominum generi, seu istiusmodi carnalibus in ecclesiâ præfulibus intentatur, notat non solum vehementer desplicere Deo talia hominum consilia, utpote naturæ regni Christi non consona: sed illis etiam paratum esse in die vindictæ judicium, quo etiam hos censi inter inimicos, à justo judge puniendos, manifestaret.

Vers. 10. *Consulisti pudorem domui tuae : præcidere populos multos , & peccantem in animam tuam.*

§. 1. Notetur in hoc versu apostrophe , dum Deus sermonem suum ad illum iniquum economum dirigens , eum severius increpat. Obijcit illi *consilium* seu *consultationem* haud decoram. Objectum criminis est *domus sua* , quæ illi cum neglectu domus Dei curæ fuit : circa istius extirctionem videri voluit prudenter & ex *consulto* egisse , quo innuitur , hinc quod plures habuerit secum , qui illi fuerint à consiliis , ut assentatores & consilii confortes : illinc , quod cruento modo sedem suam , quam exaltare moliretur , defendere non vereretur ; imo hoc putaret sibi gloria.

§. 2. Eventum consilii istius notat fore *pudorem* בְּשָׁת ; quia apud æquos & justos rerum æstimatores id non solum ei foret in probrum & contumeliam , sed tandem etiam ipsi tenderet in *pudorem* , quando destitutus apologia non posset hoc suum consilium justificare , & crimen à se amoliri. Est hic metonymia consequentis pro antecedente ; indicat enim argumentum istius consilii continere rem turpem , hominemque istius muneris minimè decentem : quem enim decet mundanis subesse potestatisbus , & aliis in exemplum Cæsari dare quæ sunt Cæsaris , ille non potest non censeri turpiter agere , quando se majestati , non armis spiritualibus , sed carnalibus aut abusu potestatis suæ opponit : omnes enim prudentiores sic aliquando animadverterent hoc ejus consilium non fuist ex Deo , aut è spiritu veritatis , sed ex spiritu ambitionis malo.

§. 3. Hinc exponit pudendum illud ambitiosi Episcopi consilium, quo decreverat *præscindere multis populos*. Injuria notatur, infcrenda *multis populis* מִשְׁעָרֶבּ רַבִּים; intellige non gentes, Deum non cognoscentes; sed *populos*, legibus Dei se subjicientes, & regnum Dei profitentes. Malum inferendum venit sub verbo קָצֹת, quod *præscindere seu abscindere à communi corpore* significat: convenit cum Græco ἀποκόπτειν: atque usurpatur, ubi corporis truncationem, quâ extremitas abscinditur, indicat textus Prov. 26: 6. prout etiam γέρας cum hoc nostro Πάρη congruit Deut. 25: 12. Jud. 1: 6. Quidam sumunt pro *exscindere*; hinc LXX. Συνετέραν τολλάς λαὸς: *consumpsisti multis populos*, ut significanteret totos populos ab eo vastatos & funditus perditos. Verum illi verbi proprietatem non servant: abscissi enim hic in eâ veniunt relatione, quâ, qui erant partem constituentes corporis, ab eo separantur. Scilicet, potestatem sibi sumeret in illud corpus, ex variis populis conflatum, quâ quosdam à communione separaret, qui hic pingitur oeconomicus, & architectus in ecclesiâ. Fieri hoc posset dupliciter, aut subditorum excidio, aut conjuncctorum excommunicatione, quâ integræ nationes ab ecclesiæ communione separantur: quæ excommunicatio etiam *abscissio* vocatur. Gal. 5: 12. Pro ratione muneri oeconomici seu Episcopi ultima verbi potestas maximè ad rem facere videtur. Tale quid expectandum fuisse à rege Babylonis spiritualis colligere licet ex Jes. 14: 5. 8. 12. Dan. 7: 8.

§. 4. Addit textus integris populis etiam multos privatos, quando subjugnit, etiam peccantem in animam tuam. Variant iterum Interpretes; Vulg. Et peccavit anima tua, LXX. καὶ ἐξήμαρτεν ἡ ψυχή σα. Hi sensum poltu-

postulant , ut culpetur à contracto reatu : quasi dicat , læsistī animam tuam , tibique malum parasti , dum anima tua malo obnoxia facta est . Verum explicari potest de peccato in animam alieñus , ut sit verbum cum accusativo , uti Exod . 5 : 16 . Dein non video , quomodo נֶפֶל , quod est participium , huc commode trahi possit , & ita in præteritum resolvi : potius explicandum est in cohærentiâ per accusativum , ut fecimus in versione . Syntaxis est ut prov . 8 : 36 . 20 : 2 . Anima hujus notat ejus cupidinem , & sententiam cupiditati ejus consentaneam . In hanc peccare dicitur , quicunque eam non sequitur , & ut legem non accipit ; negatque se velle stare ejus arbitrio . Contra hos etiam decrevisse pingitur excommunicationis sententiam ; quâ tales à communione corporis , quod sibi subjecit , absindere consuluit .

Vers . 11 . Nam lapis è pariete clamabit , & trabs è ligno respondebit illi .

¶ 1 . Hinc accedit oraculum ad expositionem cause pudoris , quo dixerat hunc suffundendum : sed eam rurus singulariæ enigmate involvit . Notantur hic lapis è pariete & trabs e ligno , tanquam totidem partes domus , seu ædificii . Juxta leges architectonicas paries ex lapidibus coagmentatis struitur ; domumque includit , & ab omni parte seu latere defendit : atque sic quilibet lapis innuitur . Hinc additur בְּפִים בְּעֵץ . Hoc ultimum quid sit ? variant interpres . Neque vox extra hunc locum occurrit . Hieronymus exponit lignum , quod inter juncturas ædificiorum est : monetque Theodosiensem & quintam editionem reddidisse σύδεσμοι ξύλα ; Sym-

machum σύνδεσμον διοδομῆς ξύλινον : aitque esse lignum , quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur , & vulgo apud Græcos appellatur iμάντωσις . Est hæc (inquit Lud. Capellus) descriptio crassarum trabium , quæ utriusque ædificii muro imponuntur , tum ad continendos seu colligandos inter se parietes , tum ad superstruenda illis tabulata : crassioribus enim illis trabibus (quæ cantherii Vitruvio dicuntur) imponuntur deinde transversim ligna , tum illis imponuntur longurii aut asperes , sicque sit tabulatorum compages . Lxx κανθάρος ἐκ ξύλου , Scarabeus ex ligno . Malè ; legendum κανθάριος , aut κανθάριος , quæ vox Vitruvio architectonica est , ut diximus , & planè ex scopo . Conf. Lud. Capelli notas in h. l. Notandum igitur lignum hic venire pro tabulato ex ligno facto , quod trabibus crassioribus unà cum tignis transversis incumbit .

§. 2. Tribuitur hisce clamor & responsum . Verbum πῦς clamare clamorem querimoniac ( qualis ab oppressis & sub injuriarum tolerantiâ auxilium implorantibus provenit ) significare solet . Deut. 22: 24. Respondere autem ita clamanti est , oppresso & restitutionem petenti addicere auxilium , & adferre : ut responsum illud voto prioris respondeat . Ita duo illa verba etiam alibi sibi mutuò respondent . Vide Job. 35: 12.

§. 3. Quandò ille clamor tribuitur lapidi ex pariete , & responsum illud træbi è ligno , rebus naturâ mutis , palam est figuratam in iis esse dictiōnem . Quidam hic ad hyperbolem configiunt , sensumque esse volunt lapides & signa ex rapinis compacta prædas quasi loqui , & indignari in ædis subversione , quod materia injusti ædificii facta fuerint . Alii respicere textum volunt ritum quorundam , qui ex ruinis lapides & ligna mutuantes , inde

indè novorum ædificiorum materiam faciunt: cumque istæ reliquiæ translatae vestigia sæpè referant primæ originis, indè etiam fieri testimonia inclemotoris destruætionis, quam à primo usu passæ fuerant, existimantur. Verum hic clamor cum isto responso concipitur ut architectum illum pudefaciens, non propter rapinas, sed propter populorum excommunications. Qualis est domus, tales sunt hujus partes: & quale est crimen, arguendum, talis est sermo arguens. *Domus Dei*, quam suam facere in visione cernebatur iniquus ille œconomus, cum sit ecclesia Dei, ejus *lapides* sunt vivi *lapides*, homines credentes, Christo per fidem conjuncti (Conf. 1 Petr. 2:5.) ejusque *trabes* sunt ejusdem ecclesiæ viri spectabiles. Utrumque genus partium in ecclesiâ tanquam domo Dei responderet talibus partibus in domo manufactâ: & usum, quem lapides atque trabes præstant in ædibus, hæc duo hominum genera etiam præstant in ecclesiâ. *Lapides* parietem constituentes, & in fundamento soliditatem invenientes, separant aream domus à communii terrâ, & excludunt extraneos: suntque Symbolum fidelium, fide in Christum immobilium, & glutino charitatis cum fratribus coniunctorum, qui cum mundo non communicant, & alienos à fide orthodoxâ ad communionem sanctorum non admittunt. Hi lapides vivi rationalesque pinguntur ut sensu injuriarum affecti, & clamores in publicum emitentes, quod injustæ excommunications istius œconomi totos populos, & pravæ ejus cupidini non assurgentess, ex communione suâ exturbent, atque abscondant. *Trabes*, tabulatae & lacunaria fulcientes, ac parietes continentes ne dimoveantur, sunt symbolum istiusmodi membrorum ecclesiæ, quorum est ex singulari suâ vocacione ecclesiam protegere, & suo robore firmare: quod

sanè principum est , & eorum qui fidelium audiunt patroni ; quorum est querelas piorum audire , accusatio-nes examinare , oppressis clamantibus respondere , atque potenti suâ defensione id agere , ne parietes eccle-sie corruant . Quibus positis , clarum est , hanc com-minationem , adversus pseudoeconomum illum denun-ciatam , ecclesie spem facere , fore in tempore ut au-diatur vox orthodoxe sentientium , superbo huic capiti obloquentium , nec non Superiorum hisce clamantibus suo auxilio patruginantium : quod eo fieret cum successu , ut pudendum istiusmodi præsulum consilium tandem ali-quando inter homines fieret manifestum .

# HISTORIA IMPLEMENTI.

§. I.



Ui hic notatur per avaritiam haud justos faciens *questus* , & undiquâque potest thesauros improbitatis conquiriens (idque postquam impe-rium Romanum gentile dejectum & spoliatum fucrit) nullus alias est , quam quilibet *Episcopus* degener , qui non tam ecclesiam , quam suam curat familiam ; totumque gregem Christi sibi in totidem mancipia submittere conatur , ut sibi profint , atque lucrum amplissimum adducant . Incepit istud malum jam *Cypriani* ætate , cuius in libro de lapsis hæc extat quærela . » Non in sacerdotibus religio devota ,  
» non

„ non in ministris fides integra , non in operibus mi-  
 „ sericordia , non in moribus disciplina : quin *Episco-*  
 „ *pi plurimi* , quos & ornamento esse oportet cæteris  
 „ & exemplo , divinâ procuratiōne contemptâ , pro-  
 „ curatores rerum secularium fieri , derelictâ cathedrâ ,  
 „ plebe desertâ , per alienas provincias oberrantes , ne-  
 „ gotiationis questuose nundinas aucupari . Esurien-  
 „ tibus in ecclesiâ fratribus , habere argentum largiter ,  
 „ velle fundos insidiosis fraudibus rapere , usuris mul-  
 „ tiplicantibus scenus augere . Hactenus ille . Pace  
 ecclesie datâ , ex Principum liberalitate aliorumque  
 donis & legationibus ecclesiâs exiguo tempore in immen-  
 sum opibus auctas videre licuit : & segniores episcopos  
 iis corradendis haud supinos : qui quotidiè novas exco-  
 gitabant artes , quibus regios coâcervent thesauros ,  
 ut iis superbè incumbant . Singulare artificium fuit in-  
 hiare matronarum oblationibus , quibus eos ita fuisse  
 ditatos monet *Marcellinus* , ut hinc procederent vehi-  
 culis insidentes , circumspæcie vestiti , epulas curantes  
 profusas , adeò ut eorum convivia regales superarent  
 mensas . Libr. 27 : 3. Quibus modis , quamque turpi-  
 bus officiis seniorum tum virorum tum foeminarum le-  
 gata ambirent Clerici istius temporis *Hieronymus* in  
 epist. ad *Nepotianum* edisserit . Hanc cleri avaritiam ,  
 ne perrumperet , legibus coercere conati sunt Imperato-  
 res . *Valentinianus* , *Valens* & *Gratianus* lege *Dama-*  
*sao* inscripta . leg. 20. cod. Theod de Episc. Eccles.  
 & Clericis . *Ecclesiastici* aut ex *Ecclesiasticis* , vel  
 „ qui continentium se volunt nomine nuncupari , vi-  
 „ duarum & pupillarum domos non adeant ; sed pu-  
 „ blicis exterminentur judiciis , si posthâc eos adfines  
 „ earum vel propinqui putaverint deferendos . Cense-  
 imus etiam , ut memorati nihil de ejus mulieris , cui

„ se privatim sub prætextu religionis adjunixerint , libe-  
 „ ralitate quacunque , vel extremo judicio possint adi-  
 „ pisci . Et omne in tantum inefficax sit , quod alicui  
 „ horum ab his fuerit derelictum , ut nec per subje-  
 „ ctam personam valeant aliquid hisdem ejus foeminae vel  
 „ donatione , vel testamento percipere , &c. Sic &  
 „ *Valentinianus* , *Theodosius* & *Arcadius* l. 27. Nihil  
 „ de monilibus & suppellectili , ceterisque claræ do-  
 „ mus insignibus sub religionis defensione consumat vi-  
 „ dua : sed universa integra in liberos proximos trans-  
 „ scribat ; ac si quando diem obierit , nullam ecclæ-  
 „ siam , nullum Clericum , nullum pauperem scribat  
 „ hæredem . *Cf. Valesius* ad locum *Marcellini* anno-  
 „ tata ; veteres Christianos olim annonam & pecunias ob-  
 „ tulisse Sacerdotibus , quibus non solum Clerici , sed  
 „ etiam pauperes matricularii alerentur . Postea (inquit)  
 „ *Sacerdotes* quidam has pecunias intervertere , & in fi-  
 „ nium suum congerere coeperunt , & paucorum culpâ , ut  
 „ reliqui omnes hâc suspicione contingenterunt , effectum est.  
 „ Quo circa *Joh. Chrysosthomus* in hom. 2. ad Epist. P.  
 „ ad Corinth. suadet fidelibus , ut ipsi eleemosynas suas  
 „ erogent pauperibus , nec Sacerdoti ulterius offerant .

Audiamus etiam *Sulpitium* in historiâ suâ sacrâ de cle-  
 „ ricorum avaritiâ querentem . *Ministri ecclesiariem* (in-  
 „ quit) inhiant possessionibus , prædia excolunt , auro incu-  
 „ cubant , emunt venduntque , quæstui per omnia student .  
 „ Ac si qui melioris propositi videntur , neque possidentes ,  
 „ neque negotiantes , quod est multò turpius sedentes mu-  
 „ nera exspectant , atque omne vitæ decus mercede corru-  
 „ ptum habent , dum quasi venalem præferunt sanctitatem .

§. 2. Multorum ambitio & luxus edocuit orbem , ut  
 „ conarentur sedem seu nidum suum in alto collocare . Ita  
 „ *Basilius*

*Basilius Epist. 10. in episcopo Romano notat peccatum contra decentiam, cum dignitatis loco habere superbiæ splendorem (ἀξιωμα χρίειν τὴν ὑπερηφανιαν) cum id peccati vel solum ad constituantem adversus Deum inimicitiam sufficiat. Marcellinus dixerat eos procedere vehiculis insidentes, circumspicere vestiti, epulas curantes profusas, adeò ut eorum convivia regales superent mensas. Illam pompam cum opulentia conjunctam Pretextatus consul designatus respiciens Damaso dixisse fertur in epist. Hieron. Facite me Romanæ urbis episcopum, & ero protinus Christianus. Ab hoc crimine etiam Gregor. Nazianzenus culpat Antistites Orientis in carminibus nuper à Tollio ex Mss. editis Carm. 1. vers. 610. &c.*

Καὶ σύ μοι Φράζειν τὰ σᾶ.

Οἶκος, γυνὴ σφριγῶσα, τεκνιών ὁδός,  
Κτῆσις, κελευχαὶ, πράκτορες, βοᾶι, δίκαιοι,  
Ἄπαντα μεσὰ Φροντίδων καὶ πραγμάτων.  
Τράπεζα φλεγμανίασα τῶν ἐδωδίμων,  
Ταῖς ὀφοκοῖσιν καὶ κεραμάτων πλοκαῖς,  
Γῆς καὶ θαλάσσης καρποφορέων ἐντέροις,  
(Εἴς ὃ δὲ νῦν βαστίζεται, οὐδὲ ἔχει πλάτος)  
Μύροις, γέλωσι, φαλμάτων συναυλίαις  
Οἰς κυμβάλων δεῖ καὶ ποδὸς φοφημάτων.

Nec non Carm. 2. vers. 18. 19. 20.

Εἴπερ νόμος τὰ Φαῦλα,  
Πλάτει, τύφε τε, θρύψεις, Φιλαρχίας,  
Τῶν νῦν ἐπικρατέντων.

Idem orat. xxxii. querelam hanc effundit, vitæque suæ  
genos

genus cum illorum luxu splendentium vitâ confert (verba ex Billii versione pono) *Qum hæc quoque fortasse nobis exprobaverint (jam enim exprobrarunt) quod nec mensa lauta & opipara , nec magnificâ ueste utimur , nec splendide in publicum prodimus , nec ad eos , à quibus convenimur , gravitatem & fastum adhibemus.* Nesciebam scilicet nobis cum consulibus & præfectis , clarissimisque bellî ducibus , qui tot opibus copiis que circumfluant , ut quo sua projiciant , non habeant , emulationem & certamen esse : illudque oportere , ut & nobis , pauperiem bonis , ad luxum & delicias abutentibus , venter undique comprimator , & necessaria in res superflua effundantur , atque altaria ipsa ruclibus nostris contaminentur. Nesciebam nos equis insignibus & lascivis ferri , sellisque & curribus magnifice attolli , ac cum fastu & pompa deduci : velutque blandâ manu demulceri oportere.

Præsertim conabantur multi certatim thronos suos effere , atque ad se rapere judicia , pro tribunali sedentes , imo sub titulo jurisdictionis ecclesiasticae semet è manu secularium eripere. Hinc *Valentinianus* authoritatem Episcoporum latius evagantem lege quâdam Ann. 452. coercere coactus fuit , quæ ita loquitur. *De episcopali judicio diversorum sape causatio est. Ne ulterius querela procedat necesse est præsenti lege sanciri. Itaque cum inter Clericos iurgium vertitur , & ipsis litigatoriis convenit , habeat Episcopus licentiam judicandi ; præeunte tamen vinculo compromissi. Quod & Laicis si consentiant , authoritas nostra permittit. Aliter eos judices esse non patimur , nisi voluntas iurgantium , interpositâ , sicut dictum est , conditione præcedat. Quoniam constat Episcopos & Presbyteros forum legibus non habere , nec de aliis causis , secundum Arcadii &*

Ijono-

Honorii Divalia constituta, quæ Theodosianum corpus ostendit, præter religionem posse cognoscere. Si ambo ejusdem officii litigatores nolint, vel alteruter, agant publicis legibus & jure communni. Sin verò petitior Lai-  
cus, seu in civili, seu criminali causa à cùjuslibet loci Clericu[m] adversariam suon, si id magis eligat, per au-  
thoritatem legitimam in publico iudicio respondere com-  
pellat. Quam formam etiam circa Episcoporum perso-  
nam observari oportere censemus. Ut si in hujusmodi ordinis homines actionem pervasionis & atrociorum inju-  
riarum dirigi necesse fuerit, per procuratorem solenniter ordinatum apud Judicem publicum inter leges & ju-  
ra configant. Vid. Cod. Theod. Novell. Valentia. L.  
2. Tit. 12.

§. 3. Consilium autem, ex quo istiusmodi studia profluxerunt, nullum aliud fuit, quam ut se contra potestatem mundanam munirent, seque Principum ju-  
risdictioni eximerent, à quibus se haud raro graviora passos fuisse erant memores: ne itaque in posterum ha-  
beant, quod sibi ab iis metuant, omni studio & cona-  
tu se ex istâ manu mali eximere conabantur. Quod fa-  
ctum à sede Romanâ, duos sibi gladios vendicante,  
temporem & spiritualem: ex eodem principio deri-  
vat, & defendit, *De Rubeis in vitam Bonifacii p. 102.*  
„ Ante Bonifacii (inquit) tempora, ingemuerat sæ-  
„ pius Romanus Pontifex sub Principum, ne dicam  
„ Tyrannorum sævitiam, famem, inediā, carceres,  
„ mortem, eamque dirissimam ab iis passus: nam Li-  
„ berius dolo captus, missusque in Thraciam exul,  
„ extrema quæque tulit. *Fælix*, jubente *Constantio*,  
„ non longè à Tybure martyrio coronatus fuit. *Jo-*  
„ *hannes* 1. in carcerem à *Theodorico* conjectus, pedo-  
„ re, situ, inediā confectus occubuit, *Sylverius*,

„ mandante *Theodorā Augustā*, à *Bellisario* captus,  
 „ ac Pataram Lyciae urbem in exilium missus, mox tra-  
 „ ductus in insulam Palmariam, sensim fame defecit.  
 „ *Vigilius* ductus Constantinopolim, func ad collum  
 „ ligato, per urbem tractus, cæsusque. *Martinus* à  
 „ *Theodoro Exarcho* vincitus, & Constantinopolim mis-  
 „ sus, in insulam Chersonesum relegatus, ac teterri-  
 „ mo conditus carcere, summis rerum omnium diffi-  
 „ cultatibus afflicitus interiit. *Formosum Romani* af-  
 „ flixere. *Johannem decimum Vido Comes* compre-  
 „ hendit, custodiæ tradidit, & faucibus cervicali oc-  
 „ clusi, miserè interfecit. *Stephanum X* seditionibus  
 „ oppreslere Romani, & vulneribus turpiter fœdavē-  
 „ re. Nec meliori sorte usi *Johannes XII & XIII.*  
 „ Alterum *Berengarius* & *Albertus* indignissimis tra-  
 „ ctavere modis; Alterum *Petrus*, præfectus urbis,  
 „ Decharcontes, & Consules comprehendere & urbe  
 „ depulere. *Benedictus VI* à *Cynthio Romano* captus,  
 „ & in molem Adriani conjectus, ibidem seu strangu-  
 „ latus, seu fame enecatus periit. *Gregorius VII* me-  
 „ diâ nocte Natalis Domini, in ecclesiâ S. Mariæ Ma-  
 „ joris, ad aram faciens, strætis insidiis captus, &  
 „ munitissimâ in turre in carcerem conditus: & *Gela*  
 „ suis 11. pedes ligatus per Romana compita tractus &  
 „ scđissime tractatus fuit. Hâc inducione usus au-  
 „ ñor, egregiè mihi illustrat, ut potentia Principum  
 secularis huic hominum generi non aliter respiciatur,  
 quam ut *manus mali*; adversus quam munienda erat sedes  
 Romana: quare rota hæc inducione in argumentum ad-  
 ducitur, quo *Bonifacium suum justificare ex consilio*  
 laborat. Ita enim conclusionem facturus, pergit.  
 „ Ut quanto ea indigniora Vicario Christi, tanto di-  
 „ gnior Immortali præconio *Bonifacius*, qui sanctissimi-

„mâ constitutione in dignitatem suam afferuit Romanam sedem, & quamcunque in terris potestatem ostendit Majestate Pontificiâ inferiorem esse. Verum, quid hoc aliquid est, quam ex amore mundi dominatum erigere, quo crucem Christi effugias: quasi ministri Christi meliores sint domino suo; & eos deceat potius armis aut brachio carnali, quam Christo rupi & regni sui defensori inniti; neque amplius ferre persecutions, quas impii principes contra ecclesiam concitant.

§. 4. His accessit abusus discipline ecclesiastice in caussis Scismaticis, quando potestate sua abutentes Episcopi anathematum fulminibus à communione ecclesiae (ut vocant) resecare ausi sunt integros populos, sub aliis sedibus degentes, nec non quoslibet fideles particulares\*, se juxta horum Præsulum & Angustum voluntatem ac desiderium non componentes.

Orta est in ecclesiâ portentosa contentio de erroribus Origenis, qui damnantur Alexandriæ per Theophilum, Romæ per Anastasium; ille Origenistas relegat, qui se Hierosolymas ad Johannem Episcopum, Origenis fautorum conferunt: hos tamen ulterius persecuens etiam Hierosolymis pellit Theophilus. Puli Constantinopolim adeunt, ibique à Chrysostomo excipiuntur. Agitur auctore Theophilo conciliabulum Chalcedonense, Chrysostomum, ut Origenistis faventem, damnans, & viro Maximo ultimum exitium parans, nisi Deus avertisset. Quod antea non potuit; postea assequitur: Chrysostomus enim eo instigante deponitur, damnatur, & ab Arcadio in exilium mittitur. Successor ejus Ar-sacius cum amicis Chrysostomi crudeliter agit, sicuti & post eum Atticus, ejusdem sedis Episcopus.

Sub Zenone Imp. conciliatio quædam inter partes

propter Eutychismum litigantes tentata , ab omnibus Patriarchis Orientis approbata , solum habuit Fælicem III Episcopum Romanum contradicentem , qui in *Acacium* Constantinopolitanum sententiam anathematis dixit , & legatos , qui cum *Acacio* & *Moggo* Alexandrino communicârunt exauktoravit : sicut & contra *Acacius* nomen *Fælicis* ex diptychis erasit . Ita schisma obortum est , inter Episcopum Romanum , & alios Orientis . Omitto lites inter primarum sedium Antistites *Antiochenum* & *Alexandrinum* : *Romanum* & *Constantinopolitanum* : &c. dum alter alterius dicecesin involare : aut auctoritatem suam præ alio præponere laborabat , undè scismata , imò pugnæ & strages .

§. 5. Sub omnibus illis perturbationibus gemuerunt , qui ecclesiæ Christianæ partes faciebant nobiliores , & auditæ sunt pigrum querelæ ; subvenientibus in multis responsis suis Imperatoribus , qui sæpè coacti sunt legibus frænare Clericos & Episcopes , atque ita pudefaceret eos in consiliis & moliminibus , quibus nefanda machinabantur .

## SUBSECTIO QUARTA

*De Judicio Dei adversus civitatem regno Christi oppositam.*

*Analysis.*

S. I. **P**ost consilium pseudoeconomi de domo sibi cum fastu extruendâ , à Deo judice reprobatum & condemnatum ; sequitur consilium de civitate ædificandâ in sanguine & injustitiâ , codem modo à Deo repudiatum & damnatum ; atque aliquandò per multiplicationem cognitionis gloriae Dei in terris eludendum. Qui istius consilii auctor est , etiam hic notatur ut regni Dei adversarius , sed fucatus ; qui videri velit civitatem Dei condere : dum incondito agendi modo leges archetonicæ sacræ haud observat , & planè à normâ divinâ deflectit. Nil notiùs est , quam civitatem hanc à Deo evertendam ad ea spectare tempora , quibus terra impleretur cognitione gloriae Dei ; quasi aquis , quæ mare operiuntur : cumque ista promissio de gloriâ Dei , ejusque amplissimâ cognitione in terrâ bonum N. Test. respiciat ; atque ejus interventu civitas illa veniat subvertenda ; necesse est , ut hæc civitas ad molimina adversarii alicujus , qui se regno Christi opponeret , ac propterea in supplicium , à vindice regni Christi infligendum , incurreret , referenda sit. Frustra itaque sunt , qui etiamnum de Nebucadnezare cogitantes , hanc civitatem Babylonî antiquæ , quam Seleucus sub initiis

tertiae Monarchiae longè ante tempora Christi funditus deleverat, etiamnum applicant. Quæ applicatio quomodo cum tempore multiplicatae cognitionis Dei combinari possit? planè non video. Omitto, quod rerum ordo ac series in anterioribus nos jam ad tempora deduxerit, quæ euangelium regni Christi consequuntur; ut nullo colore illa retrogradatio interpretum palliari queat. Notandum porrò, quod ipse *Abarbanel* hic incipiat evigilare, & animadvertere, quod Propheta hic à vers. 12. incipiat agere de regno Edom; ita appellans imperium Romanum. Verum regnum Christi non attendens in prioribus; & Antichristi dominationem in Prophetis non satis perspectam habens, etiam non satis distinctè tenet cohærentiam rerum. Hinc aliàs discere potuisset fata eorum, qui se cum Judæis reos fecerant occisi ducis uncti in subsectione secundâ: & qui post fata imperii Romani gentilis non curaverant domum Dei, sed suam struere, sedesque suas efferre in altum: quæ si perspexisset, ordo eum duxisset in hâc sectione ad imperium Papæ hierarchicum, haud rectè sub Christianorum nomine latitans, seque regno Christi opponens.

§. 2. Agit adhuc Deus, seu Dei Spiritus doctorem, prophetam de rebus in visione exhibitis erudiantem; atque aliud hostile molimen dígito quasi monstrantem, additâ consilii sui expositione, quâ vindicias regni Christi spondens fata istius operis patescit: in quâ pericopâ observamus

I. Condemnationem moliminis exhibiti cum comminatione. vers. 12. ubi

**N.** Crimen exponitur, ut situm in profanæ civitatis

a. Ædificatione in sanguine.

b. Compactione per injustitiam.

**D.** Comminatio adjicitur per votulam VÆ.

II. De-

II. Denunciationem frustrationis consilii & molimini istius. vers. 13. ubi

N. Causa judicii proponitur.

B. Effectus subjungitur, qui duplex

a. Defatigatio populorum in proprium damnum.

b. Delassatio nationum in vanum.

III. Expositionem medii, quo consilium istud evanesceret: nempe per multiplicationem cognitionis gloriae Domini in terrâ. vers. 14.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 12. *Ve edificanti urbem in sanguine, & qui compingit civitatem per injustissimam!*

§. 1. Opus, quod novus molitur regni Christi adversarius, vocatur יְהוָה urbs et קֶרְנָה civitas. Non est hæc civitas Dei de quâ diximus ad vers. 8. Sed civitas opposita, regno Christi contraria, cuius etiam fit mentio Num. 24: 19. *Psal. 55: 10. Hos. 11: 9.* quæ in apocalypsi vocatur Babylon spiritualis *Apoc. 11: 8. 14: 8. 16: 19. 17: 5.* Proin hujus civitatis conditor est caput istius urbis, & Christo oppositus, qui in scripturis N. T. *Antichristus* dicitur, quasi alias Nebucadnezzar, Spiritualis Babylonis auctor.

Hoc ædificandæ civitatis molimen non debet accipi de urbis cuiusdam materialis exstructione; quasi in ædiuñ struetur, aut murorum externorum circumvallatione consisteret: verum in regni coelestis mutatione, quâ civitatem Dei in Rempublicani terrestrem, & regnum mundanum transformare laboraret. Notatur enim civitas, quam cognitio gloriae Domini in totâ ter-

rā dissiparet & subverteret ; quæ sola armaturam facit spiritualem , non nisi civitatem spiritualiter dictam conquassantem.

§. 2. Duplex tribuitur huic molimen , scilicet *edificare eam urbem* , & *compingere eam civitatem*. Prius fieri in civium ad cohabitationem & combinationem auxiliorum congregationem ; quā in uno loco (ut unum corpus politicum constituere persuasi) habitacula figunt : idque sub communi lege , privilegiis , & præfecturâ inceptant. Ita hic aliquis indicatur , qui principis instar *civitatem quandam condere in animo habebat* : secuti enim principes eo in casu in electum aliquem locum colonos deducere , aliosque , ut huc migrant , invitare solent , quos datis legibus communi jure beare volunt. Sic etiam hic concipi debet congregare populos & nationes , ut sub ejus præfecturâ unanimis in unum corpus confluant. Alterum dicitur *compingere civitatem* ; verba כָּוֹנֵן & בְּנַחַת ut architectonica etiam alibi conjunguntur. Num. 21:27. Prov. 24:3. Sie etiam verbum נִיר כָּוֹנֵן cum יְהֻדָּה construitur , pro *urbem condere* Psal. 107: 36. Verbum illud notat *constituere* , *confirmare* , et *apto ordine disponere*. Si *confirmationis* notionem respiciamus , videtur allusio sufficationi ædium superaddere civitatis munitionem , qua hostes arceri solent : atque ita hic loci indicabit eum omnia illa media adhibitum , quæ imperium suum reddant constans , et adversus opponentes confirmatum. Sin potius *constitutionis* , & *dispositionis* notionem præligas , respiciendum ad omnem ordinem , prudenter electum , juxta quem plateæ , muri , portæ et cætera omnia ad commodum et potiorem ornatum disponuntur. Ita hic omnis ordinis dispositionem præscribens suam sequeretur ideam , non Dei aut verbi Dei.

§. 3. In his maximè illi vitio vertitur, quod ædificaret urbem *in sanguine*, et constitueret civitatem *per injustitiam*. Prius notat *homicidia* & *sanguinolentas persecutions*, quibus ille veros regni Christi cives ferro atque igne extirpare moliretur, ut suæ præfecturæ fundamenta jaciatur. Alterum significat *opes, pauperum vexationibus, exactionibus, & fraudibus quæfitas*, quas in civitatis suæ constitutionem impendat. In textu est vox **תּוֹלֵד** *injustitia*, factum contra jus & fas; sive *nega-  
ciatorum* Ezech. 28: 11. sive *judicium in foro Lev. 19:  
15.* sive *quorumcunque hominum proximo injuriam fa-  
cientium.* Sic *injusta* divitiarum accumulatione sibi sta-  
bilire ordines dicitur, & nitorem conciliare rigimini suo.

§. 4. Hinc illi *væ* denunciatur; id est *judicium cri-  
minis isto dignum*, quod pro dignitate scelerum huic  
machinatori infligeret quandoque divina vindicta. Hoc  
*judicium graphicè depictum* vidimus ad locum Deut.  
32: 41. 42.

Vers. 13. Nonne ecce à *Jehovah* Deo exercituum erit,  
quod defatigabuntur populi pro eo, quod tan-  
ti est atque ignis? & nationes pro eo, quod  
tanti est atque vanitas, delassabuntur?

§. 1. Labor prædictus incassum fore; idque tribuitur  
providentia Dei, qui intercederet. *Nonne ecce à Je-  
hovah Deo exercituum est?* nempè quod sequitur ju-  
dicium. In judicii istius contemplatione Deus Judex  
respicitur ut *Jehovah*, qui populo suo fidem præstat,  
dum hostes ejus judicat: nec non ut *Deus exercituum*,  
qui velit regnare inter quascunque gentes, & sufficiens  
est ad educendum contra hostes suos exercitus præpo-  
tentest,

tentes, quibuscum illos coérceat. Hunc respici jubet per voculam attentionis *Ecce*; cui dum signum interrogationis adjicit, copse monet manum Dei, judicantis hostes suos in eventu rerum attendantibus fore manifestam; adeoque obligare fideles, ut istum eventum benè perpendant, & in eo consilium Dei ritè agnoscant.

§. 2. Oculis vatis proponit **לְאַנְשִׁים עַמִּים** & *populos* & *nationes*, civitatis istius capiti operam navantes. Venantur hi *populi* & *nationes*, sicuti *Judæi* eorumque contribules vocari solent; quia veniebant sub specie *populi* Dei, & audiebant externā denominatione Christiani; sed in errore versantes, & civitatem illam prōcivitate Dei habentes: quae tamen non ex Deo struebatur. Allusio est hic & in pericopā antecedente ad consilium eorum, qui turrim cum civitate condere decernentes, omnes ferè habuerunt, manum adhibentes, Gen. 11: 3. 4., sibique imaginantes se laborare Deo. Per *populos* itaque majores principatus, per *nationes* minorum statuum cives, qui Christianismum profitebantur, intelligere licet; quorum multitudo hic repräsentatur in visione.

§. 3. Hi spectantur ut *laborantes*, & laboribus intensissimis opus illud promoventes. Verba sunt **עֲבָדָה** & **עֲמָדָה**; prius notat *laborare* usque ad defatigationem Sam. 23: 10. Jes. 40: 28. alterum notat *defatisci*, *delassari* usque ad deliquium animi; ut hic major sit viarium exhaustarum prostratio. Videas etiam duo illa verba conjungi Jes. 40: 28. 30. 31. Connotat proin hæc verborum conjunctio cæcum illum hominum in eo labore impetum, quo cum virium dispendio omnem navarent operam, ut istius civitatis opus promovēant & consumment.

§. 4. Eventus autem gravissimi laboris, qui Dei provi-

providentiae tribuitur tanquam *judicium*, omne illud consilium & molimen reprobans, est *frustratio laboris*: quale quid in textu exprimitur verbis **בְּרוּ אַשׁ** nec non **בְּרוּ רַיִק**. Quoad resolutionem particulæ non idem sentiunt viri docti; alii enim particulam **רַי** esse Syllabam adjectitiam & paragogicam volunt; atque vertunt quasi **בְּרוּק** & **בְּאַשׁ** **בְּרוּ ignem & in cassum**. Alii particulam **רַי** notare id, - quod satis est, volunt, & reddunt **בְּרוּ** ad sufficientiam; atque ita hic *ad satiandum ignem*, & *ad satiandam vanitatem*. Occurrit etiam hæc particula Nah. 2: 13. Jer. 51: 58. Cl. Corcejus vertit pro eo, *quod tanti est ac ignis, atque vanitas: sensumque facit, quod nihil sint consecuturi suis laboribus, nisi quod ignis instar eos ureret, consumeretque, & vanitatis instar eorum spem eluderet.* Dum itaque pomœria hujus civitatis extendere laborarent, sibi pararent partim ignem consumentem, partim vanitatem: dum in eo opere plurimi consumerentur, & qui remanerent superstites saltem se incassum laborasse tandem experientur.

- Vers. 14. *Nam implebitur terra, ut cognoscat gloriam Jehova, tanquam aquis, que operiunt mare.*

§. 1. Occurrit hic promissio, quæ augmentum scientie & cognitionis theologicæ spondet amplissimum: quale bonum in sacris plerumque ultimis N. T. temporibus reservatum legimus, Jes. 11: 9. 35: 8. Conf. Dan. 12: 4. Idem bonum ultimi temporis promittitur etiam sub symbolo auctæ lucis Jes. 30: 26. 60: 9. 10. & aquarum increcentium Ezech. 47: 5. Qui hujus ver-

fus argumentum ad ea tempora, quibus Babylon everfa est, pertinere existimant (inter quos est Hieronymus) illi gloriam *Jehovæ cognoscendam* ad gloriam potentiaæ Dei restringunt, prout ex incredibili tantæ urbis casu olim fuit declarata: quam tunc universam complevisse terram, sicut maris profundum contegunt aquæ, existimant. Verum frigida est admodum illa applicatio: quia gloriam Dei temerè restringit ad gloriam potentiaæ Dei: nec video, quomodo gloria potentiaæ divinae indè ab omnibus agnita fuerit esse gloria *Jehovæ*, Dei Israëlis, quoniam gentes abhinc manserunt in suâ cæcitate, Deum illum unum & verum non agnolentes. Adde, quod illa res non potuerit videri adeo incredibilis, cum jam nuper viderint simile exemplum in excidio Ninives; & frequens sit illa magnorum imperiorum vicissitudo: in Babylonis occupatione valuit stratagema Cyri, nec quicquam extra communia belli fata in eâ re notandum.

Alii hanc gloriae divinae cognitionem per universum terrarum orbem, ejusque promulgationem, incepisse volunt ab utroque Nebucadnezaris edicto *Dan.* 3: 29. 4: 1. hinc fuisse auctam sub Ahassuero, cum multi ex gentibus Judæi fierent. *Hesth.* 8: 15. 16. nec non ab edictis Cyri ejusque Successorum *Esr.* 1: 6. 7. & *Neb.* 2: 6. Hæ fateor aliquæ fuerunt guttulae doctrinæ, diffluentes: verum hic tanta promittitur *Dei veri & viæ in omni gloriâ suâ cognitio*, adeo diffusa & profunda, ut comparetur cum *aquis mareoperientibus*: quod sanè ante tempora adventus Christi nequaquam factum est. Neque illa cognitio quicquam fecit ad caussam, quæ forat destrutio civitatis, & elusio laboris, qui in *Babylonis* literalis exstructionem impendebatur. Proin totus hic locus ad ea tempora referendus est, quo incrementum cognitionis suo N. T. *Babylonis* spiritualis *edificationem* conc-

CAP II:12-14. *ILLISTRATUS.* 437  
confunderet, omnemque laborem huic operi impertitum ostenderet in vanum impensum.

§. 2. *Cognoscere gloriam Iehovæ* (Babylonis spiritualis ædificationem confundentis) est agnoscere *Iehovam* regem, ecclesiæ defensorem, & hostium judicem in omni gloriâ suâ, seu in omnibus viis suis, qualemcumque ejus virtutes & dignitates manifestantem. Ad hanc gloriam Domini pertinet præ primis, illa sui manifestatio, quâ se exhiberet solum caput ecclesiæ, qui solus est omnia in omnibus, quiquè solus sine socio aut nomine humano ecclesiam implet, ut solus in suis glorificeatur *Ies. 66: 5.* quæ res summam ejus præstantiam monstrat. Hanc gloriam Christi Domini per civitatis adversæ imperium aliquandiu obscuratam, viderent de nudo effulgenterem, & suis radius coruscantem, qui eam cognoscerent: quippe quæ renova i luminis instar se haberet, eo cum effectu, ut cognosceretur à multis, & agnoscetur.

§. 3. In quem finem addicit spiritus Dei terræ adimplitionem tanquam aquis, quæ mare operient. Sunt aquæ sc̄pē symbolum donorum spiritus, quæ doctores ad doctrinam ecclesiæ puriorē & efficaciōrem proferrēdā, & fideles ad confessionem fidei evidentiōrem reddendā, ex gratiâ Dei recipiunt. *Hos 6: 3.* Ratio symboli est, quod sicuti aquæ terram imbuunt & frugiferam reddunt, præsertim fluviorum exuberantia; ita donis spiritus auctis, totamque terram pervadentibus, etiam in terrâ progerminaret cognitio gloriae Dei. Aquarum istarum copia confertur cum aquis, mare operientibus; quæ implent omne illud concavum, in usum maris sub creatione excavatum; ita quoque impleret spiritus terram, & eam imbueret, assurgens ad omnes ejus partes, licet præaltas, & alias remotas à cognitione

Dei; quandò se diffunderet donis suis in omnes oras.

§. 4. *Hæc donorum spiritualium & cognitionis gloriæ Dei exuberantia rectè notatur ut cœula irriti laboris, quem in erigendâ illâ civitate impenderent populi & nationes: hujus enim cognitionis ope cognoscerent multi, quid distet Sion spiritualis à Babylone spirituali fugiendâ, regnum lucis à regno tenebrarum, imperium Christi à regno mundano: est enim pura euangelii doctrina potentissimum subvertendi regnum Antichristi medium, & armatura cœlestis, omne, quod se contra cognitionem Christi effert, dejiciens. Hoc medio, qui in exstructione hujus civitatis putabant se promovere civitatem Dei, jam cognitione gloriæ Domini imbuti, ab isthoc opere desisterent; & in opere pergere volentes confunderent; multa eorum consilia, quasi de propagandâ fide, elusuri. Imò multa in istâ civitate condita subverterent, donec tandem tota corrueret. Nec mirum; nam in cognitione gloriæ Domini dignoscerent hunc civitatis adversariæ struētorem se opponere civitati Dei, ad se rapiens gloriam capitum & auctoritatem soli Domino debitam; & subvertens suo ordine & legibus doctrinam fidei, gloriam salutis soli domino redemptori & intercessori unico aliàs asserentem.*

# HISTORIA IMPLEMENTI.

§. I.

**Q**UOTquot haec tenus fuerunt viri doctissimi, qui nobis demonstrarunt Papam Romanum esse Antichristum, ejusque imperium hierarchicum, quod tenet in mundo, esse civitatem illam apocalypticam, quæ Babylon Spiritualis audit; eadem operâ nobis ea suppeditarunt, ex historiâ papatus, quæ etiam hanc partem visionis rerum eventu ostendunt adimpletam. Sanè in sede Romanâ conspicuus nobis factus est civitatis hujus improbae conditor, à quo Phocas Imperator Romanæ sedis Episcopum omnium ecclesiârum CAPUT haberi jussit: ab eo enim tempore ad tantum superbiae fastigium assurrexerunt istius throni Præsules, ut se totius orbis episcopis & patriarchis summo cum imperio præpositos jaçtaverint, & tribunali suo omnes subjicere laboraverint. Romanam voluerunt agnoscî totius regiminis hierarchici Metropolim, æternam sanctioris throni sedem, & civitatis improbabæ, quam moliebantur, arcem seu densensaculum. Papam, urbis Antistitem, proclamari jusslerunt totius ecclesiæ monarcham, non solum universalij jurisdictione totum orbem in obedientiâ ecclesiasticâ continentem, sed etiam ex plenitudine potestatis de principibus & rebus totius orbis pro arbitrio statucentem. Neque celsatum est à molimine sibi arrogandi utrumque gladium tam hierarchicæ quam politicæ potestatis, donec reformatio

formatio illius consilii turpitudinem manifestaret, & magnam molinum partem subverteret. Ad supremam in ecclesiâ potestatem statuminandam plurima faciunt, quæ in Jure Canonico leguntur, ubi non solum audit omnium ecclesiarum caput, verum etiam totius orbis Episcopus; universalis ecclesiæ Rector; solus interris Christi Vicarius: & quæ istius farinæ plura sunt. Quomodo autem se extulerit supra omnem majestatem politicam docent eisdem juris canonici collectiones, quibus assertum video Papæ Romano omnem subesse creaturam; huic terreni imperii jura fuisse concessa; hinc totius mundi obtainere principatum; eum super gentes & regna esse constitutum; atque imperia de gente in gentem transferre, qualia & multo plura collegit Laurent: Banck in tract. de Tyrannide Papæ cap. 2. & 11. Ex his principiis obtendit reges & imperatores suos esse vasallos & clientes; & varios sibi non auscultantes vaticano fulmine excommunicatos de thronis suis deturbavit: utramque Indiam inter Hispanos & Portugaleses divisit: multaque jura regum involavit. Hujus potentiae usurpatio in primis suis conatibus fuit novæ civitatis creatio, quam condidit, dum suam jurisdictionem ita juxta omnes dimensiones amplificavit. Non fuit ista ecclesiæ facies, nec civitatis Dei status, quam considerat Christus, & apostolorum operâ conditam, postmodum gubernandam tradiderat ministris suis. Verum ecclesiam Romanam, ut unam externam civitatem, in toto orbe imperantem, & sic ad modum monarchiæ mundanæ compositam qui attentiùs intuctur, cernit longè aliud opus, quod non Christus, sed Papa Romanus extruxit: quodque ille gloriæ Christi adversarius ex suo consilio suisque legibus, non Dei, adornavit & in hunc cumulum splendoris erexit.

§. 2. Fundamenta istius novæ civitatis , Babylonem spiritualem referentis , in cædibus & iniquitate collocata fuisse , etiam omnis historia , quæ modum propagandi jura pontificia , & amplificandi jurisdictionem episcopi Romani exponit , planum facit.

1. Totus sanguine madet , & cruento humano purpuratus incedit effictus ille ecclesiæ Monarcha , novusque regnorum mundi Arbitr. Titulum *capitis omnium ecclesiærum* , cui tota illa potestas innitur , à Phocâ (Imperatore turpissimo , homine parricidâ) accepit ; qui cum Imp. *Mauritium* , Principem optimum , nefariè sustulisset , ut facti crimen tegeret , & odium vulgi à se amoliretur , sibi assentantem Papam prensavit , eumque titulo isto donavit . Quis non agnoscit eum titulum turpissimæ assentationis fructum ? & assentantem fædissimi criminis eo ipso consortem factum fuisse ? ut præmium sceleris retulerit , quandò primum papalis suprematæ lapidem jecit . Sequenti seculo in eo molimine multum profecit , quandò bello contra *Leonom Isaurum* ob imagines moto , Romanum cum totâ Italia , occisis Græcorum Exarchis , ab illius imperio recedere fecit : *Papa* enim Imperatorem à communione removit , populos sacramenti religione exsolvit , Romanosque in verba sua jurare fecit , undè ad arma ventum est : atque ita (inquit *Sigonius*) *Roma Romanusque ducatus à Græcis ad Romanos Pontifices pervenit*. Ad supremæ dominationis jura confirmanda contra Imperatores in Occidente per ducentos annos varia & funesta sati bella movit ; nec dici potest , quantum eo temporis spatio Christiani sanguinis fuerit effusum ! quas civium Ianienas , exercituum strages , regionum vastationes , urbiunque incendia viderit orbis . S. n. ierunt hæc mala Imperatores *Henrici IV & V* , *Fridericus de Barbarossa* ,

*Henricus VI*, *Philippus*, *Fridericus II*, *Conradus IV* & *Rex Conradinus*, quem insidiis circumventum *Carolo Andegavensi* in manus tradidit, & trucidari jussit Papa. Eum in modum stabilitâ suâ dominatione post *xvii* annorum interregnum *Rudolphus Habsburgicus*, imperii habenas capessens, non solum Papæ possessionem Italiæ, sed etiam supremæ dominationis in eam jus reliquit. Hæc seculis undecimo, duodecimo, & decimo tertio gesta fuerunt. Quid memorem bella *Sacra* & *Sicula*, in quibus ambitioni Papæ litarunt Principes? & factiones *Guelphorum* ac *Gibellinorum* in Italij, illis pro Pontifice, his pro Imperatore decertantibus.

II. Hiscè porro accedunt persecutio[n]es, quæ contra orthodoxos, Papæ dominatum in conscientias & corpora hominum Christianorum non ferentes, motæ sunt: quos sub hæreticorum titulo exscindere laborarunt Pontifices. Seculo *xiii* inceptæ sunt illæ expeditiones cruciatæ contra *Albigenses*: seculo *xv* cædem renovatæ contra *Bohemos*: & cum reformatio[n]e quas non lanienas tulerunt protestantes? inter illas notissimæ sunt *Parisensis*, *vallis Teline*, *Hibernica*, *Pedemontana*, *Hungarica*: ut jam nihil dicam de iis, qui per inquisitionem martyrio affecti, aut in bellis ob religionem motis occisi fuerunt. Ita orbis subjectionem sub sede suâ moliens pro throni sui auctoritate erigendâ & stabiliendâ omissa cædibus miscuit Papa.

§. 3. Additur *injustia*, seu injusta divitiarum collectio, quibus omnis ordo sustentetur, & ad splendorum componatur: cui tota inservit religio pontifica; quippe tota composita ad thesauros injustitiae comparandos. *Indulgenterum* nundinationes nullæ essent, nisi thesaurus papalis dispensationis fingeretur abundare meritis sanctorum, ex operibus monachorum supererogatoriis arces-

arcessendis. Sic etiam *Missionum* distractiones nituntur hypothesi de *sacerdotiorum* efficacia & merito ex ope-  
re operato : nec lucrum inde accederet , si purgatoriis  
subeundi necessitas hominum animos non angeret. E-  
leganter Erasmus. *Apud Sacerdotes nihil non vena-  
le est : quas non tragædias movent pro suis illis decimis ?*  
*quam odiose divexant miseram plebeculam ? non datur*  
*baptismus (hoc est non licet fieri Christianum) nisi nu-  
meres , atque his præclaris auspiciis fores ingredieris ec-  
clesie. Non comprobant matrimonium nisi numeres.*  
*Non audiunt pænitentium commissa nisi sperent præmium.*  
*Sacrificant conducli. Non psallunt gratis. Non im-  
ponunt manum gratis. Vix procul mota manu benedi-  
cunt , nisi data mercede. Quin & illud vere Pontifi-  
cium munus docendi populum questu vitiatum est. De-  
nique non impertinent corpus Christi nisi numeres. Ut  
ne dicam interim quanta messis colligatur ex litibus , ex  
dispensationibus , sic enim vocant , ex condonationibus ,  
quas vulgus appellat indulgentias , à conferendis sacer-  
dotiis , confirmandis episcopis & abbatibus. Sed quid  
apud illos gratuitum est , apud quos emitur & sepultu-  
ra , etiam in alieno solo ? Lepidum est , quod S. Bri-  
gitte tribuitur dictum , atque ex Arum. disc. Acad.  
adducit Laur. Banck : Papam decem Dei precepta in  
hoc usum commutasse , DA PECUNIAM. Hæ  
lucrandi artes , quibus cum τλασοῖς ἀβοῖς per avaritiam  
populum questui habent (monente Petro & Petr 2:2.)  
insignem probant Papæ injustitiam. Quid ni ad hoc  
caput revocemus etiam effictas Constantini aliorumque  
donationes , & vi extortas regum principiisque con-  
cessiones , quibus se pontificum feudatarios fecerunt ,  
aut fecisse finguntur ; quæ omnia etiam ærarium Ponti-  
ficis augent , & illi præter auctoritatem lucrum appo-  
nunt.*

Tam injustè conqueritos thesauros impendi jubet civitatis istius improbae constitutioni & dispositioni , ut ordinibus non desit pompa , nec throno suo firmitas. Sunt sanè in hierarchiâ pontificiâ non solum nutriendi , sed & pro dignitatum gradibus splendore ornandi qualiumcunque ordinum homines infinito numero , qui thronum Papæ suffulciant. Ipse Pontifex imperatoriam refert majestatem , ita omnia auro , marmore & gemmis splendent ; habetque à ministeriis aulicis immensam houinum colluviem , qui & ipsi luxu disfluerunt ; à clericalibus multitudo tanta est , quanta locustarum , quæ totius Aegypti superficiem operuerunt ; à Consiliis sunt purpureo pileo abollaque fulgentes Cardinales , summis regibus de honore & dignitate controversiam facientes , regalibus divitiis regio statui adornando accumulandi. Sequuntur per toram hierarchiam dispersi Archiepiscopi , qui ante reformationem centenarium numerum excedeant , quibus singulis varii subordinantur episcopi ; hi omnes cum ducibus & principibus comparandi , superba inhabitant palatia , luxumque & pompam ostentant principum splendori haud cedente , quibus tuendis amplissimos possident redditus. Minorum ordinum sunt parochi , canonici , sacerdotes , diaconi , subdiaconi &c. quos omnes decet honestam ducere vitam , ut illis laure prospiciendum sit. Præter hos omnium ordinum adsunt Monachi & Monachæ , quorum cœnobia splendidis gaudent possessionibus , quas indies augent , undè eorum Abbates , Priors , & quorumcunque ordinum Generales etiam splendores comitum et principum superant. Hi omnes , cum pontificiæ dignitatis sint fulcra , civitatis improbae ornamenta , ordinataque reipublicæ fundamenta , ex istiusmodi injustitiae thesauris quotidie alendi eum in modum subsistunt. Ade-

de ad civitatis istius decus et splendorem etiam facere *templa* splendida, auro geminisque fulgentia, omnibusque rebus pretiosissimis referta: artificiosissimas *imaginum* fabricas, tam sculptas, quam pictas, et quicquid supellec[t]ilis ulterius requiritur. Omitto jam sumptus faciendo[rum] in reliquiarum collectiones, ostentationes, et scenicas circumlationes, quas processus vocant. Iстis autem immensi turpi-lucri questus exhauiuntur, et maximarum divitiarum, iuste acquisitarum, fit dispensandum.

§. 4. Interim notantur *populi* et *nationes* (cum vi-  
rū suarum dispendio) pro ista civitate, seu pro sede  
*Pontificis laborantes*; sed isto cum rerum eventu, ut  
pars ab opere suo, non aliter ac si *ignis* esset, absump-  
pta fuerit; pars in vanum laboraverit. Spectemus hoc  
in triplici cruciatorum expeditione, et bello ab iis ge-  
sto.

1. Bellum primum fuit, quod gestum est in Oriente,  
pro recuperanda terrā sanctā, & quidem in gratiam Papæ  
susceptum, cuius imperii pomœria se latius extensuros  
sperabant. Classicum cecinit *Urbanus* 11, qui coacto  
concilio Claromontensi An. 1095, ibi bellum contra  
infideles seu Saracenos decerni curavit, et expeditio-  
nem suscipientibus amplissimas indulgentias spopondit.  
Infanda hominum multitudo, cruce femet signando,  
qua ex exercitus erat insigne, An. sequenti 1096 mare tran-  
situ, vilusque est universus Occidens in Orientem mi-  
grare. Intra triennium duobus p[ro]cellis Saracenis supe-  
riores facti, post alias civitates terram desideratam oc-  
cupant, atque Hierosolymis Iedem regni constituunt,  
quod octo reges annos 88 tenuerunt. Ast Chri-  
stiani dissidentes omnia iterum An. 1187 perdidere. Ut  
autem proprio quasi igne absu[m]pti sint, et in vanum

laborarint, vel indè patet, quod historici notent isto in bello tertiam Europæi roboris partem pessimo fao fuisse defunctam. In unâ urbe Ptolomaide, cum *Satadinus* Ægyptius terram omnem reciperet, trecenta hominum millia cœsa sunt. Hi dissidiorum flammis & belli incendio perierunt: tandemque in funum abiisse omnia sua molimina viderunt. Imo reperitis postmodum iisdem studiis, res in totius Græciæ jacturam, quam Turcæ occuparunt, desit.

2. Bellum alterum contra Albigenses motum, à Papâ *Innocentio III.* fuit incepturn; qui cruciatorum exercitum collegit, & eâdem potestate ac sub iisdem conditionibus in eos, ut prius in Saracenos, immisit. Hi sub Legatorum auspiciis An. 1209, accendentibus multis principibus, magnatibus, & episcopis, terram invadunt, atque *Raimundo* Comite Tholosano cedente omnia depopulari, oppida diripere, strage, incendio, & ruinâ quicquid occurrebat completere ceperunt. Indè arma capere Albigenses, multos cruciatorum illos oppugnantium occidere, ast confluentibus quotidiè novis crucigeris, partim in montes se recipere, partim novas sedes quærente coacti sunt. Datae interim fuerunt omnes illæ regiones *Simoni*, *Monfortii* Comiti, quem terrarum istarum Principem ac Dominum creavit Papa, & Concilium Monpessulanum in eâ dignitate confirmavit. Ea res, jam in principio Comiri quoque invidiam creavit, adeò ut omnia oppida ab Avenione Tholosam usque ab eo secedentia ad legitimos redierint Dominos: undè etiam Albigenses animum recipiunt, bellum redintegratur, crucigerisque denuò accidis magnum in tetræ illas fecit impetum *Monfortius*, donec varias belli vices expertus, tandem nonum mensem Tholosam obfidens vulneratus, & lapidis iæta ulterius obtutus, vi-

tam cum morte cominutavit. Eo ablato filius ejus *Almericus Monfortius*, cum istas terras plenario sibi subjiceret, & viatos in officio continere non poterat, eadēm *Ludovicus VIII* Regi cellit. Verum omnem illum laborem, populos & nationes delassantem, illis fuisse ignem absumentem, & in vanum cessisse, indè constat; quod inter tot lanienas, Albigenibus illatas, etiam ipsi horrendas retulerint strages, ut innumerā crucigerorum multitudo variis eruptionibus & praeliis haud siccā morte perierit, qui in omnibus locis infinitum viduarum, occisos maritos lugentium, numerum reliquerunt. Neque tamen rot crucigerorum effuso sanguine aliud quid effecerunt, quam Albigenium in omnes oras se diffundentium multiplicationem; quippe qui, ubique degerent, homines ad suas partes pertraxerunt: postmodum enim eisdem religionis consortes inveniebantur in Bohemiā, Bulgariā, Croatiā, Dalmatiā, Germaniā, Franciā & Lombardiā. In Germaniā dicit *Crantzius*, prodibant Concionatores magno numero, qui sono tintinnabuli vocatis Baronibus praedicabant publicā statione. In solā valle Cammonicā decem illis scholæ erant. Doctrinæ suæ rivulos usque ad regnum Siciliæ derivarunt. Collectæ quotannis ex Germaniā Mediolanum mittebantur. Sic persecutionibus dispergi, non verò deleri potuerunt, atque inter eos obtinuit sanguinem martyrum fuisse semen ecclesie: quippe qui inter perpetuas persecutiones numero creverunt. Qui potius ex *Thuani* iudicio audire velit, quem tandem finem tanti laboris negotium fortitum fuerit, legat in pref. Hist. sui temporis: ubi hunc in modum scribit. „ *Contra Valdenses cum exquisita supplicia parion proficerent, & remedio, quod intempestivè adhibitum fuerat, malum exacerbare tur, numerusque eorum in dies cresceret, justi tandem*

„ dem exercitus conscripti sunt : nec minoris molis bel-  
 „ lum , quam quod antea nostri adversus Saracenos ges-  
 „ serant , contra eosdem decretum est ; cuius is exitus  
 „ fuit , ut potius casi , fugati , bonis ac dignitatibus u-  
 „ bique spoliati , atque huc illuc dissipati sint , quam  
 „ error & convicti respuerint. Itaque qui armis se ini-  
 „ tio tutati fuerant , postremo armis vieti in Provin-  
 „ ciam apud nos & Galicie ditiones Alpeis vicinas con-  
 „ fugerunt , latebrasque vitæ ac doctrinæ suæ iis in lo-  
 „ cis repererunt : pars in Calabriam concessit , in eâque  
 „ diu , atque adeò usque ad Pii IV. Pontificatum se-  
 „ continuit : pars in Germaniam transiit , atque apud  
 „ Boëmos , in Poloniâ & Livoniâ larem fixit : alii  
 „ ad Occidentem versi in Britanniâ perfugium habue-  
 „ runt.

3. Addo persecutiones Bohemicas : quæ cum in bel-  
 lum crumperent , denuò conscripti sunt crucigerorum  
 exercitus ; quibus ab anno 1419 Bohemiā infestarunt  
 Papicola , Regi Sigismundo operam navantes. Ve-  
 rum à Johanne Ziscā , Hussitarum duce , rex aditu in-  
 terclusus , & saepius vietus fuit : imo tripartito exerci-  
 tu , bis centena millia militum habens , cum accederet ,  
 nihilominus terrore panico semel , atque iterum fuga-  
 tus est. Quam infelicer contra Bohemos res omnis  
 cesserit Pontificiis utraque historiæ pagina probat , ut  
 in proverbium abierit ; in Bohemicam expeditionem a-  
 beundum esse homini , quem vitæ suæ todet : maxi-  
 mam enim partem militantium contra Bohemos etiam  
 hic ignis absumpsit : neque aperto marte , nec fallaciis  
 in totum extinguere potuerunt Fratrum ecclesias ; quin  
 seculo proximè tequente cum Reformatione fortius eru-  
 perit ecclesia , quam extinguere hactenus nullæ hostium  
 artes , aut arma , quicquid conatu fuerunt , potuerunt.

§. 5. Subvertendum tamen illud molimen Romanæ sedis per cognitionis glorie Domini incrementum prædixit non solum hic Spiritus Sanctus ; verum etiam id ipsum factum suisse comprobavit eventus : venit enim cum Reformatione (quam in Germaniâ Lutherus , in Helvetiâ Swinglius , & alii alibi tentarunt) ille dies , quo anteriorum seculorum densissimæ propulsæ sunt te-nebrae : atque doctissimorum Theologorum operâ resti-tuta est illa diu desiderata & nimium obscurata glorie Domini cognitio , ex sacrarum literarum piâ meditatione & expositione resuscitanda. Occasio huic rei oblata fuit propudiosa illa indulgentiarum per totam Europam nundinatio , iussu Leonis x Papæ facta : qui error ex sinceriori de justificatione fidei doctrinâ primùm dete-ctus , reliquis examinandis castigandisque ansam de-dit. Abhinc compertum est doctrinam Pontificiam va-riis suis dogmatibus gloriam Christi Domini obscurare , imò ei nefandis modis detrahere ; cuius cognitio utilissi-mis Reformatorum scriptis ecclesiæ cum magno lucis auctuario redditâ fuit.. Huc sanè tota Reformatorum collimat doctrina , ut debitam Christo gloriam reddat ; ille solus justitiæ , gratiæ , salutisque auctor agnoscatur ; solus apud Deum hominum mediator & intercessor quæ-ratur ; solum ecclesiæ caput & fundamentum colatur ; imò solus ecclesiam in scripturis docens magister audia-tur. *Hæc cognitio* quoque ita increvit , ut inter quas-cunque nationes scriptura etiam à populo in linguis ver-nacula translatâ , noctes atque dies lecta fuerit ; etiam doctissimorum virorum commentariis illustrata. Com-modè tunc inserviit huic operi ars typographica , haud diu ante illa tempora inventa ; cuius ope totus terra-rum orbis bonis literis fuit repletus : undè parvis sum-pibus sibi quilibet libros sacros comparare , & religio-

nis examen ipse instituere potuit: sic cognitio glorie Dei se facillimè diffudit per omnes terras. Alterum quoque accessit medium, quod nuper etiam in Europâ revixerint linguarum Orientalium, aliarumque disciplinarum studia, pristinam barbariem hominum animis expellentia: unde viri, istarum linguarum callentissimi, provenerunt, qui utriusque testamento vertendo incumbere, & laicis aditum ad illa sacra recludere & potuerunt & voluerunt. Ita comparatis omnigenis cognitionis gloriae Domini, & melioris eruditionis instrumentis, ipsa fides reformata, & unicè ad agnitionem gloriae Dei comparata, ad quascunque orbis plagas profluxit, atque ad ipsos Garamantas & Indos pervenit, eo cum effectu, ut totus orbis, non aliter ac *mare aquis tegitur*, cognitione gloriae Domini fucrit repletus.

§. 6. Hæc autem doctrina Reformatorum, cognitionem illam gloriae Domini restaurans, atque istis mediis per quascunque nationes propagata & circumlata, effecit, ut Papæ tam in ecclesiasticis quam in politicis auctoritas atque potestas aliis in locis fuerit abrogata; in aliis saltem admodum circumcisâ atque imminuta: unde istius civitatis exstructio fuit illinc turbata, hinc suspensa. 1. Reformatione interveniente abrogata fuit Papæ potestas & dominatio in omnibus regnis, dominiis, & territoriis, quæ Reformationem illam admiserunt, qualia sunt regna *Brittanæ*, *Danie* & *Sueciæ*, multaque territoria *Germaniæ*, *Belgii*, *Helvetiæ*, nec non *Hungariæ* & *Poloniæ*: quarum regionum redditus ecclesiasticos amittens cathedra Romana, simul etiam magnis destituta est viribus. 2. Adde multas alias regiones, quæ civitatem illam non deseruerant, Papæ potestatem politicam, ut prodigiosam usurpationem, cum abominatione rejecisse, ejusque bruta fulmina spernendo

do cohibuisse: sicut etiam nonnullæ potestatem ejus ecclesiasticam ferè enervarunt; his illi infallibilitatem detrahentibus, aliis investituram Episcoporum, Abbatum, aliorumque Prælatorum, Regibus & Principibus ex postliminio denuo adjudicantibus. Imò res nunc mediante doctrinā Reformatā eo rediit, ut eruditiores in papatu hodiè longè aliter de multis dogmatibus statuant & loquuntur, quām olim; & cogantur pigmenta querere, quibus errores pontificios obtegant. Unde tamen effectum est, ut danna, isti civitati illata, quomodocunque se res mundi vertant, resarciri nequeant: nihilque supersit, quām decretum à Deo, & multis quoque vaticiniis firmatum, subversionis judicium, quod verbo Dei credentes exspectamus.

## SUBSECTIO QUINTA

*De Callidis & violentis piorum aliorumque circumventoribus & eorumdem judicio.*

### *Analysis.*

**P**roximè à civitatis cuiusdam, & conditoris ejusdem judicio, sequitur aliorum studium damnatum, quo vere credentes, aut saltem fidem gloriæ Domini profitentes fascinante quasi poculo *inebriare*, & ita circumvenire laborabant, quò ad scorrationem spiritualem cum ipsis transeant. Hoc eorum studium in hac visione concipitur, ut cum successu inceptum & promotum, donec Deus, justus

judex, per pœnam talionis id rependere instituat, atque in istos populi seductores severo suo animadvertere iudicio incipiat.

Cogitant quidem adhuc nonnulli Interpretes de studiis *Nebucadnezaris*, pro idolatriâ zelantis, atque exinde miserando exitu crimen luentis: sed contra tenorem oraculi; quoniam præmissa cognitionis gloriæ Dei multiplicatio, quæ civitatem istam saltem ex parte everteret, nunc postulat, ut qui sese hic movent, sint homines, nutanti civitati novo consilio subvenire (frustrâ licet) laborantes. Homines, callidis suis consiliis, & (ubi illa non satis valent) horrendis vexationibus cognitionis istius progressum sistere haud cessantes. Quod si igitur ista cognitionis gloria Dei abundantia ad aliquam N. Test. periodum pertineat? oportet ut hæc studia, ejus progressui opponenda, etiam ad ea tempora referantur, quæ istius novæ lucis periodum proximè sequuntur.

§. 2. Scena visionis repræsentat *ecclesiam* (novâ gloriæ Dei cognitione nunc imbutam) ut quorundam *tentationi* objectam, quâ ad participationem scortationis spiritualis impelleretur. Tentationis istius auctores hic notantur varii: alius qui potum fascinantem bibendum præbet; alius qui ardorem suum admisceret, ut prioris conatibus succurrat, & ubi occasio ita postulat, cunctantem ad id cogat. Deus verò cernitur, ut cum damnatione prioris hunc posteriorem compellans, quò teneat se temerè priori & cum graviori reatus contractione suam navare operam.

§. 3. Sermo Dei iudicis igitur exponit

I. Crimen duplex cum exaggeratione. vers. 15.

A. Crimina sunt

1. Propinatio potans quemcunque proximum, cum comminatione.

2. Ad-

2. Additio excandescientiae , urgentis ad ebrietatem.
- B. Exaggeratio fit à pessimo fine , qui est nudata aliorum intueri.
- II. Judicium , auxilianti præparatum in talionem.  
ubi
- A. Ratio judicii præmittitur. vers. 16. a.
- B. Retributio per partes indicatur , & illustratur.  
vers. 16. b, & 17. a.
- III. Justificationem judicii ex criminibus allegatis.  
vers. 17. b.

### EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 15. *Væ potenti socium suum , ô addens ardorem tuum , atque etiam inebriando , ad intuendum nudata illorum.*

§. 1. Digito quasi monstrat Index quosdam , malè habentes quemcunque socium , aut proximum; quibus monet judicium paratum. *Potator socii* aut proximi *sui* audit , qui ut divino supplicio dignus hic primò loco notatur. Hebr. רענְפָשׁ. Peccatum notatur , ut pro objecto studii sui habens , *socium* , vel *proximum* , aut si ita mavis , *quemcunque alterum* : omnia hæc enim notat vox יְה ; vertitur enim *socius* , *Jud.* 14: 20. *proximus* , *Lev.* 29: 18. & alter *Exod.* 21: 18. Homo homini debet communicationem veritatis: quod si quis alium seducere laboret , peccat contra legem secundæ tabulæ. *Proximus* , ut amicus & socius propontur; quia sub specie amici & benevoli respici vult tentator; qui sociū aut concivis utilitatem querit , quocum

in pace cohabitare optat. *Potans & potatus* hic ponuntur in singulari; non quod unus utriusque classis respiciatur; sed ut hic intelligatur quilibet *potans*, cum quo-libet *proximo*, seu *socio*: hinc in ultimo colo versus affixum est pluralis numeri, ubi videoas *nudata* *ILLORUM*.

§. 2. Crimini vertitur cuilibet istius classis & ordinis *potare alium*, à quo crimen dicitur נְקַשֵּׁת, *potans*, qualis est, qui alteri bibendum præbet, & ad id adigit, sive artibus, sive vi aliquali, aut coactione. Sicuti simpliciter potum præbere ad restinguendam sitim naturalem non est crimen, sed debiti amoris officium. Verum aliquem adigere ad ebrietatem, potus cuiusdam generosi & vertiginem facientis obtrusione, hoc est aliquem inducere in malum: atque hoc alludere textum sequentia probant. Alludere huc textum inquam; quia cum pluribus interpretibus hæc censeo non secundum litteram, sed tropicè esse accipienda; prout verbum bibendi necessariò venit in poenâ talionis. Ad cuius generis potum respiciat emblema, facilè à duplice effectu, indè sperato, colligas, *inebriatione* & adductione ad scortationem: *vinosum* sit oportet, ut vinum & sicera, quod inebriat, quibus aliquandò venerem excitantia immiscentur, atque tunc *philitra* vocantur, seu pocula amatoria. Talis *potus* hic emblema est rei mysticæ, uti *vinum scortationis* *Apoc. 17: 2.* atque notat, quicquid concupiscentiæ & desideriis hominum ad blanditur: mysteria doctrinæ corruptæ, & secreta fidei antichristianæ, animarum voluptatem undà cum salute spondentia, omnibusque lenociniis adornata, per quæ se infatuari homines patiuntur. Tota illa ars blanditiis & illecebribus fallendi, & homines ad partes suas pertrahendi. Verbum *potandi* utrumque correlatum includit; atque innuit

innuit fore, qui vinum illud scortationis offerant, & qui oblatum bibant. Illi forent doctores in illâ civitate magnâ, doctrinam suam fucantes, & ita expositionibus suis inyolentes, variisque incendi hæreticos ut vocant cupediis emollientes, ut eam jam palato carnalium & infirmorum accommodatam hominibus obtrudere au-sint. Hi forent homines, qui se istiusmodi lenociniis seduci, & ad apostasiam revocari paterentur; eam doctrinam admittentes, & ut canis ad vomitum redeuntes, istis fallacis inescati.

§. 3. Istiusmodi seductionis auctoribus VÆ denunciat, & quidem in compellatione ad alium, qui operam suam potentem spondet; ut is edoceretur, Deum non inultos prætermissurum illos fallendi artifices, qui promissis aut minis homines adigunt ad doctrinam illam ab ipsis suscipiendam, & tanquam vinum salubre admit-tendam.

§. 4. Potanti socium suum additur aliis, quem Ju-dex propriè compellat: quique ad priorem accedit, ut illi manum porrigens; מְסֻפָּה חַמְתָּה. Affixum se-cundæ personæ in vocali secundâ indicio est, allo-quiuum Judicis ad hunc dirigi. Huic tribuitur additio ardoris. Vox חַמְתָּה à quibusdam revocatur ad חַמְתָּה cum dupli segol, quæ lagenam seu utrem significat, Gen. 21:14. 15. 19. Hanc significationem amplecti-tur Lud. Capellus, vertitque locum. *VIE illi, qui potum dat socio suo; tibi inquam, qui admoveas illi la-genam tuam.* Verum hic potius חַמְתָּה in regimine ob-affixum est à חַמְתָּה, quæ vox ardorem, excandescen-tiam, & alibi etiam fel ac virus seu venenum significat. Hinc Græcorum alii, ut Aquila vertunt χολὸν, quo-cum V. Vers. facit, quæ mittens fel suum legit: alii ut Symmachus & Theodotion θυμὸν; Editio quinta ὀργὴν.  
Quid

Quid si etiam stylus apocalypticus hoc respexerit, quando vinum scortationis alibi vocat vinum τὸ θυμός τῆς πορνείας ἀντῆς. Apoc. 18: 3. ? Quid sibi voluerint LXX. vertentes voces מִסְפַּת חַמְתָּךְ ἀνατροπή θολερῆ subversione turbidâ? minus evidens est: illi proximè rem aquæ tetigisse videntur, qui illos poculum emeticum respexit conjiciunt, quo stomachus subversionem patiens, ad vomitum proritatur: undè vomitus etiam Medicis σομάχῃς ἀνατροπὴ dicitur. Verbum Πέπειον adjungere significat, cuius participium Pihel est hic loci; ut significationem augeat: notetque aut adjungere se potanti cum ardore suo: aut adjungere ardorem suum mixturæ, ut potum reddat efficaciem, fervore & excandescientiâ cramatiss ad scortandum magis incendentem. Concepit igitur hunc ut potentiam politicam formidabilem, qui illecebris falsorum doctorum minas addit suas, atque ita fore ut qui potum oblatum respuant, in ejus iram incurant; ejusque indignationem & excandescientiam experiantur. Minæ & persecutionum vires additæ poculo, aut poculi oblationi, efficerent, ut plures biberent.

§. 5. Modum si respicis, additur, atque etiam inebriando. Non foret contentus si potandi gustarent poculum scortationis, & ex eo modicè sumerent: sed urgeret eos ad omnimodam ingurgitationem, donec bibenti mens non amplius constet. Est ebrietas nimia potus vinosi ingurgitatio, confusionis & vertiginis causa, undè mens turbata nec motus corporis moderari, nec fugienda fugere satis valet, nescia quid agat, quidve loquatur. Hic effectus in spiritualibus est cæco impletu ruere in omnes exorbitantias Antichristianas; rationem omnem exuere, cæcâ fide credere, nescire quid agas, & mera concupiscentiæ dictamina sequi, quæ homi-

homines suo impetu ad omnia insana abripere solet. *Ebrius* itaque nondum est, nisi qui eousque est infatatus, ut ratione exutā juxta consilium carnis cœcā fide se duci patiatur, etiam ad scortationem spiritualem committendam. Qui poculum illum seductionis, sive promissis, sive minis inducti, bibendum sumere consentirent, externā professione se cum iis conjungentes, nec tamen cum iis omnia agerent, hic occurrunt, ut nondum ab exactiōibus istiusmodi Ductorum tuti; qui non cessarent urgere, donec planè cum cæteris vertiginosi omnia agant, quæ furor ille dicit.

§. 6. Finis istius inebriationis dicitur, *ad intuendum nudata illorum*: in textu originali **למען הבית** **על-****מעורייהם**. Lxx ὅπως ἐπιβλέπῃ ἐπὶ τὰ σπήλαια οὐτῶν ut aspiciat in speluncis eorum. Miror Lud. Capellam eam versionem defendere ex eo, quod מערת speluncam significet; & vox nostra ob van in medio à themate ערה minus commodè derivari posse dicat. Ast speluncam notans, sine van in medio scribitur, & terminazione est foeminini generis, cum vox nostra ex terminazione plurali constet esse masculini generis: imo van in medio satis indicat esse participium verbi ערה in pyhal; ut מערת note id quod denudatum est. Nudata illorum igitur hic notat pudenda illorum revelata. Hinc V. Verlio, ut adspiciat nuditatem ejus. Qui versionem Græcam admittunt, per speluncas eorum intelligunt secreta & arcana eorum, quæ non nisi vino occupati evulgarent; quod ebrietatis est consequens, Prov. 31: 4.

*Reges dicuntur magnis iorgere culullis,  
Et torquere mero, quos perspexisse laborant.*

Capellus tamen per speluncas prophetam utriusque se-  
xus pudenda intelligere vult, quæ etiam à Rabbinis  
**נַקְבִּים** foramina appellantur: atque ita sensus rema-  
neret. Respicit illum ebrietatis effectum, quo se de-  
nudavit Noachus, & semet cum filiabus suis commisceruit  
*Lothus*. Metonymia antecedentis hic notanda est pro  
consequente; ut *nuditatem conspiendam* præbere idem  
sit, ac illicitam venerem colere. Idque ex ebrietate deri-  
vat, qui enim ex ebrietate vertiginosus non perpendit  
quid faciat, ille facilè in sinu scorti pernoctat, atque in  
meretricis nassas incidens istis impurè amandi artibus  
abripitur. Proin *nuditas* symbolum est abnegatæ ju-  
stitiae Christi, quâ se anteà vestitum professus fuerat ten-  
tatus, *Conf. Apoc. 16: 15.* & scortatio sequens est  
gratiam sectari meretricis, notatque eam abnegationem  
hunc fecisse in gratiam scorti. *Crimen* autem, quod  
hujus temptationis auctori imputatur est, partim homi-  
nes eo adigere, partim illud intueri, id est, illam a-  
postasiæ habere pro jucundo spectaculo, quo oble-  
ctetur.

Vers. 16. *Satiatus es ignominia præ honore.* *Bibe ḥ*  
*tu, וְpræputium ostenta.* *Circumagetur ad*  
*te calix dexteræ Jebovæ, וְvomitus igno-*  
*minia erit super gloriâ tuâ.*

§. 1. Est hic in exordio expositio causæ indignatio-  
nis Dei, quæ tanquam ratio & fundamentum judicij di-  
vini, statim describendi, allegatur: dicit enim Judex,  
*Satiatus es ignominia præ honore.* Elecans hic est parano-  
mosia in vocibus **כְּבֹר** & **כְּלֹזֶן**, quibus res oppositæ  
naturâ inter se conferuntur. *Conf. Jes. 22: 18.* *Hos.*

4: 7. **gnōmīnia** est non solum **ācipiā**, seu honor negatus; sed etiam contemptus illatio, quā alicujus existimationi detrahitur, efficiturque, ut pro vili & honore indigno habeatur. *Ignominiam* ille intulerat potatis, quando eos ad rem turpem, publicè in oculos incurrentem, pertraxerat: nec non Deo ac Christo, quandō gloriæ divinæ suis studiis detraxerat. *Honor* hic eriam potati & Dei concipitur ut Iesus, & non desideratus. *Satiari* est desiderium suum explere, atque non abstinerre ab incepto, donec putas te assecutum quod intenderas. Includit hæc enunciatio *partim successum in opere malo*, permittente Deo, ut propositum suum ecusque promoteat ille, donec se scopum suum assecutum fuisse judicet: atque sic prophetia multorum apostasiam à Christo ad meretricem prædictit, per hoc temptationum genus promovendam. *Partim* ejusdem tentatoris *pudorem prostitutum* indicat, qui se oblectat tam pudendo spectaculo, & sibi gloriæ ducit homines secum pertraxisse in tandem scortationem; gaudens in isto malo, ejusque effectibus. In tantâ hominum seductione, aut traductione à cognitione Christi ad agnitionem Vicarii lætari, ac in consummato eo opere acquiescere cum animi oblectatione, juxta interpretationem Dei hic est, potius lætari in ignominia Dei & abnegantium fidem Christi, quām consulere honori Dei & proximi: quia ita agendo utrique *honorem* detrahit, & utrumque ignominiosè conspuit.

§. 2. Prima judicii inferendi pars exponitur verbis; *Bibe & tu.* Nota poenam juxta legem talionis statutam; qui bibendum obtruferat poculum vertiginis; nunc quoque ipse bibat, jubetur. *Bibere calicem*, si per modum poenæ proponatur, metaphorice significat gustare vim iræ divinæ, atque experiri poenarum amarorem,

rem, quas justus Judex infligere decreverat. Confer quoad phrasin *Psal. 60: 5. 75: 9. Jer. 25: 26-28.* Hoc esse judicium Babylonis spiritualis etiam videre licet *Apos. 14: 8-10. 18: 6.*

§. 3. Altera pars judicii & talionis est in verbis: & *præputium ostenta*; qui enim aliorum nuditates cum oblectatione animi videre cupiverat, nunc *præputium suum ostentare cogeretur*. Erat autem *præputium* nota gentilismi, sicut *circumcisio* Judaismi. Verum, cum scriptura etiam loquatur de *præputio cordis* (*Ezech. 44: 9.*) eleganter subinnuitur amasium cum meretrice scortantem, aliquando manifestum iri, non esse verum Christianum, licet antea voluerit talis videri; sed hominem Ethnicum, *præputium cordis* adhuc habentem, & more gentilium licet sub Christiano nomine Deum colentem. Quem itaque occultabat gentilismum, publicè in ejus opprobrium atque in plenam luceim protraheret Deus.

§. 4. Illustratur prior judicii pars cum exaggeratione, quandò dicitur, *circumagetur ad te calix dexteræ Je-hovæ*. Sub nomine *calicis* venit dimensum malorum, quæ judicium Dei puniendis adstituit, *Psal. 11: 6. Thren. 4: 21. Matth. 20: 22. 23.* Concipitur autem hic calix esse *in dexterâ Je-hovæ*, seu per potentissimam Dei providentiam dirigi & distribui, ita ut nemo eum à se amovere possit (*Conf. Psal. 75: 9. Jes. 51: 17. Jer. 25: 15-17.*) Quando nunc porrò idem ille calix *ad eum dicitur converti*, lxx id vertunt *ἐκβάωσεν ἐπὶ σὲ*, atque concipitur quasi in orbem duci, donec ad quemquam perveniat. Metaphora est, à conviviis desumpta, in quibus poculum per convivas quasi in orbem ducitur, ut quilibet suas habeat bibendi vires: acsi dicat; *venient etiam propediem ad te bibendi* di vi-

di vices , ut ima & fœculentior poculi pars tibi veniat absorbenda. Est hæc viarum Dei ratio , ut judicia ejus incipient quidem à domo suā , quo pīi explorentur & hypocritæ manifestentur: ast tandem ea terminentur severiori plagā in hostibus. Confer *Jes.* 25: 29. 49: 12.  
*Petr.* 4: 17.

§. 5. Illustratur etiam altera judicii pars , dum additur ; & vomitus ignominiae erit super gloriam tuam. Vox Hebraica קִיקָלֹן ex duabus vocibus censetur composita ; ex קְרַבָּה , quod vomere notat , & קָלֹן ignominia : unde Hieronymo transfertur vomitus ignominiae. Affirmat itaque fore , ut cum ignominia vomat , calicis potionem ferre non sustinens. Hoc ebriosum vitium est , vomitu ejicere , quæ per nimiam ingluviem hauserant. Sic in judicio tandem quæ illicite & turpiter occupaverat , demum redderet , sive opes , sive dominationes. Dein vomitus dicit super gloriam suam fore : ubi per gloriam decus majestatis , & vestimenta regii ornatus intelligit , quæ ab illo vomitu conspucrarentur ; ut ebrii vomentes omnem amictum contaminare solent. Quæ in metaphorâ significant fore , ut ista ignominiosa restitutio illis tendat in dedecus majestatis & pristinæ dignitatis.

Vers. 17. Nam vis Libani operiet te ; & calamitas bestiarum , que confernabit illas ; ob sanguinem hominis , & vim terræ , urbis & omnium habitantium in eâ.

§. 1. Exponitur judicium , ante comminatum distinguitus ; & per illam expositionem probatur fore , ut ille

persecutionum auctor (quisquis fuerit, qui ardorem superaddit) etiam fiat ostentui, & in ignominiam incurat. Prima comminatio dicit, *vis Libani operiet te*. Vox **לִבָּן** *vis* & *violentia* discussa est cap. 1:2. *Libanus* fuit mons Tyriorum, unde lignum cedrinum concedente Rege Hiramo fuit adductum, ex quo templum condidit Salomon, 2 Chron. 2: 8. 9. 16. Hinc *Libanus* in sacris aliquandò figuratè templum ipsum seu Sanctuarium, ex cedrinis Libani confectum, significat: ut videre licet Ezech. 17: 3. Zach. 11: 1. *Vis Libani* est, quâ *Libanus* seu templum ipsum aliquandò subvertebatur; quod malum huic illatum est non solum à Chaldaeis, sed & alterâ vice à Romanis. Notandum igitur genitivum casum iterum significatione passivâ venire; ut *judicium improborum*, Job. 36: 17. Conf. vers. 8. Comminatio itaque hic prædictum judicium *violentiae*, cum judicio *Libani* seu templi comparandum; ut particula comparativa videri possit per ellipsis omissa, atque ita animo supplenda; quod saepius obtinet. Proin *vis Libani*, est eadem planè *vis*, quam *Libanus* sentiit, eique omni ex parte similis; quam dicit hunc hostem regni Christi, dum exinde exemplum non cepit, etiam experturum: quem enim decebat vereri, ne in simile judicii exemplum incideret, ob easdem causas; illum exhibet, ut qui nil veritus, ob eam inadvertentiam in idem judicium dejiceretur. Sic doceatur violentiam hostium advocandorum manum omnia destructuram, atque eam *destructionem experiri*, nil aliud esse; quam *calicem iræ Dei* bibere. Confer, quæ de judicio regni Antichristi edicti sumus. Deut. 32: 41. 42.

Verbum **נְכַנֵּס** in pihel, unde futurum **נְכַנֵּס**, notat tegere, operire, quod est vestium Jon. 3: 6. Gen. 38: 14. aliorumque tegminum. Verum in caussâ judiciorum

ciorum notat aliquem libertate & παρηστια privare , & contumeliam obruere , Job. 9: 24. Videtur metaphora ad veterum consuetudinem referenda , quā in judicio damnati velamine quodam , quasi hominum conspectu indigni , operiebantur. Confer *Heslb.* 7: 8. & *Dru-sium* libr. 12 *Obs.* cap. 18. Ita vis Libani hunc ostentaret ut à Deo damnatum , & qui prae pudore non auderet caput attollere ; quippe qui cogebatur ostentare præputium suum , & pudenda revelare , ut charactere præputii , seu haec tenus occultati gentilissimi , innotescat. Pœna ista igitur confertur cum vestimento aut operimento quodam confusoris (*Obadj.* vers. 10.) ut hiscere sibi terram exoptet magis , quam in tantâ versari ignominiâ , puniendus.

§. 2. Altera comminatio est , quod calamitas bestiarum , quæ illas confundaret , eum quoque operiret , seu confunderet. Nisi quis velit potius legendum ; & calamitas bestiarum confundabit eas : ut quilibethorum sub bestiis comprehendatur. Vox נָשׁ omnem calamitatem vastantem & destruentem denotat. Jungitur sæpius cum voce נְבָנִים ; vide *Jer.* 6: 7. 20: 8. *Ezech.* 45: 9. Hæc poena talionis est , *Jes.* 33: 1. Hæc calamitas vastans notatur ut pœna , bestiis parata. Bestiæ sunt populorum emblemata , qui sub Principum quorundam ductu gregem Dei invadere solebant , ipsi spiritu Dei destituti , & bruto impetu propulsi ; Conf. *Jes.* 56: 9. *Dan.* 7: 3-7. Duæ sic notantur in Apocalypsi bestiæ , ad regnum Antichristi spectantes , *Apoc.* 13: 1. 2. 11. 12. ac proindè ad civitatem illam magnam , civitati Dei inimicam , pertinentes. Harum *judicium* illis decrevisse vastitatem , à Deo justo Judice infligendam , videoas , *Apoc.* 19: 20.

Ad supplicii exaggerationem facit , quod illa calamitas

mitas adveniens eas bestias mirum in modum *confaternaret*, atque in summum terrorem conjiceret; animad-  
vertentes, quod non essent resistendo. Hisce judiciis  
ponitur implicandus & involvendus, qui notatur perse-  
cutionum auctor: quia partem faceret unius bestiae, si-  
cut etiam *potantes*, vinumque scortationis propinantes  
facerent alterius bestiae partem. Sic *ve* interminatum  
utriusque commune foret.

§. 3. Hinc pergit ad justificationem judicii, osten-  
dendo satis graves habuisse Judicem ita puniendi causas:  
in quem finem eadem allegat crima, quae vers. 8. re-  
citaverat. Primum crimen est, *sanguis hominis seu Adami*: intellige crimen *cædis Christi*, quod à Judæis  
& Gentibus quondam fuerat perpetratum, atque hinc  
imperatoribus gentilibus supra etiam imputatum, quod-  
que etiam regno Antichristi imputatur, *Apoc. 11: 8.*  
quia hi *Christum* quasi denuò crucifigunt; cuius glo-  
riam obscurant, imò quantum in ipsis est denuò tollunt.  
Eadem ipsis est de Christo cum Judæis sententia, idem  
odium aduersus nomen ejus cum Gentibus.

§. 4. Addit, & ob vim terræ, urbis & omnium ha-  
bitantium in ea. Ut crimen illorum sit, præter justam  
causam orbem vastare; civitatem Dei opprimere, &  
omnes ejus cives, veræ ecclesie membra, non solum  
excommunicare, sed ubi poslunt ense atque ferro ex-  
scindere. Eadem judiciorum causa allegatur quoque  
*Apoc. 12: 18. 18: 24.*

# HISTORIA IMPLEMENTI.

S. I.



N serie hostium, ecclesiae Christi adversantium, hic occurunt duo hominum genera, post restitutam orbi cognitionem gloriae Christi prudeuntia. Notantur hic primo loco, qui *poculum scortationis offerunt proximo*, & omnibus lenociniis conantur ad Babylonem spiritualem revocare eos, qui ex eâ egressi fuerant. Est autem hoc opus Clericorum in Papatu, & præser-tim Jesuitarum, & similium, qui omne studiū eò convertunt, ut nullas justas fuisse Reformatis à communione Romanâ se separandi causas, evincant: undè illos laborant facere schismaticos, & quā tales puniendos multis urgent. Hinc controversiarum momentum catholice fidei expositionibus elevare; animarum & corporum salutem ex singulari erga separatos amore se quererere; multa commoda externa iisdem, sed revertentibus, spondere; & qualiacunque ilementa proponere non cessant, quò homines ad se allicitant, & ad subjectiō-nem sub sede Romanâ invitent. Adde varias Methodistarum artes, quibus hominum judicia quasi vertigine quādam corrumpere conantur. Quæ omnia quasi vi-num scortationis referunt; quod si quis admittat, bibatque, is reddit ad Meretricem Babyloniam, pristinamque cum eâ scortationem. Hujus philtri & toxicivm experti sunt tot *Principes*, aliique homines particulares; quot cernimus post primam reformationis in-

N n n

trodu-

troductionem relapsos , & cum cane ad priorem vomitum regressos . Quis nescit illustrissimarum domuum apostasias in Bohemiâ , Poloniâ , Hungariâ , Germaniâ , Galliâ , aliisque in locis , quæ etiam multos simpliciorum animos secum in eundem pertraxerunt relapsum ?

§. 2. His poculi scortationis propinatöribus operam navarunt multi Reges & Principes , iram & ardorem adjicientes , quâ quoquot lenociniis istis capi non possunt , vi extermâ ad eam apostasiam cogere conantur ; aut saltem relapsos , qui se deceptos scò animadvertent , in Romanâ communione retinere laborant . Testes sunt novæ persecutioñum artes in Bohemiâ , Hungariâ , & etiamnum hodiè in Galliâ : ubi admixtum Principum Regumque ardorem gustare coacti sunt , qui ad illum redditum minus erant faciles , & etiamnum gustant , quos mollibus scriptis manum subjecisse pœnitit ; aut illa vœsania haec tenus non corripuit . Quorsum isti per verso Zeli ardore non abripiuntur ? quas cogendi artes hi in gratiam meretricis Babylonicae non invenerunt ? quibus homines ad novam scortationem adigere non insti- tuunt ? ut delectentur ignominia eorum , qui aliâs de ipsis bene meriti & honore digni erant , dum illos haud sinceram fecisse palinodiam suspicantur : honoratissimos enim gradibus dejiciunt , & pœnitentes ad carceres , ad remigia , imò ad lentissimas pœnas rapiunt , nullâ habita differentiâ nobilitatis , sexus , dignitatisve . Imò pudet æquiores & generosiores animos istius nefandæ methodi , quâ non prædicatorum sed draconum operâ delassantur Christiani , atque inauditis tormentis cruciantur , vexanturque , donec palinodiae dictaminibus manum apponant : quod nisi fecerint ad necem usque torquentur .

§. 3. Hi, utinam tencrent ex interpretatione Spiritus Sancti peccati istius gravitatem! reputatur enim illis hoc crimen, non aliter ac si cum priu Christianismi persecutoribus gentilibus dominum crucifigerent, atque orbem, civitatem Dei, ejusque incolas apertâ vi præter jus & fas vastarent. Sanè ita agunt, ut ne Nero & Julianus quidem gravius egerint.<sup>1.</sup> Qui tanto flagrant in Christi servos, gloria ejus assertores, & caro ejus sanguine redemptos, odio, tamque ferali in eos furore insurgunt, quid ni sanguinis Christi se reos faciunt? Saulus, ecclesiam Christi persequens, cœlitus audit, Christum dicentem, *Saule, Saule!* quid persequeris me? applicent hoc, quorum eadem, ac tunc Sauli erant, hodiè sunt studia: quique eodem Zelo pro cathedrâ Romanâ, ac ille pro cathedrâ Synedrii magni & Pontificis Judæorum, gregem Christi tollere laborant. Crucifixerunt Judæi Jesum, quod dominum gloriae (1 Cor. 2:8.) seu gloriam Domini non tenentes, Christum cuperent terrenum imperium affectantem, quale Papa Romanus invalidit. Eandem ob causam excruciantur nostri, quod imperium illud terrenum respuentes, ad unicam Domini gloriam pertinere regnum Christi spirituale & cœlestē profiteantur. Ut non crucifigunt Christum? quos pudet inter Chinenses Christum prædicare crucifixum propter peccata nostra; quique non nisi gloriosum decantantes, veram remissionis peccatorum causam, & per consequens etiam gloriam Domini veram, occultant. 2. Quantam dominatus Papalis mancipia Pontificis in gratiam orbi intulerint vim atque injuriam, satis loquuntur Ianiæ Americanæ, & turbæ concitatæ in Abyssinâ, Japanâ, Chinâ, aliisque Indorum regionibus: ut jam nihil dicam de bellis, Europam vastantibus, pro Papæ

arbitrio suscep̄tis , ac sese in ipsam *Asiam* , ad Palaestinam recuperandam , quondam porrigitibus . 3. Civitatem Dei , ejusque cives ad necem usque excinde-re perpetua horum est meditatio . Neque adhuc ignominia fidelium satiati sunt ; atque nescimus , quid seru- vesper sit advecturus . Hoc scimus scripturam propheticam adhuc multo graviores canere angustias , quas ecclesia quotidie Jesuitarum instigationibus parari neminem latet : ut per illos non stet amplius , quo minus una strage occubuerint Protestantes .

§. 4. Verum interim præmonuit illos Spiritus Sanctus , ut judicii sui exemplum capiant in Judæis , tem-plique Hierosolymitani excidio , & Romani imperii gentilis Lipsu . Si Antichristi imperium est illud Papale ; ut ex omnibus notis evicerunt Theologi nostri ? quid aliud paratum est istius Tyrannidis patronis , quam horrida judicii divini vindicta , quæ servorum Dei sanguinem vindicare constituit . Hanc vindictam iræ divinæ hic descriptam , ut quæ ignominiam illatam puniret ignominia , & vastationem ac calamitatem ultimâ vastitate & calamitate , exspectamus etiamnum , & dies il-lustrabit . Dicit quidem meretrix illa ; *Sedeo regina , & vidua non sum , & lucretum non video* : sed propter eam uno die venient plague ejus ; mors , & lucretus , & fa-mes ; & igne comburetur : quia robustus est Dominus Deus eam judicans : & flebunt eam , & plangent su-per eam reges terræ , qui cum eam scortati sunt , & lasci-vierint , cum videbunt fiamum incendi ejus . Ut dicitur Apoc . 18: 7-9. atque justificatur judicium vers . 23 . 24. quia incantatione tuâ seductæ errârunt omnes gen-tes , & in eam sanguis Prophetarum & Sanctorum in-ventus est , & omnium mattatorum in terrâ . Imò Apoc . 11: 18 , Deus dicitur corrupturus eos , qui cor-rupe-

ruperunt terram. Tantumque hoc judicium tam bestiam , quam pseudoprophetam ; quoniam ambo pinguntur conficiendi in stagnum ignis , quod ardet sulphure , Apoc. 19: 19. 20. Hæc utinam attenderent , qui adeo securè pro illâ meretrice Zelantes , omnia moluntur , ut ei denuò decus concilient.

## SUBSECTIO SEXTA.

### De judicandis iconolatriæ palliatoribus.

#### *Analysis.*

§. I. **P**ergit jam Spiritus ad magni alicujus iudicij diem , ostensurus quomodo in hoc iudicio singulatim vanitas & inutilitas imaginum veniat manifestanda ? Peccatum (ad gloriæ divinæ assertionem , dudum per illud obscuratam) confundendum , & sub iudicio Antichristi quoad ejus turpititudinem manifestandum , hic est peccatum , contra secundum decalogi præceptum commissum : peccatum iconopoia & iconolatriæ , variis effigiis à multis palliatum , & à qualicunque utilitate commendatum : ast , in die iudicij civitatis magnæ , etiam à Deo querendum & puniendum : quoniam in illa ipsa suppliciorum illatione toti constaret orbi , quod ille cultus nullum cultori suo præberet configuum , nullum , homini , ad imagines configuenti , auxilium . Solent homines in delubris asylum querere , ad idolæ confugere , atque in hoc receptu sibi à malis irruentibus

immunitatem spōndere. Qui istos divos sibi elegerant patronos , & defensores , fiduciæ istius vanitatem experientur in illo die , quandò , ut quondam Baali-collæ in diebus Eliæ , numina sua inclamarent , & non exaudirentur : vanisque suspitiis adversus iram Dei patrocinium & opem implorarent , nihilque consequerentur.

§. 2. Scena exhibet *hostes* (ex qubrum afflictionibus *fide in Christum justi* veniunt liberandi) ut divinitùs damnatos , & proximè puniendos ; *'Prophetam* , ut spectatorem judicii inferendi , quem quasi manu suâ ad hoc spectaculum adducit *Spiritus Dei* : *alloquium Spiritus* , tanquam spectatorem judicii de rei eventu & officio præmonens. Nec non *væ interminatum* , spectatorem monens de poenæ instantis gravitate , quam non evaderet damnatorum ullus , etiamsi coram simulacris suis consecratis prostratus decumberét , & ad eorum patrocinium confugeret. Vocula *ecce* , quæ nota excitationis est , monet spectatorem , ut requisitam mentis attentionem adducat , & in ipsâ judicii divini exsecutione vanitatem fiduciæ iconolatrarum animadvertat , Deique Zelum in assertione gloriæ suæ per imagines læse , atque per immittenda supplicia vendicandæ , humilis agnoscat.

§. 3. Ratio singularis , ob quam *imaginum vanitatem* , in judicio civitatis magnæ notare jubeat *Spiritus* , viderur hæc esse : quòd illa animadversio plurimum faceret ad *silentium* , toti orbi commendandum , quòd omnes se regno Christi submitteant. Hactenus *Antichristianismus* prædominans hâc suâ iconolatriâ Judæorum simul ac Muhammedanorum conversionibus obicem posuerat ; nec satis huic regni Christi promotioni consuluerant , qui *imagines* in ecclesia quovis prætextu retinen-

CAP. II: 18-19. *ILLUSTRATUS.* 471  
retinendas affirmaverant. Cumque hinc Judæis, illinc  
Muhammedanis, à simulacris abhorrentibus hactenùs  
per iconopoiam & iconolatriam insigne objectum fuerat  
scandalum; monentur omnes hujus judicij spectatores,  
velle Judicem hâc vanitatis imaginum demonstratione,  
tollendum esse illud scandalum; quo via ad eorum  
conversionem complanetur; & regnum Christi à purita-  
te cultùs Dei tori orbi commendetur.

§. 4. Notandum igitur in hâc pericopâ, sermonem  
spiritus institutorum comprehendente, ut doceat cre-  
dentes imaginum vanitatem & inutilitatem agnoscere.

I. Ex antiquâ experientiâ. Vers. 18.

II. Ex ultimo civitatis magnæ judicio. Vers. 19.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 18. *Quid profuit simulacrum? cum sculpsit il-  
lud fictor metallo fuso: Et doctor menda-  
cius? quia confidebat fictor figimenti sui super  
illo, ut ficeret inania muta.*

§. 1. Hic notanda est provocatio ad longam tempo-  
rum experientiam, quam hîc facit Spiritus Dei. Vox  
**פסל** *simulacrum*, seu quodcumque *sculptile* notat, ut  
imaginem referat. Sic in secundo decalogi præcep-  
monuerat Deus *Exod. 20: 4.* **לא תעשֵׂה לְךָ פְּסַל**  
*Non conficies tibi simulacrum:* prohibens id eo scopo  
facere, quasi in rebus cultûs indè sibi utilitatem spon-  
dere possit quilibet Dei cultor. Describitur autem ut  
opus artificis, non Dei. Quæ enim refert lineamenta,  
derivantur ab ingenio *fictoris*; qui materiae externæ om-  
nia

nem formam pro arbitrio & ingenio suo introducit. *Materia* hic concipitur ex quovis metallo ; ut verius sequenti *ex ligno & lapide*. Hic allegatur מִסְכָּר , quæ vox *imaginem ex metallo fusam* notat ; Exod. 32: 4. 34: 17. Num. 33: 52. Deut. 27: 15. artifex enim metallum ad ignem fluidum seu liquefactum , typo infundere solet , ut simulacrum faciat : Jes. 40: 19. 44: 10. Solent fusilia rudi minervâ simulacrum conficerere ; ast arte cælaturæ & polituræ exasciandum , magisque excuspendum. Quod hic *fusile* aliquod notet *simulacrum* , videtur factum , ut speciem imaginum pretio præcellentium adduceret ; à quibus forte plura exspectet cultor. Particulam חַי h̄ic potius in significatione temporali accipimus ; ut invitatio sit amplior : quasi dicat , quocunque tempore id egit sculptor , ut simulacrum confecerit etiam ex auro , aliòve pretioso metallo ; quid quæso unquam profuit possessori tale simulacrum ?

**מֹרֶה שָׁקֵר**. Additur & *doct̄or mendacii* , **מֹרֶה רָאָה**. Quod quid sit ? & quorsum referendum sit ? attentiūs eruendum est. Lxx reddunt φαντασίαν φεύδην , quod Hieronymus secutus transtulit *imaginem falsam*. Monente Cl. Capello acceperunt מֹרֶה pro **מֹרֶה** , quasi vox ad thema *videre* referendum esset : cum sit à הַרְחָה in *Hiphil* **הָרָה** docuit , unde *doct̄or*. Sicuti שָׁקֵר *testis falsitatis* dicitur , qui , quod falsum est , testatur , ac pro vero venditat Deut. 22: 22 ; & רָוחַ שָׁקֵר *Roh Sh̄ker* *spiritus mendacii* audit , qui impelleret ad fallendum : ita hic מֹרֶה שָׁקֵר *doct̄or mendacii* & *falsitatis* est , qui falsa pro veris venditat. Verum , dubium est , quorsum referas potissimum. Alii ad *simulacrum* aut *fusile* referunt : qui vertunt , *quid profuit* . . . fu-

... fusile, quod doctor est mendacii? ut faciat alterum colon, per appositionem ad ante dicta; atque his *vau* copulativum exercet potestatem relativi. Scilicet ultima imaginum excusatio est, quâ earum patroni credi jubent, habere eas potestatem *librorum Lacorum*; quippe qui istis repræsentaminibus de verâ rerum habitudine crudiri possint. Huic effugio opponitur, quod potius sint *doctores falsi* veras rerum ideas corruptentes; cum pictoribus & hætoribus semper usurpata fuerit quidlibet audendi potestas: sculpunt enim, non quæ viderunt, aut certò nôrunt, sed quod pro suâ phantasiâ sibi aptissimum putant, & convenientissimum comminiscuntur. Alii putant conjungenda, *fictor*, qui *sculpsit illud fusile*, & *doctor mendacii*; ut hi duo concurrent ad formam simulacri; *sculptor* & *inventor*; atque ultimus, artificem dirigens, ideamque præscribens, audiat *doctor mendacii*; quippe auctor repræsentatum, non semper quod rei convenit exprimentium.

§. 3. Negat spiritus istius modi simulacri unquam veram fuisse in cultu sacro & praxi religionis utilitatem.

**מה-הוועיל**, quid profuit? quid commodi unquam attulit? illa interrogatio includit negationem. Nectanrum; verum etiam importat rem illam per experientiam esse manifestam; adeò, ut nullus homo, nullaque gens adduci possit, cui exindè benè fuerit. Concipere hoc alloquium talem compellare, quem dudum oportebat ex multâ rerum experientiâ esse convictum, *imaginum usum* nulli unquam profuisse, aut quicquam boni attulisse: imò ne quenquam liberâsse à Dei judicio; ut ne quidem unquam simulacra in die afflictionis quæsita configientibus ad se auxilium afferre quiverint.

§. 4. Ratio sculpturæ subjungitur, quæ vanitatem simulacrorum detegit: addit enim Spiritus, quia confidebat fictor figmenti sui super illo, ut faceret mania muta. Audit hic simulacrum fictoris figmentum, eaque

**אלילים אלטם** inania muta: in quibus vocibus elegantissima notanda est paronomasia. Prior nomenclatura innuit *simulacra* ista (divinâ destituta cùm sint authoritate, quippe nullâ lege divinâ præscripta) nil aliud esse, quam *figmentum fictoris*, seu artificium hominis, imaginem fingendo resingendoque ex suo arbitrio formantis, donec sibi placeat; qui arte pollens, spiritu Dei caret, ac sèpè impius Dei rerunaque sacrum irrisor est. Altera nomenclatura appellat imagines non sine opprobrio *mania muta*, ut patrocinantium detegat insaniam. Putant se accipere in iis homines vanum minimum quasi præsentiam, ast loco **אלוהים אלהים** fune

**אלילים nullitates**, inania (sic enim nihil significat, Job. 13: 4.) Conf. 1 Cor. 8: 5. Non enim habitat in iis deitas, nec se cum illis fungit; uti nec spiritus justorum: nullius sunt veritatis, utilitatis, aut valoris. *Muta* etiam vocantur, ut simul intelligas, ea non respondere sciscitantibus, aut invocantibus.

Artifici autem adscribit, quod *confiderit super illo*: **בצח עלי**: id autem est hominis audacis, nihil metuentis, & tantum molimen in se suscipere audentis. Ex auro, aut quovis alio metallo imaginem facere Dei, aut rei colendæ, ut fiat idolum, seu imago sacra, est opus audacie humanæ, Dei Zelum non metuentis. *Super simulacro* tantum sibi *confidere*, ut exinde audeas instrumentum cultus divini facere, est revera insignis temeritas: quæ opificem incitat ad simulacrum tale sculpendum. Verum hoc provocat in loco Spiritus, ut

ut quilibet teneat , quem fructum unquam retulerint  
*imaginum* fautores & patroni ex opere , tam temerè ,  
& præter legem ac ratione in extructo ? notentque pii ,  
quam nihil præstiterint , cum viderent populos & na-  
tiones in vanum se delassantes .

Vers. 19. *Væ illi , qui dicit ad lignum expergiscere ;*  
*excitare ad lapidem immotum.*

§. 1. Pergit hinc ad contrarium : tantum abesse , ut  
unquam simulacrum profuerit ; ut proximè experium-  
dum sit illorum cultoribus *væ* imminere . *Simulacrum*  
nunc porrò audit *lignum* , & *lapis immotus* per contem-  
ptum : contra ac ejus cultores putant , qui quidem *li-*  
*gnum* & *lapidem* contulisse materiam agnoscent : sed  
consecrationem superaddidisse dignitatem autumant ,  
quà ista elementa jam supra communem sortem rerum  
creatarum elata sunt .

אָנָה רְמֵם . Lxx legisse רְמֵם à rad. רְמַם vi-  
dentur ; quippe qui reddiderunt ἀψόητι , attollitor ,  
exaltare , scilicet vires tuas ad juvamen adferendum .  
Ait lectio Hebreorum aliud quid exigit . Vulg. legit  
*lapidi* *tacenti* , id est , loquendi vim non habenti . Pro-  
priè רְמֵם ( à verbo רִמֵּם *subsistere , non moveri* )  
adverbium est , quod hic pro nomine venit ( vide *Jes.*  
47: 5.) atque notat lapidem , qui se movere non po-  
test .

§. 2. Fingitur iconolatra , coram simulacris istis pro-  
stratus , & sub afflictione auxilium eorum implorans ,  
quos imagines referunt ; dicendo huic *expergiscere* ,  
& illi *excitare* . Verbum priùs חֲקִצָּן sensu evigi-  
landi ex somno venit *Psal.* 17: 15. 73: 20. , & in pre-  
cibus

cibus afflitorum , Dei auxilium implorantium , frequens occurrit , *Psal. 44: 24. 35: 23.*

Verbum alterum יְשֻׁרּוּן priori Synonymum est , nisi quod latius patet , & surrectionem connotet , seu redditum ad actionem , ad quam expergefactus prodit : quod verbum etiam in precibus piorum legitur , *Psal. 7: 7. 44: 24. 59: 5.* Sic postulat motum à lapide immobili. Mens in precibus istius generis est , sensum animi exponere , ut respiciat numen quasi dormiens , & clientem suum in ultimo percundi periculo descrens : adeò ut sibi perditionem non evadendam proponat , nisi auxilium Deus intercedat. Eundem in modum hic loci introducuntur *Iconolatre* , tanquam in ultimo perditio- nis articulo constituti , & coram simulacris eorum , quos in prosperis coluerant , auxilium implorantes.

§. 3. Huic VÆ denunciatur ; ut teneant prudentiores , quod in configlio ad simulacra & imagines consecratas , auxilium numinis quererere , non solum haud utile sit , sed crimen contineat , ultimo suppicio dignum , Deique zelum ad iram provocans ; quæ tales haud impunitos dimittit : prout in secundo decalogi præcepto monuerat Deus. *Exvd. 20: 4-6. Deut. 5: 8-10.* Neque hoc solum innuit Spiritus ; verum etiam diem gravioris judicii adesse , in quo judicia Dei super improbos , regnique Dei hostes effundenda , præprimis illos obruerent , qui cultu imaginum Deum sibi conciliari autumantes , in die iræ ad eas configuerent : Concipiuntur enim ut in statu desperationis omni auxilio destituti propediem inclamatui , quos sibi patronos in cœlis elegerant , & se ad eorum imagines tanquam ad azylum recepturi. Declarat autem jam Spiritus , quām vanum experientur hoc suum configium , utque malum non tantum hoc receptu suo non tantum non averterent , sed

sed ad majorem eorum confusionem exacerbarent; quippe qui ita agendo graviores iræ Dei effectus sentirent. Dogma itaque propheticum est, in die gravioris Dei vindictæ, adversus hostes ecclesiæ & regnum Antichristi definito, ad Iconolatrarum majorem confusionem graviores poenas subituros, qui ad imagines confugiunt, & apud illas sibi evasionem pollicentur. Conf. Jes. 2: 18. 30: 22.

*Illud doceret? Ecce! tenetur auro & argento, nec ullus spiritus est in medio ejus.*

§. 1. Interrogatio hæc compellat prudentes, & confundit hæsitantes; qui dicunt, simulacra quidem non præstare auxilium; sed tamen docere populum, atque eo nomine servari posse in ecclesiâ. Hos, jam designatos, zeli divini spectatores, ut in bonâ conscientiâ respondent, urget; rogarque quasi cum aliquâ indignatione. *Illud ne simulacrum doceret?* quod hactenus fuit Zeli divini objectum? Quo instrumento tot homines tentatoris astu pertracti sunt ad pessimum idolatriæ genus; quodque ad æmulationem Dei glorificârunt loco Dei homines vanissimi; hoc sanè evasit Zelotypiæ objectum: neque facile putandum Deum velle eo uti, ut institutionis ecclesiæ instrumento. Si enim simulacrum serpentis ænei justè diffractum est, à quo homines eo abuti incepérunt ad idolatriam? quippe factum temptationis medium, quo Zelum Dei provocarunt. Quomodo non simulacula tellenda sunt? quæ manifestantur temptationis diabolicae fūlē instrumenta, Ze li divini objecta, propagationis fidei Christianæ propter scandalum Judæis & Muhammedanis objectum impedi-

menta ; & nullâ lege Dei , sed arbitrio hominum introducta . Vellet ne Deus horum uti doctrinâ in ecclesiâ ? & populum suum erudire per mutum illud magisterium ? Vellet ne horum operâ convertere Judæos & Muhammedanos ? aut fidem & legem suam inscribere electorum cordibus ? Hoccine vobis adhuc probabile ? aut ullo modo verisimile , ut quis adhuc cunctetur ea è medio tollere ?

§. 2. Hinc invitat suos ad prudentem animadversionem , quâ attendant ad eorum formam externam . Ecce , inquit , tenetur auro & argento , Hebr. טפוש זהב וככסף . Verbi טפוש ( quod tenere & prehendere notat ) hic est participium Pahil ; quasi dicas *prehensus vel detentus auro & argento* , hoc est , illigatus & obductus : adeo ut , quæ pretium augent , illum doctorem adhuc magis reddant mutum & rigidum , farnescium ; rigida enim sunt metalla , aurum & argen- rum , quorum inductæ laminæ docent nec moveri , nec loqui posse simulacrum . Doceretne itaque ? quod mutum & immotum cernitur ? ipsâ mole suâ & materiâ rigidâ , licet pretiosâ , ad sermonem , aut motum , ineptum ?

§. 3. Ast fortè dicat iconolatra , habere *imagines consecratas* spiritum assistentem & quasi coabitantem : verum negat hoc Spiritus Dei , dicens ; *nec ullus spiritus est in medio ejus* , qui vocem prudenter dirigat , aut ex iis effundat . Dicit itaque periphrasis illa , totum simulacrum mutum esse , imò rem inanimatam & planè mortuam : nec spiritum se illi conjungere ; atque ita *docere* verbum Dei non posse : fatentibus id omnibus , quos compellat hic sermo : & fraudes iconolatrarum convincente Dei judicio . Atque eo utitur argumento , ut exinde teneamus , cur ad usum doctrinæ in ecclesiâ admitti

mitti non debeat : nec eo nomine retiniri. *Diceret ne?* quod mutum est , nec corpus habet ad loquelas aptum ; nec *spiritum* , sermonem dirigentem , aut singulari potentia sine sermonis organis verba voces proferentem ? Qui vivos sanctificat doctores , iisque promisit coöperationem spiritus sui ad hominum conversionem & ædificationem : Illene uteretur mutis ? nunquam ad id vocatis ? & ab insidiatore fidei Diabolo anteà , ut fidem & cultum spiritualem corrumperet , introductis instrumentis ? Scio equidem gentes quondam longè alia jaētasse , atque idolorum suorum responsa prædicasse inter suos : tantum abest , ut illæ crediderint ne ullum quidem *spiritum extitisse in medio suorum simulacrorum* ; ut potius tradiderint sacerdotes suos carminibus & consecrationibus imaginum Deos advocasse , atque effecisse ut iis statuis illigati in corporeis istis simulacris , tanquam in corpore suo habitarent , & ex iis pro lubitu responsa darent . Verum iste fuerunt meræ jaētantiae , & vana hominum somnia , gloriae Deltatis summam dignitatem detrahentia : non enim habitat Deus in delubris & imaginibus arte constructis . Neque ex idolorum responsis jure colligas *spiritum fuisse in eis* : credibile enim est hasce fuisse sacerdotum gentium , talia fingentium , fraudes ac deceptions , quibus etiam prudentissimos fecellerunt . Quod si tamen quispiam existimet , tantum aliquando justo Dei judicio impuro concessum fuisse spiritui , ut circa tale simulacrum in delubris vocem formaverit : non tamen erat ea vox *spiritus inhabitantis* , atque ad illam imaginem vota audientis , & ad ea indè respondentis : sed ad tempus , ut circa eam statuam tentaret gentes , Dei tolerantiā admissi . Notandum porrò , hic non agi de gentium Deorum simulacris , sed pseudo- Christianorum ;

quæ

quæ pro laicorum libris primitus commendabantur ; & de quibus dubitatum fuit , an non esent servanda in ecclesiâ ? Nemo enim ex discipulis Spiritus Sancti dubitat , quin gentilium idola sint rejicienda , & unâ cum idololatria abominanda . Verum in hac præsenti Spiritus disceptatione , sub N. Test. ventilandâ , deliberatur de usu imaginum in doctrina : & an non servandæ sint , ut doceant . Neque ea res disceptatur cum Iconolatris , quibus videretur hic sermo petitionem principii committere , dum pro fundamento assunt , *non esse spiritum in eo* : sed cum orthodoxis , *Iconolatriam* damnantibus , & imagines , licet statuas agnoscant inanima-  
tas , ac spiritu carentes , nihilominus in usum plebis forte retinendas esse suspicantibus ; quam librorum loco de multis erudire poterant . Assunt ergò Spiritus apud eos veritatem , quæ in confessio erat , quæque inter judicia divina adhuc magis erat notanda ; quippe quæ etiam per ea ulterius adstrueretur : atque ex hac assumptione concludit , non putandum esse , quod Deus per tales imagines vellet populum suum erudiri .

# HISTORIA IMPLEMENTI.

§. I.



Icet nondum omnium rerum cernamus finem, ac nesciamus quid serus adiecturus sit vesper, nisi in quantum nobis aliqua futurorum spes facta est per scripturas propheticas: nihilominus hic loci quedam notanda sunt, ut haec tenus per historiam Novi Testamenti confirmata.

1. Videas hic ut errorem notari sententiam de usu simulacrorum *Doctrinali*, atque quosdam hic representari sub N. Test. ab errore revocando. Prævidit itaque in spiritu Propheta *simulacula in ecclesiam* introducenda, & sub hoc colore à quibusdam retinenda. Nec vana fuit illa prævisio: quam primum enim à simplicitate primitivæ trium anteriorum seculorum ecclesiæ (quæ nulla admisit in ecclesiis simulacula, ut à variis demonstratum est) incepérunt recedere Christiani, & in sacris divitiis ostendare pace Constantini acquisitas, augusta sacrī condita sunt templa, & pretiosa quæsita ornementa, peristromata nempe, & vela, quandoquidem acupicta, quæ spontaneorum munificentia liberali manu attulit. Cumque inter ea in Hispaniâ maturè etiam picturæ numerarentur, cavit Concilium Eliberitanum picturas recipere aut admittere: ita enim præcipit canon istius Conc. 36. *Placuit picturas in ecclesiis esse non debere, ne quod colitur vel adoratur, in partibus pingatur.* Ex illo metu Epiphanius velum se ru-

Ppp

pisse,

pisse, in foribus ecclesiæ pendens, in quo imaginem Christi aut alterius cuiusdam sancti expressum videbat, in sua ad Johannem Hierosolymitanum testatur epistola. Ecclesiæ Ponticæ tamen & Cappadoces, nil mali intentuentes, pietas martyrum historias ad memoriam rei gestæ conservandæ primæ admiserunt: horum tamen imagines non fuerunt statuae, nec imagines singulares, sed integræ historiae in tabulis piætæ, non martyrem solum, sed & milites ac tortores cum totâ spectantium turbâ referentes. Non ad cultum, sed ad solam rei recordationem suspensa. Audi Nyssenū in *Orat. de laudibus S. Theodori* (Ann. 380.) „ Omnia nobis tanquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat, coloribus artificiose depingens, certamina atque labores Martyris nobis expressit, ac tanquam pratum amoenum ac floridum templum exornavit: solet enim etiam pictura raccens in pariete loqui, maximeque prodeesse. Pontius Paulinus, Episcopus Nolanus Ann. 425, historias N. Test. pingi & ex ecclesiæ parietibus suspendi jussit, ut garrulam plebem in agapis à profanis sermonibus avocaret, ipsisque utilior colloquiorum materia esset ob oculos. A picturis historicis progressum fuit ad effigies singularium, ita tamen ut ab imaginibus Dei, & Trinitatis, se abstinerint, & Christum magis sub typo agni, quam effigie humanâ depinxerint. Imò ex Gregorii Magni scriptis observat Cassander ejus ætate picturas tantum in ecclesiis admissas fuisse, non item statuas vel simulacra. Ut prior illa consuetudo sola obtinuerit aliquamdiu; reluctantibus variis, earum abusum ad idololatriam metuentibus, cuius matura fuerunt indicia, de quâ re jam suo tempore monuit Augustinus in epist. ad Januarium, aliisque in locis. Leo Magnus, circa medium quinti

quinti seculi tamen sub excommunicationis pœnâ scindi prohibuit. *Serenus Massiliensis Episcopus* plebem ad adorationem iis abuti videns eas ex ecclesia ejecit; quem. *Gregorius Magnus Episc. Rom.* epistolâ ad eum datâ repræhendit, eas judicans retinendas, ob usum doctrinalem. Adscribo verba ejus. „ Preterea indico dum ad nos pervenisse, quod fraternitas vestra quosdam imaginum adoratores aspiciens, easdem eccl. siæ imagines confregit, atque proiecit. Et quidem zelum vos, ne quid manufactum adorari possit, habuisse laudavimus; sed frangere easdem imagines non debuisse judicamus: idcirco enim pictura in ecclesiis adhibetur, ut hi, qui literas nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Tua ergo fraternitas, & illas servare, & ab illarum adoratu populum prohibere debuit: quatenus & literarum nescii haberent, undè scientiam historiæ colligerent, & populus in adoratione picturæ minimè peccaret. Hanc sententiam, ut viam mediā, inter Iconolatras & Iconoclastas seculo viii elegit *Carolus Magnus*, & *Synodus Francofurtensis*, habita Ann. 794. abdicationem imaginum incautam quādam levitatem afferre, adorationem verò culpam mire re statuentes, quare hinc eas frangi, illinc adorati prohibuerunt: in quā sententiā quoque persistit *Synodus Parientis* Ann. 825. Hunc imaginum usum, cum adorationis condemnatione, defenderunt, *Agobardus*, *Jonas Aurelianensis*, *Walafridus*, *Guilhelmus Miniatensis*, *Joh Gerson*, multique alii: quibus etiam sub Reformatione accesserunt, *Cassander*, & Pontificii Moderatores; coque nomine etiam *Lutherani* retinuerunt imagines, tanquam ad plebem docendam utiles. Quales hic notantur in nostrâ prophetâ.

2. Prædictis porrò præsens vaticinium fore, eodem tempore *simulacrum cultores*, qui coram lapide & ligno prostrati, suas effunderent preces, atque ad ista simulacra confugientes abinde peterent auxilium: quod quoque adimpletum cernimus inpseudo-Christianis, ac præprimis inter Pontificios. Occupavit pseudo-Christianorum animus illud *idololatriæ crimen*, à quo *imagines* in ecclesiam fuerunt introducta; mox enim superstitionibus addictum vulgus cæco impetu ruit in imaginum venerationes, conniventibus ad id primò sequioribus Episcopis, dein adorationem illam approbantibus; immo adorantium causam agentibus Germano Patriarchâ Constantinopolitano, & Gregorio II. Papâ Romano. Auferendas esse ab ecclesiâ propter abusum, sicuti *serpens aneus*, cum eo ad cultum abuterentur Judæi, sublatus est ab Hilkiâ Rege, definiverat Conc. Constantopolitanum Ann. 754. Verum post elapsos inde triginta tres annos (Ann. sc. 787) contra statuit, Conc. Nicenum secundum, non solùm reducendas esse imagines, verum etiam adorandas definiens. Ita enim se habet act. 7. *Definimus cum omni diligentia & curâ, venerandas & sanctas imagines, ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis è coloribus & testellis, aut aliâ quâvis materiâ commodè paratas, dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas, habendasque: maximè verò imaginem Dei, & Dei Servatoris nostri Iesu Christi, deinde intemeratæ nostræ Dominae Dei paræ, venerandorumque Angelorum, & omnium demide sanctorum virorum... Imaginis honor in prototypon resultat, & qui adorat imaginem, in illa adorat quoque descriptum argumentum. Hinc patres istius Synodi decrevisse τὰς σεντὰς ἐμονὰς καὶ προσκυνεῖσθαι καὶ σέβειν, venerabiles imagines & adorandas esse & colendas,*

das, inquit Zonaras pag. 95. Ipsi Patres in actis Concilii, „ omnes , qui sacras imagines se venerari confituntur , adorationem autem recusant , tanquam hypocritas redarguunt : & si quis circa venerandarum & sanctorum imaginum adorationem laborat , aut dubitat , cum eadem Synodus anathematizat. Adorare autem ipsi Patres in epistolâ ad Imperatores interpretantur , exoculari , amare , honorare , η προσκυνεῖν . Nec solum coram imagine venerandos esse sanctos jubent : sed imaginem ipsam eodem honore & cultu honorandam & colendam esse , quo colitur id , cuius imago est , præcipiunt Thomas hum. part. 3. Q. 25. art. 3. & quotquot eum sequuntur. Azorius Jesuita eam in Inst. moral. T. 1. l. 9. c. 6. constantem Theologorum vocat sententiam. Petrus de Cabrera ad illum Thomæ locum esse fidei dogma pronunciat , ipsas imagines sacras esse venerandas , ipsisque adhibenda esse sigina servitutis & submissionis , amplexu , luminaribus , oblatione suffituum , capitis nudatione &c. & concludit ita constare NB. res creatas , etiam inanimes , dummodò Deo sint sacratae , esse adorandas. Disp. 2. Num. 15. nempe cum intentione illas ipsas adorandi , & non tantum exemplaria , in ipsis representata , ut loquitur num. 32. Bellarmiñns , licet in eo dissentiat , quod non eodem , sed minori cultu velit colendas nihilominus propriè dictam postulat orationem , in imaginem terminantem. Verba ejus sunt de Imag. libr. 11: 21. „ Si imago non est veneranda nisi impropriè , quia nimirum coram illâ , vel in illâ , aut per illam adoratur exemplar. „ Certè licebit simpliciter negare imagines esse venerandas : quod enim non dicitur nisi impropriè , simpliciter negari potest , uti patet. Ast Conc. vii. aét. 7. „ anathema dicit illis , qui negant imagines esse venerandas , ran-

„ randas. Et rursus ; Imagines Christi & Sanctorum  
 „ venerandæ sunt , non solum per accidens , vel in-  
 „ propriè ; sed etiam per se , propriè , ut ipsæ termi-  
 „ nent venerationem , ut in se considerantur , & non  
 „ solum ut vicem gerunt exemplaris. Hi omnes egre-  
 „ giè notantur ut ad lignum dicentes expurgescere , & ad  
 „ lapidem immotum excitare : quandò ad immunitatem ali-  
 „ quam & liberationem à certo quodam malo impetraran-  
 „ dam simulacra adeunt , & coram illis supplicationes suas  
 proferunt.

3. Includit etiam hæc prophetia fore in N. Test. Spi-  
 ritus Sancti discipulos , qui negarent *simulacra illa quic-*  
*quam prodeſſe* : aut legitimè docere ; sed contra eorum  
 inventorem esse dætorem mendacii , piis planè fugien-  
 dum. Credidit hoc tota primitiva ecclesia , quæ ima-  
 gines reliquit Gnosticis , ut author est *Irenæus* : nec  
 eas , licet gentes id nostris exprobarent , ullatenus ad-  
 miserunt. Hinc consilia ista de introducendis picturis  
 in ecclesiam displicuerunt postmodum *Epiphano* , *Au-*  
*gustino* , *Sereno Massiliensi* , patribus in Concilio Eli-  
 beritano , & *Constantinopolitano* Ann. 754 , ex  
 338 episcopis constante. *Claudio Taurinensi* , & qui  
 ejus sententiam retinuerunt *Convallenibus* , à quibus ea  
 sententia propagata est ad *Waldenses* & *Albigenses* in  
 Galliâ , scelè per omnem ferè Europam dispergen-  
 tes. Illudque defendunt , & ab ipsis simulacris repur-  
 gârunt templo sua Reformati , hoc argumento freti ,  
 quod non solum illud fieri prohibuit Deus in lege ,  
 nullibique exigit Christus , aut Apostolorum ullus ; ve-  
 rūm quod huic rei contradicat Spiritus in Prophetiis ,  
 ubi apparatum ad regnum ecclœ facturus , non so-  
 lūm *væ* denunciat ipsis iconolatriis , sed etiam blandè  
 monet cunctantes , ut nullum eorum usum esse , & nun-  
 quam

CAP. II: 18-19. *I L L U S T R A T U S.* 487  
quàm ecclesiæ profuisse , ne quidem ut rudium docto-  
res , agnoscant.

§. 2. Hanc convictionem jam incepit etiam moliri  
Spiritus Sanctus per Reformatos , jam aliquamdiu fra-  
tres suos Lutheranos , Græcos , & qui inter Pontificios  
sunt moderatores , ut ab eâ opinione desistant , monentes .  
Ea jam sunt tempora , quibus longa experientia evicit  
imagines nihil profuisse , imò potius ædificationi ecclæ-  
siæ obicem posuisse , prout juxta nostram prophetiam  
fieri debuit.

1. Saltem nil profuit ista imaginum in ecclesiam in-  
troduction ad conversionem *Judeorum & Muhamme-  
dorum* ; imò contra eorum animos à professione religio-  
nis Christianæ abalienavit indies ; quippe quibus hor-  
rendus Iconolatrarum abusus non solum objecit scandala-  
lum ; sed qui superstitionem illam , contra legem Dei  
introductam , ferre non potuerunt. Concepérunt *Ju-  
dæi* illam à simulacris aversionem ex scripturis , Dei ze-  
lum adversus eorum patres , Deum per imagines colen-  
tes , testificantibus ; nec non ex traditione ecclæsiæ suæ  
antiquæ : docuit enim illos auctor *Sapientiæ* cap. 14:11.  
de simulacris fugiendis his verbis. *Quoniam in opificio  
Dei ad abominationem sunt deformata , ad offendit  
in animis hominum , ad laqueum pedibus insipientium  
injiciendum : initium enim scortandi excogitatio simula-  
crorum est , atque eorundem inventio vita corruptela.*  
Abhorret uteisque hominum genus ab ipsis simulacris ,  
ita consecratis , & in locis sanctis erectis , ex justo idolo-  
latriæ metu : probè tenentes , quàm facilis sit in eam  
per imaginum qualenkunque honorem prolapsus. Quod  
proin eo modo obicem posuit conversioni utrorumque  
illorum infidelium , id sanè hactenus propagationi regni  
Christi non solum non profuit , sed impedimento fui-  
sc

se agnoscendum est: atque ob scandalum datum auferendum.

2. Obtendent fortè multūm profuisse ad gentilium conversionem, qui ante ægrē ferebant in Christianorum conventibus non occurrere aras & simulacra: verū qui inter gentiles ita erant animati; atque talibus illectamentis ad externam professionem Christianismi se passi sunt adduci, non superstitionem & idololatriam ex animo deposuerunt, sed tantummodo idola commutārunt: atquē hæc fuit illa hominum, gentili animo Deum colentium, vesana turba, quæ adorationem imaginum incepit, quæque tandem defensores malæ causæ etiam inter Episcopos invenit. Inter illos itaque imaginum in ecclesiis introductio effecit, ut Sathanas istis usus tentationis suæ instrumentis, multos à sinceritate cultus abstraxerit; idque etiamnum efficit quotidiè. Fuit itaque hic imaginum inter Christianos fructus, ut quotidiè in plebe inveniantur indiscreti imaginum cultores, scholasticarum distinctionum ignari, mentemque in aequilibrio retinere nescii, qui in imagine mirificam latitare virtutem autumantes, ad eam eo configunt animo, ut ab cā opem & sanationem referant: qui, istis laqueis irretiti, Dei zelum contra se provocant, quo crimen idololatriæ juxta vœ interminatum huant. Hi ad aras accedentes, coram elevato ibi simulacro, consecratione sanctificato, se flexis genibus prosternunt, complicatis manibus preces fundunt, auxilium sub votis implorant, desiderii compotes redeunt, lucernas, thymiamata aliaque donaria in signum grati animi offerrunt, & si quod domi est simulacrum voto non respondeat, in aliud à majori miraculorum virtute celebrius inquirunt, illudque suscepta peregrinatione adeunt; hâc spe animati, illud promptius & magis expeditam largi-

largiturum auxilium. Si vulgaris Deiparæ simulacrum non exaudiat preces, & petitioni annuat, queritur di-  
va *Lauretana*, *Hallenjis* aut *Apricollensis*, à majo-  
ribus miraculis clarior. Et hæc heri ab omnibus, ut  
tamen non credant illis simulacris messe virtutem, & in  
iis non figant fiduciam? sat scio ne ipsi quidem cre-  
dunt Pontificii. Imo in eam facilè inducuntur senten-  
tiā, qui consecrationis audiunt formulas, quā ad u-  
sum cultus inaugurarunt istiusmodi simulacula. Beatæ  
virginis imago hāc formulā consecratur. *Sanctifica*  
*Deus*, hanc imaginem *B. Virginis*, ut tuis fidelibus  
salutaris auxiliī opem ferat, tonitrua aut fulmina, si  
valuerint, nocentia celerius expellatur, pluviarion  
quoque mundatio, aut civilium bellorum commotio, seu  
*Paganorum* devastatio ad præsentiam ejus compriman-  
tur. Item *S. Johannis*. *Præsta Deus*, ut omnes cum  
reverentiā illum intuentes, precesque coram illâ fun-  
dentes, pro quācunque necessitate oraverint, exaudiatur.  
Sit hæc imago *Dæmonum sancta expulso*, *inge-*  
*lorum advocatione*, fidelium protec*tio*, ejusque in hoc to-  
co potenter vigeat intercessio. Potens profecto incan-  
tamentum (ut rectè monet *Cl. Heideggerus p. m.*) ad  
efficiendum, ut simpliciorum animæ ejusmodi imagini-  
bus, perindè ac si ipsarum præsentia divina protectio fo-  
ret, addictissimæ hærent stupeantque. Quousque  
cecum vulgus quotidiè apud eos prolabatur ita cum ge-  
mitu indicat *Polydorus Vergilius* de invent. Rerum  
libr. vi. 13. „ Eo (inquit ille) deventum est insa-  
„ niae, ut hæc pietatis pars parum differat ab impietate;  
„ sunt eniū benè multi rudiores stupidioresque, qui  
„ saceas vel ligneas, marmoreas, æneas, sive in pa-  
„ tibus pictas, variisque coloribus litas imagines ado-  
„ rent; non ut signa, sed perindè quā ipse sensum

„ aliquem habeant , & iis magis fidant quam Christo  
 „ vel aliis Divis , quibus dicata sunt . Quo fit ut stul-  
 „ titiam stultitiam cumulantes , illis offerant aurum ; ar-  
 „ gentum , annulos gemmatos , omnifariisque gem-  
 „ mas , ibi senio perituras . Et , ut ad illud facien-  
 „ dum plures inelcentur , illi , qui tales proventum  
 „ metunt , nummos perforant , filoque pendentes in  
 „ collo , aut manibus ipsarum imaginum suspendunt ,  
 „ donaria in locis conspicuis egregie collocant , titu-  
 „ losque apponunt , quo nomina offerentium & Diis  
 „ & hominibus notiora fiant . Sic bona pars hominum  
 „ per haec impendia delirare inducitur , ac insuper lon-  
 „ ga aliquoties itinera confidere , ut unam imaguncu-  
 „ lam adeat , ibique donaria sua relinquat , prætermis-  
 „ so alio aut pietatis aut charitatis officio , rata se om-  
 „ ninò sat largitionis fecisse , sat poenituisse , si inter  
 „ eundum lautiis vietitando , aurum obtulisset , in  
 „ cuiusvis crumenam inde iturum . Hi fuerunt & sunt  
 etiamnum proh dolor simulacrorum fructus in tot homi-  
 nibus , sub Christiano nomine plusquam gentilem i-  
 dolatriam committentibus : atque gravissimum reatum  
 in se contrahentibus , qui miserè per ista tentationum in-  
 strumenta seducti & miserè pereunt , idque justo Dei  
 judicio , nam ut recte Augustinus de conf. Euang. l. 1:  
 10. Sic omnino errare meruerunt , qui Christiani & A-  
 postolos ejus non in sanctis codicibus , sed in pictis parie-  
 tibus quaesierunt ; Deo nempe tales in reprobam men-  
 tem tradente .

3. Quod si quis putet tamen multos alios esse ex  
 Christianorum numero , qui hisce simulacris didicerunt  
 cautiis uti , quibusque multum profuerunt ad instil-  
 landam eorum mentibus cognitionem ; quippe edicti il-  
 lis ut doctoribus uti . Ille teneat ne hoc quidem admis-  
 tendum

tendum esse , si stare velimus decisione Spiritus Sancti  
hoc in loco. 1. Sunt enim iuania muta , & inanimata,  
*auro argentoque retenta , & spiritu carentia* , ac per  
consequens egent interpretatione: nisi enim verbum ac-  
cedat lectum aut prædicatum , virique eruditio expositio,  
nemo istorum simulacrorum finem & argumentum in-  
telliget. *Verbum igitur docet , non imago.* 2. Adde  
potius contra simulaera illa introducta in plurimis ideas  
hominum corrupisse , atque eorum inventores comper-  
tos esse *doctores mendaci*: ad quod quoque in textu  
nostro provocat Spiritus Sanctus. Quid quæsō veri  
docent imagines *Deitatis & Trinitatis*? ut non gloriæ  
Dei infiniti , immensi , incomprehensibilis , invisibilis  
que detrahunt ? qui nullâ imagine exprimi potest: ut  
non in speciem tres distinctæ effigies videntur testari  
tres à se invicem divulsa , & essentiâ distinctas perso-  
nas , nisi lingua doctoris errorem corrigat ? Quid do-  
cebunt simulacra Christi , B. Mariae , Angelorum &  
Sanctorum ? nonne creant præjudicium ? ac si Angeli  
essent corporei ? vitam , mores aut doctrinam Christi ,  
Mariae , Sanctorumve non attingunt : vultum & statu-  
ram ut plurimum mentiuntur ; neque in iis effigiandis  
collata simulacra ejusdem licet exemplaris conveniunt;  
quod argumento est pictorem non effigiem ejus dedisse ,  
quem referre spondet , sed *figmentum suum*. Quam  
fallunt spectatores circa habitum externum , vestiumque  
ornatum ! Ut superbit beatæ virginis effigies auro , gem-  
misque ! quis non putet se reginam videre in folio?  
quam scriptura nos docet humilem fuisse ancillam &  
pauperum habitu contentam. Quis in sacris versatus  
non agnoscit mentientem effigiem , quæ B. Petrum re-  
fert cum triplicis diadematis gestamine ? B. Jacobum  
cum galero & baculo peregrinantis ? Quando cernis

imaginem Georgii , aut Christophori ; illa hominem cum Dracone pugnantem . E quo refert ; hæc gigantem , Christum humeris portantem . Ast quid veri in iis ? Pergula pictoris , veri nihil , omnia ficta . De quibusdam ( ita in effigie & picturis repræsentatis ) an unquam in rerum naturâ fuerint , merito dubitatur , inquit Cassander , quorum cultum figmenta historiarum , & imposturæ miraculorum mirifice auxerunt , quæ figmenta etiam compertorum Sanctorum historias conspurcarent , quos quisque pro suo affectu commentus est : addo ego nec historias tantum , sed etiam consecratas picturas & imagines conspurcasse , quæ etiam quoddam referunt , ut sanctos & beatos , qui fuerunt heretici & scelerati , quiq[ue] apud inferos inter ejulatus & dentium frendores degunt : & alios sanctos effictos , qui nunquam in rerum naturâ extiterunt . Dic , age ! an non ista simulacra sunt ex ipsa pontificiorum definitione *Idola* , & ex nostro textu *inania muta* ? atque *nullitates* ? dum tamen splendidè mentiuntur . Apposita saltē videt orbis symbola , quæ sanctos repræsentant , quasi certis rebus à Deo Præfectos , non aliter ac Divos , & Divas , quibus aliqua rerum inferiorum cura demandata fuit : quos adire monentur cultores ad patrocinium pro certis necessitatibus imperrandum . Nonne etiam in eo simulacula mentiuntur ? & plusquam gentilem docent superstitionem ? Spectatores ad auxiliorum certorum supplicationem invitando simul , ac incendendo ? ô pessimos manifestæ impietatis Doctores , & idololatriæ proxenetas ! *Simulacra* igitur , nihil eorum repræsentantia , quæ Sanctis competunt , nec vultum , nec habitum legitimum , multo minus animum & mores : aliquando hereticos , olim damnatos , aut sub simulatâ pietate sceleratos , ac gehennæ spolia tanquam cœlitus venerandos

dos commendantia; aliosque fictos, qui nunquam in rerum natura extiterunt, martyres, aut pietatis typos, ut apud Deum gloria coronatos, mendaciter exprimentia; ac singulis in gubernatione mundi, ut Divis, partem curarum falsò adscribentia: die fodes, nonne sunt nullitates? nonne inania? totum ad fallendum composita? atque proinde eo nomine ex ecclesiâ (quæ veritatis columna & stabilimentum est). planè proscribenda? quem quæsò cognitionis ad fidem, aut eruditioñis profectum attulerunt, quæ nihil extra scripturas repræsentant, quod non inter fabulas, ex legendis haustas, numerandum est. Nihil ad rudium institutionem contulerunt, nisi corruptæ imaginationi altè impressa præjudicia, animos leviores ad superstitionem pertrahentia.

4. Instabit fortè moderati simulacrorum usus defensor, atque patronus, verum quidem esse, quod imagines propriè ad docendum non valeant, cum sine interprete nemo representaminum sensum mentemque intellegat: attamen multum ea valere ad rei edocere rememorationem, eamque cum debito affectu meditandam ac ruminandam: hæc enim picturarum singul'aris utilitas est, quod vivam menti imprimant imaginationem, & languentem resuscitant, quæ animum fortiùs in rei contemplatione occupat. Notum est illud *Venusini de arte Poëticâ*

*Segniūs irritant animos demissa per aures,  
Quām quæ sunt oculis subiecta fidelibus.*

Fateor hæc vera esse, atque propterea hanc artem haud quaqueam esse spēnendam, in quantum multa, per imaginationem concipienda illustrat; & res veterum,

non nihil ab hodierno usu remotas atque inveteratas, ad rectam perceptionem menti objicit: undè in disciplinis sanè quantivis pretii est: neque etiam inferior, ad remembrancem cum affectu quoque multum præstare, si modò pictorum figura ablint, & historiam ex vero exprimant: quā ratione moti, qui in *Ponto & Cappadociā* nomen Christi profitebantur *martyrum passiones pingi curārunt*, cùm in rei memoriam tūm ad affectuum majus incitamentum, quo accedente ad conspectum sermone adhortatorio ad eorum imitationem accenderentur fortius, & in admirationem gratiae Dei, eos ad constantiam confirmantis, raperentur vividius. Non equidem culpandus est iste eorum scopus: ast tamen quædam ei adhærebat imprudentia; quod quæ solum erant utilitatis politicæ, externæ & civilis (quæque in coemiteriis, ubi recondita erant corum martyrum cadavera, ita poterant civiliter prodesse) transtulerint in ecclesiis: idque præter morem ecclesiæ, novo & ha-  
etenius insueto exemplo; Ubi tanto forent nocentiora, quantò potentius mentem per excitatam imaginationem ad se rapiunt. Isthoc in loco *verbū Dei* erat *prædicandum* pastoribus, idemque ultimâ cum attentione *audiendum*, ruminandumque auditoribus; quorum animus non est in alia distrahendus: alia objicere auribus, alia oculis pessima animorum distractio est; & quoniam, quæ oculis objiciuntur plus mentem affiant, quām quæ auribus; apta nata sunt instrumenta ad auditum intervertendum, fructuque concionum auditores destituentum. Non decet ibi mentem allicere ad aliarum rerum commemorationem, quām quarum attentionem mox habenda concio exigit, ad quam revocandam quoque sola verbi prædicatio in regenitis sufficit. Sin aliarum rerum memoriam excitet *pictura*, aliarum concio: æ-  
quum

quum est, ut prius tanquam debiti officii praestandi impedimentum tollatur. Si mens, ad disciplinam euangelii accedens, se ab omnibus aliis rebus evacuare debet, ut monendorum capax sit; ante omnia debent extra istarum rerum commercium constitui, quae ad rerum, sed tunc a scopo alienarum, meditationem sollicitant. Hoc ipso argumento pugnat contra *Celsum Origenes* libr. 4. ubi ait, *Simulacra potius memoriam à Deo avellere, & ad contemplanda terrena animi oculos detorquere*. Imò eorum potentia distrahendi tunc magis est metuenda, quando in concione ad rerum spiritualium meditationem vocamur, in quibus oportet mentem ab omnibus imaginationibus abstrahamus, & purâ mente Deum in animo veneremur. Quod si interim imaginationes, eaque à praesenti argomento alienae, adeò potenter per oculos excitentur; quomodo non mentem aut avertent, aut turbabunt saltem, quae facilius defetiscit in merè spiritualibus, quam in corporalibus, quorum ideæ, per imaginationes suffultæ, haud facile ut priores evanescunt. Omitto jam, quod cogitare debuissent viri optimi gentilium, nuper converrorum, animos, atque à teneris simulacrorum venerationi assuetos, minimè fuisse compositos ad superstitione venerationis crimen evitandum, ad quod inolita consuetudine adeo proni erant; quod propediem ipsa experientia confirmavit; de èa re enim jam suo tempore conqueritur *Augustinus*, libr. de moribus ecclesie Catholice cap. 34. *Nolite, inquit, conseltari turbas imperitorum, qui vel in ipsâ verâ religione superstitionis sunt, vel ita libidinibus dediti, ut oblieti sint, quicquid promiserunt Deo. Novi multos esse sepulchrorum & picturarum adoratores, &c.* Proin ex hoc eventu iam proxime conspiciebatur, nullam fuisse in nuper conversis

ex gentibus dispositionem se intra illos, quos cupiebant patres, retinendi cancellos; atque in solâ constantiæ Martyrum contemplatione & admiratione subsistendi, qui coram simulacris se prosternere assueti fuerant.

5. Sin indiscretus simulacrorum adorator regerat, multum utilitatis ex eorum cultu in se aliosque redundasse: alios ab iis amissam ante & ibi recuperatam salutem retulisse; alios factis iis votis, ab hostibus victorias reportasse, atque ex periculis liberatos immunitatem ab imminenti malo acquisivisse: nonnulos simulacrorum lachrymis ad poenitentiam fuisse revocatos; alios oculorum & capitum nutibus solatio fuisse erectos: imò ab eorum protectione ecclesiam eam accepisse defensionem, quâ etiamnum perstat & contra hostium insultus perennat. Hunc monitum velim, ut de torâ re prudentius statuat. Negat *Spiritus Dei* simulacrum quicquam cultori suo profuisse: id dices de simulacris gentium fuisse dictum: ast, illi idem regerunt quod tu: atque respondunt responsa dedisse, ægros curâsse, rempublicam protegisse, voventibus postulata dedisse. Quid respondebis, quod tuam instantiam non diluet? Votis respondit eventus: ergò vi voti? ergò in gratiam facti, & donariorum, quæ vovisti? frigida lâne consequentia. Ast miracula patrârunt, quorum salutaria fuerunt effecta. Lachymas fuderunt oculi, atque annuerunt. Verum hoc fallendi artificium jam in sacris Isidis fuit revelatum, compertumque est luciperarum sacerdotum istas esse fraudes. Verum ægri, claudi, & obsecssi, sanati redunt: scilicet ad scenam illam subornati & conducti, ut populum fallant: quam Canarium movere nec charta, nec tempus concedunt. Horum tutelâ, dices, perstat Romana ecclesia: imo inquit ego, divinâ tolerantia, qua tamdiu perstitit gentilis-

tilismus ; & ad terminum à Deo definitum , qui horum vanitatem suo tempore palam faciet : quia illud *væ*, hic loci interminatum , plectet , quotquot ad *lignum & lajidem prostrati dicunt* , *expercire & excitare* . Si eccl esia veltræ constantiam *Simulacrorum cultui & Sanctorum tutelæ* debetis : cur eadem non præsttit , ut omnes illi labores , in terræ Sanctæ occupationem insump ti , & in Reformationis oppressionem impensi , effe ctum sortiti sint ? sed permisit , ut in perniciem Zelan tum cesserint ?

Concludo itaque nil profuisse simulacrum ; neque prodesse potuisse ; ex eorum sententiâ etiam , qui cum Carolo Magno profitentur , *imagines nil , si non habentur , dercicare : nil , si habentur , prerogare* : ut ille loquitur libr. 4. cap. 9. Subscribimus ejusdem verbis , quæ alibi occurrunt , atque ita sonant : *In imaginum adoratione , ubi nullus profectus , nullum emolumen tum , nulla utilitas est summa , vanitas esse credenda est*. Deus Spiritus Sancti operationem gratiosam verbo suo , ejus que prœconio , non picturis aut simulacris alligavit ; fidem querendam ex auditu , non ex pigmenti intuitu jussit. Imò cum eorum introductione gratiam subtraxit ; cuius consequens fuit prædicationis verbi , neglectiùs pertractati , contemptus , & profunda hominum ignorantia ; iisdem enim seculis , quo imagines in valuerunt , plusquam cimmeriæ ecclesiam invaserunt tenebræ ; conquerentibus de insectiæ prædominio omnibus historiatur scriptoribus ; ne excepto quidem ipso Baronio , analium parente.

§. 3. Cæterū , cum præ foribus sit definitus ille à Spiritu Sancti dies , qui confirmabit , quam vanum sit futurum omne illud Iconolatrarum ad simulacra confugium : obtulstamur fratres Protestantæ , & Moderatio-

res inter Pontificios , ac ubicunque terrarum degentes Christianos , ut in nostris adhortationibus vocem Spiritus Sancti agnoscant , atque tandem simulacra in ecclesiis erigere aut retinere omittant : quoque id faciant colore aut titulo. Cum enim non divinā sed humana auctoritate sint introducta ; & prima ecclesiæ , adhuc virginis ac intemeratae castitatis , simplicitas per tria secula Deum sine illis coluerit ; immo ne quidem in suis oratoriis ferenda autumaverit ; cur ea non , quā authoritate introducta fuerunt , utilitate ita postulante , denuo tollunt ? immo quid ni postulata ab omnibus reformatio tantum valeat apud ecclesiæ pastores , ut pristinum cultum revocent , eumque ad laudatissimam antiquitatis ideam & formulam castigent ? Flagitârunt id diu piorum vota , simplicium à tentatione defendantorum securitas , errantium à scandalo dato liberatio , & regni Christi spiritualis purior promotio. Si nos amant ; cur nobis præter necessitatem istum scrupulum injiciunt ? & tot animas periclitantes , ac temptationi Sathanæ expositas , ab istis temptationum instrumentis , quibus carere possumus , non liberant ? cur præceptum Dei reverentes , & ex illo metu legitimo coram simulacris genua flectere non audentes anathemate percutiunt ? Et contrà iconolatas , & propriè dictam imaginum adorationem statuentes , (quā se idolatriæ reos faciunt) in suo sinu fovent ; nulloque modo reprehendunt ; tantum abest ut sub anathemæ damnados damnent ? Ast Deus illis saniorem mentem inspiret , ut tandem oculos aperiant.

§. 4. Interim judicium Dei metuant hypocritæ , qui aliud in ore , aliud in opere præ se ferunt ; apud se met convicti , negant isti scortationis spiritualis Palliatores , quando cum nostris disputant , se imagines adorare : atque illam culpam ipsis à nostratis per calumniam

niam objici perpetuo clamitant. Sic fistula dulce carni volucrem cum decipit auceps. Verum, quando quæ ipso opere faciunt diligentius intuemur, cogunt nos dicere, quod eorum opera dictis eorum contradictant. Ita corundem protestatio est contra factum. Dum sancto in loco, ad aras & altaria, simulacra nudo capite, flexis genibus & complicatis manibus adorantes, non solum devotis intuentur oculis, sed & vota sua iis nuncupant, atque voto impetrato in grati animi signum donaria offerunt & thymiamata, atque templa & altaria aut condunt, aut renovant: nonne iis cultum divinum, soli Deo prestandum, exhibent? Sanè votorum nuncupationem, sacrificii oblationem, & altarium templorumque erectionem fatentur ipsi Jesuitæ Costerus & Bellarminus esse actus ex se & per se soli Deo debitos. Quid restat igitur, quam ut dicamus, eos imaginibus honorem deferre, soli Deo debitum, atque ita idolatriam committere. Dicunt quidem omnem illum honorem, qui eis exhibetur, referendum esse ad prototypa, que imagines repræsentant: ut loquitur Concilium Tridentinum: quod Condomiensis Episcopus exponit, *Apostolum & Martyrem coram imagine honorare.* Itane nihil amplius? Ergone Concilium Tridentinum negat venerationem propriè tendere in imagines? ipsaque terminare venerationem? id non credit Bellarminus, qui ita statuit. Ergo imagines non essent eodem honore ac cultu honoranda & colenda, quo colitur id, cuius est imago, ut tamen loquuntur Thomistæ & Jesuitæ. Negant se tam imaginem honorare velle, quam ejus exemplar coram imagine: & affirmat tamen Thomas: cum Christus adoretur adoratione latræ, consequens esse, quod ejus imago sit adoratione latræ adoranda. Imò & fraus latet in dictis sub particulâ non tam, ut non audeat

dicere simpliciter se non adorare imagines, quam sententiam damnavit Concilium Nicenum, & Tridentinum, dum istius canones approbat. Negant *imaginis* esse *olendas* propter *aliquam inherentem virtutem*; & ex-  
runt tamen illas propter *virtutem miraculosam*, carus efficaciam se potitos sperant; quamque magis ab unius simulacri cultu sibi spondent, quam à cultu a terius:  
& vulgus planè in simulacro positam suscipit. Negant se orando apud imaginem, *quicquam ab us petere*: *vel ullam in his figere fiduciam*: & tamen sibi pollicentur creduntque faciliorem petitionis exauditionem apud i-  
maginem B. Virginis Lauretanam aut Hallensem, quam apud aliam quamcunque, in obscurioribus locis reposi-  
tam. Quænam quæsto istius distinctionis ratio est, cùm ubique idem Deus sit, idem cultus, idem sanctus, qui honoratur? Cur hujus imaginis salutatio magis confe-  
quitur votum, quam alterius, si non major sit virtus in una imagine, quam in aliâ? saltē dicendum Deum vim patrandi miracula magis alligasse simulacro B. Vir-  
ginis Hallensi, quam Bruxellensi, aut alteri in obscu-  
riori adhuc loco posito; hoc credunt, atque eâ in re fiduciam ponunt. An aliter sentiebant gentiles? an non divos suos (Deos minores per apotheosis factos) colebant sicuti Pontificii suos sanctos, quos etiam sèpè divos vocant? an aliam credebant in eorum imaginibus esse virtutem, quam assistentem? & divino arbitrio consecratæ imagini alligatam? Sic Gentiles apud Arnobium inquiunt; *non materias æris, aeri, urgenti, & alias, ex quibus signa conficiunt, eos per se Deos esse, & religiosa numina discernimus*; sed eos in his colimus, eosque veneramus, quos dedicatio infert sa-  
cra.

Tandem excipiunt *idola*, quæ lege prohibentur,  
*imagi-*

imagines fuisse rerum falsarum, suas verarum: Pan-  
lum ajunt idolum describere, quod nihil esset mundo,  
quia ista simulacra eorum erant, qui aut nūquām fue-  
rant, aut æternis adjudicati suppliciis, solis ignibus vi-  
vient. Sua autem dicunt Christum & sanctos cœlites  
referre. Aut quo argumento præstabunt omnes, quos  
colunt etiam in simulacris, aut fuisse in rerum naturâ,  
aut cœlites esse, & non æternis suppliciis immertos?  
cum de multis haud levis sit dubitatio. Quomodo pro-  
bant Georgiam illum Draconicidam, Christophorum,  
Catharinam, aliosque, unquam in rerum natura extitisse,  
& quos Papa canonizavit sanctos, reverâ gloriam  
ingressos? num Papa etiam in hâc causâ falli non po-  
tuit? Si non sunt idola, simulacra hominum, qui nunc  
inter cœlites degunt? fortè idolum non est *Saturni* si-  
mulacrum, quem multi viri docti Noachum fuisse exi-  
stimat: ut jam nihil dicam de Mercurio, Baccho aliis-  
que. Imo idolum nihil esse dicit Apostolus; quia  
exemplaria eorum non sunt, quod esse representantur:  
atqui id verum esse de omnibus sanctis & beatâ virginē  
nos asserimus: representantur enim ut in cœlis certis  
causis patrocinantes, ac res humanas divisis curis curan-  
tes, ut divi divaque: quod falso esse multis probâ-  
runt nostri Theologi: ac proin eorum simulacra idola  
sunt, quæ colunt. Quod si verum est, terreat illos  
judicium, quod extat *Apoc. 22:15.* Foris erunt ca-  
nes, . . . & idolis servientes.

## SUBSECTIO SEPTIMA.

*De totius orbis post exhausta Ecclesiæ certamina silentio.*

*Analysis.*

§. 1.

**D**Andem sequitur visionis propheticæ conclusio , laborum ecclesiæ sub fine mundi exitum indicans , atque silentii universalis in pace spem faciens : in quibus rebus , haetenus nondum visis , saniores Theologi regnum ecclesiæ gloriosum , ad ultimum N. Test. periodum spectans , constituere solent : quæ enim de summa regni Christi , mundum hæreditantis , amplitudine cecinerunt prophetæ , cum nondum completa videant , & in scripturis , ut certaminum quorundam , saltem cum hostibus (se toti ecclesiæ cum potentia opposentibus) exitum proposita agnoscant ; jure meritò adhuc exspectant ; & spem factam propter veritatem Dei tot eventibus prioribus comprobatam , ut certam & infallibilem agnoscunt.

§. 2. Continet hæc visio coronidem totius hujus representationis , seu sermonis Spiritus Sancti , prophetam eruditentis , conclusionem , quâ & nos docuit hoc suo scripto Vates , quid ultimum in hæc institutione sit spectandum. Unde jure colligimus in hisce animadverendum esse ultimum viarum Dei opus , ac proinde fata feliora ultimi temporis ; in quibus se spiritus ipse exhibet in ultimo suo opere , quo mundum per donum fidei subjiceret Christo.

§. 3.

§. 3. Est quoque in hâc conclusione sufficiens absolu-  
tio scopi hujus institutionis, quem diximus respicere  
erroris cuiusdam ablationem: quasi statim post addu-  
ctam salutem, & credentium à carnali populo liberatio-  
nem, omnia forent pacata & prospera ecclesiæ. Non  
enim negatur ecclesiæ alta pax & triumphus: sed differ-  
tur ad ultimam ejus periodum; monenturque pii, quan-  
dò res adeo grata ecclesiæ eveniret; nempe post exant-  
lata varia cum obloquentibus certagnina, & conspecta  
varia obloquentum judicia; quibus absolutis *Christus*  
*demicum consiperetur omnibus, gloriâ & honore exulta-*  
*tus*, atque ita *Jehovah in palatio sanctitatis sue, Regem*  
*agens & Judicem: qui conspectus silentii univer-*  
*falis in orbe, atque ita etiam pacis & tranquillitatis,*  
*causa foret.*

§. 4. Animadvertisimus itaque in hâc ultimâ parte ser-  
monis Spiritus sancti, ejusdem alloquium ad qualescum-  
que orbis telluris incolas, quo jubentur se ad instituti-  
onem de gloriâ Regis componere ad silentium, ut hic  
sit

- I. *Institutio de Jehovâ Rege in palatio suo con-*  
*spicuo.*
- II. *Vocatio omnium ad obligationem, Regi per*  
*silentium solvendam.*

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 20. *Ait Jehovah est in templo sanctitatis sue.*  
*Sile à conspectu ejus, terra universa.*

§. 1. Præmittitur præcepto de silentio assumendo per  
universam terram aliquod fundamentum, cui illa obli-  
gatio

gatio superstruitur. Hoc fundamentum in nobilissimo fidei dogmate collocatur, quod *Spiritus Dei* in fine sermonis sui quasi elatâ voce proclamat. Affirmat autem dogma illud hîc loci proclamatum, asseritque quod *Jehova sit in templo sanctitatis suæ*: idque omnibus in totâ terrâ credendum proponit. Vox *Jehovah* hîc accipi debere, ut sepiùs, tanquam nomen, certam in Deitate personam designans, mihi exindè palam fit, quod *Jehova*, qui est *spiritus Dei*, hîc occurrat ut testificans de *Jehovâ*, tanquam de alio à se. Quis autem ille sit ex personis divinis, qui eum in modum glorificatur inter omnes totius terræ homines, ex ejus schesi facile colligitur; est enim *Jehova in palatio suo*, atque ita Rex ille Regum, & Dominus dominantium, qui agnoscendus erat solus rex in ecclesiâ; cui Pater regnum de jure concesserat. Is manifestatur jam post tot judicia opponentium ut *Jehovah*: id est, Deus fidelis, omnium promissionum suarum præstator integerrimus, qui nihil nos facit in bonum iustorum.

§ 2. Huic tribuitur *templum seu palatium sanctitatis*; quod per Hebraicum significat *templum seu palatium sanctum*. Vox **הַמֶּלֶךְ** notat ex primo suo uso *palatium*, seu regium ædificium, in quo Reges cum comprobatione splendoris sui habitant, & ad quod, qui Regem convenire cupiunt, accedunt. *Jes. 39: 7.*

Hoc nomen *ad templum* transfertur; quia Dei œconomia in populo Israëlitico faciem *Theocratiæ* referebat; quâ ut Rex in populo regens, in templo tanquam in regiâ suâ posuit symbolum præsentia. Verum, cum Deitas propriè non habitet in ædibus manufactis, *1 Reg. 8: 27.* *Act. 17: 24* & œconomia N. Test. non admittat templum manu factum, in quo Deus habitet; sanc locus postulat, sub finem regni Christi de alio

alio cogitemus templo , & regno Christi spirituali aliud tribuamus palatum , cuius templum V. Test. fuit umbra. Notemus igitur *templum* fuisse symbolum ecclesie , significans id , in quo Deus habitat. Hinc *templum sanctitatis Dei* notat aliquando *cælum* , ut palatum respiciendum , ex quo potentiam suam manifestat Deus , & in quod filius per sublationem in cœlum suo tempore ingressus est ( 2 Sam. 22: 7. Psal. 11: 4. ) in quo sanctorum spiritibus feso ut glorificatum conspicendum præbet : qui locus merito diceretur *sancetus* ; quia in illum nemo nisi sanctitate consummatus ingreditur. Huc si referamus verba spiritus , exigit fidem , quâ credat mundus Regem nostrum ( à quo adscendit in cœlum ) occupasse *palatum suum* , ibique consedisse in throno , undè & ecclesiam defendit ; atque judicia in hostes immittit. Quæ fides nunquam certioribus comprobatur speciminibus , quâ cum Rex ultimato in hostes judicio ostenderet se fidelem populi sui vindicem. Respondet itaque hæc professio ad questionem , quæ in tantorum judiciorum causam inquirit : si enim quis roget , unde tanta prodeant *judicia* , iconolatas tanto perè confundentia ? facilis est responsio ; qui in cœlo habitat , se Jehovah monstrat , ex cœlis imperantem , & se fidelem populi sui assertorem comprobantem : ibi enim ut Dominus & Rex existens in *palatio suo sancto* , non potuit non jura sanctitatis tueri , & omnem profanationem rerum sacrarum è cœlo punire. Conf.

*Apoc. 11: 19.*

Verum cum *templum* etiam notet ecclesiam in terris , cum supercelestibus in unam summam reductam ; in quâ quoquè vivit , degit , & habitat ; quam etiam sibi sanctificat : notat illud esse in *palatio suo sancto* preterea presentiam ejus singularem in ecclesiâ militante ,

quam manifestat , quotiescumque ecclesiam illam novo modo justificat , novo auxilio tuetur , & novo beneficio inter judicia mundi immunem à malo tam gloriose ex certaminum discrimine educit . *Præsentia* potestia conspicitur in potenti defensione cum hostium exterminio : *præsentia gratia* in uberiori donorum spiritus effusione , quâ veritatis demonstratio fit evidentior , vita sanctitas illustrior , vocandorum convictio potentior , & euangelii propagatio per orbem celerior .

§. 3. Opponitur hoc præcedenti *ve* ; & asseritur malum illud imminere confugientibus ad lapidem & lignum : ast contra allertorem populi fore penes ecclesiam , ut evasio sit futura fugienti ad hoc asylum : ac defensio à malo versanti in templo Dei , ubi ille est , & queritur ; non vero simulacra muta queruntur . *Jehova est in templo sancto suo* , jam scilicet conspicuus : ergo ibi querendus , ad illud templum , nunc revelatum accedendum omnibus : ibique tantum querenda immunitas ab ira Dei , gloriam suam vindicante .

§. 4. Huic fundamento ita præstructo innititur *præceptum de silentio* , toti orbi imperato . *Tota terra hic procul dubio significat qualemcumque universi orbis homines* , sine ulla gentium , nationum , linguarumque differentiâ : ad quas verbum euangelii , & regnum Christi propagari debuit . *Est enim consilii divini pars magna* , totum orbem regno Christi subjecere , & per euangelium ad fidem adducere , quâ Filius Dei ab omnibus gentibus , ut *caput salutis* , agnoscatur & adoretur . Huc spectant promissiones , amplissimæ istius vocationis spei facientes . *Jes. 60: 11. Dan. 7: 16. 17. Apoc. 11: 15.*

§. 5. Officium , quod omnibus præscribitur , & supponitur ab omnibus observandum , est *silentium* . Lxx legunt

legunt ἐυλαβεῖσθαι revereatur, seu pertimescat à facie eius omnis terra: qui, notante Capello legisse videntur **DN** per cheth, & ad vocem arabicam **ش** respexisse, quæ illis revereri, seu metu religioso timere significat: nisi forte silentium ut reverentia signum recipientes, existimaverint consequens hic pro antecedente esse positum, silentium nempe pro reverentiâ. In textu est **DN** à rad, **NDN** silere, tacere, ut sit imperativum *Pihel* cum apocope: ita semel in plurali **YDN** occurrat *Neb.* 8: 11. *silete, tacete.* Cl. *Capellus* tamen potius vocem esse per onomatopoiam fictam vult, ad silentium imperandum, ut apud *Plautum St.* Verum non obstat, quò minus inde verbum fuerit factum. Accipitur pro eo, quod est murmur coimpescere, & dicturo silentium facere, ut illius verba exaudiri possint, ne strepitu & murmure obturbentur. Proin Spiritus hic silentium indicet, ut omnes regem in palatio intelligentes, ad ejus conspectum se cum silentio, & animi quiete coram illo sistant, eumque leges suas promulgantem per præcones suos animo linguisque faventes audiunt; præsertim à quo judiciis suis innotuit. *Conf. Zeph.* 1: 7. *Zach.* 2: 17.

Silentium orbis, quod hic exigitur, 1. præsupponit, usque ad tempora judicii Antichristi nondum conticuisse mundum; sed habuisse *Jehovam*, ejusque regnum, in multis orbis partibus plurimas adhuc contradicentes, & veritati obmurmurantes gentes, atque nationes: quarum cum regni vendicatione exspectanda erat conversio. 2. Indicat porrò novam euangelii regni propagationem, quæ per omnem orbem prædicata, denunciaret legem fidei, omnemque voluntatem *Jehovæ regis*, tanquam in palacio suo jam novo opere manifestati, & renovato præcepto subjectionem omnium nationum exigentis. 3.

Includit obligationem deponendi omnem strepitum & murmur contra euangelium: ne quis opere aut verbo contra, dicente præconium euangelii impedit, aut turbet. Non opere, quod est pacis, omnem hostilem oppositionem auferentis. Nec verbis, quod est veritatem amantium, & disciplinam euangelii admittentium cum suo principio: quippè qui nec sapientiam carnis, nec traditiones humanas, similiaque falsa fidei principia amplius audientes, contenti sunt ex solo Dei verbo erudi, & parati solo hoc iudice controversiarum stare. Conf. Psal. 107: 42. 4. Importat quoque hoc imperatum à Spiritu Sancto silentium, ejus præcepti consequens fore orbis obedientiam, & subjectionem sub disciplinâ euangelii regni Christi; ut omnia regna terræ siant Dei & Christi. Conf. Jes. 52: 15. & promissiones de persecutionibus, per pacem tollendis, Jes. 2: 4. 11: 10. Psal. 72: 7. De lictibus, inter dissentientes componendis, Jes. 11: 13. Zach. 14: 9. Nec non de omnium, hactenus à Christo alienorum, cum Judæorum, tūm Muhammedanorum & Gentium conversione;

§. 6. Argumentum, quo totus orbis ad illud silentium foret inducendus, in textu notatur voce יְהוָה facie ejus; scilicet Jehovah, jam in palatio suo cogniti. Facies Jehovah hic notat ejus qualemcumque præsentiam, & consequentem conspectum, quo cernetur in operibus suis, tanquam Rex in palatio suo; & cognosceretur quoad gloriam ejus, per maximum cognitionis sacrarum literarum incrementum: præsertim ex collatione viarum seu operum Dei cum scripturis, fata rerum & omnem progressum regni Christi præcinentibus. Hic conspectus eleganter exponitur per aperturam templi Dei in cælis, ut arca fæderis, tanquam thronus

CAP. II: 20. *I L L U S T R A T U S.* 509  
nus Regis, conspiciatur in templo Dei. Apoc. II:  
19.

Hic conspectus Jehovæ in templo suo sancto notatur  
ut causa movens ad illud silentium; quia illa regni Je-  
hovæ cognitio evidens, primaque ejus observatio, non  
potest non adigere homines ad timorem & reverentiam,  
& per consequens ad silentium subjectionis & auscultati-  
onis, quā se huic disciplinæ humiles committant.

---

## S P E I D A T A E

# F U N D A M E N T A .

1.  Portet & hic fateri, nondum venisse feli-  
cem illum diem, quo totus orbis se cum  
silentio Regi isti cœlesti submiscerit, eo quod  
nondum omnes ad conspectum gloriæ Jeho-  
væ in templo suo sancto sunt admissi. Interim tenemus  
nos (qui credimus) quod reverè *Christus Dominus*  
nostrer, adscendens in cœlum, sedeat ut Rex, à dex-  
terâ Patris omnipotentis, & regnet ut *Jehovah in*  
*sancto suo palatio*: quod credimus propter testes adscen-  
sionis ejus in cœlum, & missionis Spiritus Sancti super  
Apostolos; nec non propter opera ejus regia, admini-  
strationem Christi regiam in regno cœlorum testifican-  
tia: quicquid enim haëstenùs in certaminibus ecclesiæ  
cum mundo, diabolo & Antichristo, caterisque hostibus  
ecclesiæ, tum fidelibus evenit (convenienter prophe-  
tiis, fata regni Christi post Regis exaltationem futu-  
ra præcinentibus) hoc omne probat *Christum regnare*

*è cælo*, & omnia juxta consilium voluntatis Dei administrare ; sive *judicia* immissa fuerint hostibus, sive *castigationes* inflicteret sint ecclesiæ, sive insigniores liberationes & *benedictiones* prestitæ sint populo Christi.

2. Quod autem nondum id videat, & cum silentio agnoscat totus orbis, verum adhuc *strepitus* moveant contra præconium euangelii regni Christi persecutores, & murmura fundant opposentes (cum infideles, tum hæretici, imò etiam Christiani, quo<sup>rum</sup>unque modo propter dissensiones inter se ligitantes) hoc ipsum *confiram* haec tenus nostram prophetiam ; quippe quæ non patitur ut *tempus silentii* adesse potuerit, nisi post judicium Antichristi, sub finem seculorum irrogandum. Quod cum nondum adsit ; eopse dicendum per illos *strepitus* & murmura contra veritatem hanc prophetiam haec tenus etiam impleri.

3. Consentaneum etiam naturæ rei est, ut omnes totius orbis nationes per silentium à contradistinctione ampliori desistant ; quantocuyus nemo non videbit *Iehovam*, *è cælo* Christianorum causam agentem, & in illorum medio cum veritate & gratiâ habitantem. A quo orbem pervulsus est rumor de judicio Antichristi adeò conspicuo ; eoque juxta constantem, & ex scripturis propheticis cum V. tum N. T. firmatam Protestantum prædictionem illato ; fieri nequit, ut mundus non agnoscat instrumenta istius prædictionis esse originis divinæ ; aut suam professionem porrò ad illa instrumenta tanquam ad lapidem lydium non exploret, ut in eâ veritatem à Deo revelatam agnoscat. Quam agnitionem etiam promovebit Spiritus Sancti in convertendis uberior efficacia, cœcos hominum animos novâ luce collustrans.

4. Exigit etiam illud silentium manifestatio sanctitatis

tis Regis & palatii ejus ; quæ ad reverentiam vocat , & ad studium sanctitatis ; quoniam eo ipso constat in cœtu justorum non admitti & consistere non posse profanos , ab aditu ad Regem sanctum , & ingressu in templum sanctum arcendos . Qui proin videbunt Regem manifestatum in palatio sanctitatis suæ ; illi judicium ejus verentes non poterunt non semet illi subjicere cum abnegatione sapientiae omnis carnalis , & condemnatione concupiscentiarum adversus regnum ejus insurgetum , in quibus verum consistit a facie Domini silentium .

## INTRODUCTIO

*Ad Canticum*

# PROPHETÆ

Euticum : quod continetur Cap. III.

### I. Titulus hujus Sermonis.

§. I.



Equitur jam novus (qui & ultimus) Prophetæ sermo , qui quo ad genus orationis vocatur תְּפִלָה , id est oratio , seu supplicatio Habakuci Prophetæ .

Claudit itaque Prophetæ visionem suam , divinitus acceptam , & hactenùs descriptam , sermone votivo , ad Deum directo , quem calidis votis hic compellat . Vot

תְּפִלָה

**תְּפִלָּה**, à foro desumpta, *supplicationem* significat, quā quis à potentiori judice aut domino beneficia gratiæ rogans, eundem cum omni animi demissione blandè compellat. Hoc titulo insignitus præsens viri Dei sermo, concipi debet non ut eucharisticus, sed eucticus; quod si animadyvertisse Interpretes, in hujus capitinis versionibus non adeò fluctuâssent: plurimi enim versio-nes suas non aliter composuerunt, ac si hoc nostrum car-men esset laudatorium aut gratulatorium, accepta Dei beneficia cum exultatione animi commemorans, no-vaque alia sibi spōdens. Proin observandum hic loci futura in hoc carmine, quā supplicatorium exigit di-cendi genus, optativè, ut in precibus fieri solet, esse reddenda. Cumque præterita hic videamus juncta futuris, & intermixta; tenendum est illa continere via-rum Dei anteriorum allegationes, in exemplum similis benignitatis, antehac populo exhibitæ, adductas, & fundamentum fiduciæ, ad ejusdem gratiæ postulatio-nem pro securu-ro tempore, præbentes.

§. 2. Ad formam sermonis manifestandam vocatur **על שנונות** *supplicatio* in textu שׁנין cum additur תְּנוּנוֹת. *Ode erratica*, seu ad modum *odarum erraticarum*: i-stius ordinis enim oda & carmen occurrit in libro psalmorum, in titulo psalmi vii. Perperam *Hieronymus pro ignorantibus*, quosdam Hebræos securus, quasi esset oratio, ad veniam peccatorum ex ignorantia com-missorum, impetrandam, ad Deum prolata: cum nullum istiusmodi deprecationis venia vestigium in toto hoc capite observare liceat. Attententi constabit hic aliquid spectari, quod ad musicam aut rationem metri spectat. Lxx ad psal. 7:1, vertunt φαλὺρ voce gene-rali; hic loci μετ' ὠδῆς: R. David Kimchi etiam hu-c refert, annotans, precationem illam ad modum canti-corum

corum scriptam , quæ in libro psalmorum habentur , nosque porrò ad titulum Psalmi septimi ablegat . Quoniam autem שְׁגַנָּה (undè vox ortum dicit ) errare significat , alii haud malè ḥadām erraticam vertunt . Causam denominationis istius per conjecturam suspicamur fuisse , metri inconstantiam , instabili modo pergentis , dum canentes ad affectuum variantes paroxismos exprimendum , ab incepto modo deflectunt . Quā de re nos plura in prodrōmo psalmorum adduximus , part . II . Membr . I . § . 7 .

II. *Dignitas carminis.*

§ . 1. **A**D carminis hujus dignitatem facit , quod non solum hæc precatio composita sermone ligato , verū singulare artificio accommodata fuerit melodiis musicis ; quippe *Ode* , decantanda בְּגִנְנָתִי cum melodiis , seu gratissimo concentu , vocem humānam cum musicis instrumentis combinatam temperatam que postulante : de quā artis Musicæ gratiā legi potest noster ad psalmos prodrōmus Part . III . Membr . 7 .

§ . 2. Præprimis glorificat hujus carminis dignitatem ; quod Archimusicō sacro , melodiis templi præfecto , non solum dedicata fuerit hæc *Ode* : verū etiam ab eodem recepta , & psalmorum sacrorum collectioni adjecta , ut pro temporum oportunitate inter sacra divini cultūs , ut alii omnes , ad ædificationem spectatorum caneretur . Hinc conficimus porrò tantæ authqritatis in antiquâ ecclesiâ Judaicâ fuisse nostrum Prophetam , tantæque utilitatis censitum hujus carminis argumentum ; ut non dubitaverint Præfecti cultūs id ut divinæ originis opu-

sculpi recipere , & inter cætera viorum Dei monumenta , ex Spiritu Sancti inspiratione conscripta , in domo Dei recondere : quippe dignum , ut in usum templi transeat , & ritualibus-sacris concinnâ suâ nobilissimi argumenti pertractione justo tempore respondeat.

### III. Argumentum hujus carminis.

§. I. **E**X solo titulo seu inscriptione colligimus hoc carmen continere supplicationem , & ex primâ contentorum inspectione patet repræsentare pium animi , regnum Christi cupientis , desiderium ac votum , ad Deum delatum , quo petit ut expeditionem , ad regnum Christi per totum orbem promovendum aliquandò suscipiendam , non aliter mirandâ suâ coöperatione secundet , ac olim factum est , quandò populum Israëliticum in terram sanctam introduxit , atque in eâ possessione defendendo amplificavit . Tām ampla sunt , quæ ut imposterūm præstanda , hic in fide & cum certâ spe futuritionis petuntur ; ut non possint nisi speratis in regno Messiae applicari : nihil enim eo tempore , quod inter captivitatem Babylonicam & Christi adventum intercessit , factum est , quod dici possit istis postulatis respondisse , eaque pro votorum magnitudine concepta desideria exhaustisse . Magnum fuit Dei beneficium populi ex captivitate Babylonicâ liberatio , & ab Antiochî oppressione assertio ; verum non in illud mirabilium fastigium utraque illâ populi è malis eductio assurgit , ut quæ in hoc cantico commemorantur in eam cadere possint , aut cum illâ conferri : restat igitur , ut de illâ expeditione , quam ad hæreditandum mundum faceret

Christus

Christus , omnia illa gloria , ad agnitionem gratiæ Dei & potentia tantoper facientia , accipiamus.

§. 2. Neque ipsi Judæi , quotquot modo aliquid vident , ab hâc sententiâ sunt alieni , eique tantisper facient , ut de futurâ per Christum liberatione Prophetam hic agere fateantur : quam adeo mirabilem fore agnoscunt , ut omnibus superiorum temporum factis Dei , etiam si maxime stupendis , æquari possit. Hoc solum à nobis dissident , quod illi adhuc futuram exspectent , atque ad bellum cum Gog & Magog , contra Hierosolymas , ut fabulantur movendum , & insigni Christi victoriâ terminandum restringant. Verum hoc carmine plus quam unum ad promotionem regni Christi actum esse notandum , ipsa argumenti evolutio faciet manifestum.

#### IV. Ansa , huic argumento pertractando oblata.

§. 1. **A**nsa , quam ad eligendum hoc argumentum hûc impellente , satis manifeste enarratur vers. 2. ubi in hunc modum loquitur vir Dei. *Audivi ô Yehovah! dictum tuum , & perturbatus sum : quod dictum , animum ejus eum in modum perturbans , ad antecedentem Spiritus Sancti sermonem refero , quo non solum edoctus fuit de variis Dei judiciis ante tempus regni Christi in terris gloriose ad hostium subjectionem exercendis ; verum etiam de multis variisque certainimis ecclesiæ Christianæ , antequam optatum totius orbis silentium veniret , exhaustiendas. Hæc animadversens ut præter spem ac opinionem futura , eum singulare corripuerant consternatione animi. Oportet nos quæ-*

stionis primæ esse memoræ; anne post tot angustias, ex maleficiatorum cum piis mixturâ ortas, jam tandem veniret Sospitator populi cum salute? & causa quæstionis erat, quia sibi cum adductione salutis liberationem spondebant à perversâ istâ progenie. Verûgi cùm vide-rentur sibi in animum induxisse, omnia statim cum erectione regni Christi fore pacata & plena triumphis, hoc præjudicium dicto suo sermone correxerat spiritus Dei; atque contrâ hostium seriem exposuerat, à quibus varia exspectandæ erant tribulationes, antequam in requiem regni cœlorum optatam ingredierentur. Ad hoc præfigium igitur totus cohorruit Vates.

§. 2. Concepta illa mentis perturbatio, ex petpensiōne difficultiorum certaminum orta, igitur hic concipitur, ut supplicandi causa, quâ peculiari animi ardore Dei opem rogare impellitur, & Ducem expeditionis obnixè orat, ut nolit deesse populo in præstanto divinæ potentiae auxilio, quo ecclesia in gravissimis ipsis tentatiōnibus indigere prospiciebat. Memor autem, quibus virtutibus olim peculium liberaverat suum ex Agypto, & defenderat, in ipsâ terrâ possessione, quotiescumque in ultima incidisse videbantur pericula; ille in se suscipit olim probatam defensoris potentiam denuò excitandi, cumque ad pristinum tutandi causam suam zelum provocandi.

#### V. Scopus hujus carminis.

§. 1. **S**copus itaque hujus supplicationis est, præfor-tis regnum Christi ejusque adventum speran-tibus, atque de futuris certaminibus ejus sollicitis, o-rationis formulam, quâ spem suam, priori Spiritus Sancti

Sancti institutione correctam, testentur; & ecclesiæ N. T. ecclesiarum in certaminibus suis grariam, conservationem, ac opem rogent; quò tandem ex istis difficultatibus emersa optatam requiem cum triumpho obtineant.

. §. 2. Præsertim intendit Propheta eos docere, ut viæ Dei anteriores in liberatione patrum cum ex Ægypto, tum ex manu subsequentium hostium, respiciendæ sint ut specimina majorum operum, & typos continuissime gratiæ futuræ, quæ expeditionem novi populi, ad hæreditandum mundum instituendam, non aliter ac priorem populum in hæreditatem terræ Canaan introducentem, redderet prosperam: decere eum Deum haud minori auxilio suam glorificare benevolentiam & potentiam tunc temporis, ac olim fecerat.

## VI. *Elegantia poëtica & musicalis.*

§. 1. **E**st in hoc carmine singularis *elegantia poëtica*, inventionem spectans, & scenam repræsentantis egregiè adornans, dum omne argumentum inter plures canentium sibique invicem respondentium personas dividit. Primæ & ultimæ orationis vices videntur mihi spectare ad Prophetam ipsum, duæ intermedie ad eos, qui à Prophetâ excitati iam ostendunt se ex dato fundamento didicisse, & etiamnum tenere ulteriore via rum Dei collationem, qui proindè Prophetæ succenturiantes desiderium suum ulterius protendunt, & quid faciendum sit ad plenariam populi Christiani liberacionem exponunt. Horum unus auxilium petit contra hostes, ecclesiam in principio infestantes: alter contra caput hypocitarum, seu oppositionem Antichristianam,

nam. Epiphonema autem Prophetæ ultima absolvit.

§. 2. Elegantia Musica est in pausis ; quæ inter mutandas cantandi vices postulantur ; atque notantur voce סלה, tribus vicibus repetitâ. Lxx vocent reddunt per διάταξιν , quod modi in cantando mutationem significat , quæ aliquam in psallendo interruptionem & cessationem postulat. Nos imperativum esse à verbo לְסַלֵּה putamus ; atque ad eò continere postulatum exaltandi , quo Sacerdotes tubicines in altari stantes monebantur , ut eorum aliquis tubam inflet atque ejus sonum exaltebat ; quod applausū vicem adimplebat , & pausam canendi faciebat , à cujus cessatione cantus erat instaurandus.

## VII. *Usus hujus supplicationis in Synagogâ.*

§. 1. **N**eque omittendum hoc carmen in fronte habere aliam quoque inscriptionem , quæ à manu ecclesiae Judaicæ provenit ; atque tempus , quo hæc pars scripturarum jam ab antiquissimis diebus in Synagogâ legebatur , accuratè definit : legimus enim in codicibus Hebraicis הַפְּתָרָה יוֹם שְׁנִי שֶׁל שְׁבֻעוֹת , hoc est , *lectio dimissoria* , legenda die Pentecostes secundo : solebant enim Judæi post sectionem legalem hoc pietatis exercitium claudere lectiōne aliquā propheticā , seu particulae ex Prophetis in eum finem selectae . Hanc autem particulam legunt , & legerunt jam olim secundo Pentecostes die : cuius festivitas memorie legislationis inter alia erat dicata ; & populum invitabat ad meditationem Festi N. Test. quo novus populus inaugurandus & præconio euangeli formandus erat , ut in hæreditatem mundi

mundi introducatur. Cumque hujus carminis argumentum ageret de regno Christi , ac populo deducendo in antedictam hæreditatem , cuius præparatio ponitur in *Dei adventu ex Theman* , & *Sancti apparitione ex monte Paran*: Judæi , hic allusionem agnoscentes ad occursum Dei in deserto apud montem Sinai , letationem huic diei convenire ob similitudinem argumenti existimârunt.

*q. 2.* Imo gravis suspicio est , quod à templi usu transstulerint in usum Synagogæ , ut mihi verisimile sit etiam Archimusicum hanc oden sacris secundi Pentecostes diei ceremonialibus applicuisse ; atque sic populum ad meditationem expeditionis Christi futuræ , ut cum expeditione Angeli foederis & faciei Dei in deserto , ac postmodum etiam in terrâ , cum bella essent gerenda , comparandæ , invitasse.

### VIII. *Divisio carminis.*

**P**Ro quatuor cantandi vicibus quadripartitum nobis occurrit hoc carmen supplicatorium , atque in eo spectamus

I. Præludium Prophetæ , omnia ad apparatus expeditionis , in gratiam promotionis regni Christi facientes , petentis , ubi occurrit

A. Occasio , supplicationi huic faciundæ data & oblatæ , quæ fuit Prophetæ consermatio , ex priori oraculo concepta . cap. 3. vers. 2. a.

B. Oratio ipsa supplicatoria : quæ absolvitur

i. Alloquio ad Deum , Dei molimen exponente , de revocando festi præstituti Præcone ex mortuis ad vitam. vers. 2. b.

2. Postu-

## 2. Postulato de

a. Notificandâ Christi resurrectione per testes ejus.  
vers. 2. c.

b. Exercendâ misericordiâ ad moderamen iræ. vers.  
2. d.

c. Properando adventu alio ad gubernandam ex-  
peditionem. vers. 3. a.

II. Cantio primi accidentis ; successum in opere ex-  
peditionis optantis , atque ut hæreditas mundi obti-  
neatur varia ad id necessaria desiderantis.

A. Ad apparatus , propagationi regni conveniens  
exigit

1. Propter confugium fidelium *lucem & roborem*. vers.  
3. 6. 4.

2. Propter hostium , in principio removendorum,  
destructionem facilem , *pestilentiam antecedentem* , & *carbonem* subsequentem. vers. 5.

B. Ad introductionem in ipsam mundi hæreditatem  
postulat.

1. Itinerum dimensionem & complanationem. vers.  
6.

2. Consilii Madianitici dissipationem. vers. 7.

3. Exercitus ad fluviorum subjectionem adhibendi ,  
ordinataim sub Duce antiquo applicationem.  
vers. 8. 9. a.

III. Cantio secundi cantoris , votum prioris con-  
nuantis ; qui ad ulteriore progressum regni Dei in  
mundo , rogat à Deo

A. Scissionem terræ ad inundationum reductionem.  
vers. 9. b.

B. Terrorem montium , ad antiquum exemplum.  
vers. 10.

C. Promotionen expeditionis inter lucidos telorum  
iactus. vers. 11.

D. Tri-

- D. Triturationem terræ hostium novorum , cum mani-  
festatione terroris. vers. 12.
- E. Conservationem populi ad salutem. vers. 13.
- IV. Epiphonema Prophetæ concludentis
- A. Oratione ad Deum continuatâ , quâ
1. Tribuum dispositionem agnoscit. vers. 14. a.
  2. Persecutionum coërcitionem pétit. vers. 14. b.  
additâ ejus necessitate. vers. 15.
- B. Sermone ad consortes converso , quo testatur
1. Spem suam de quiete in die angustiæ. vers. 16.  
17.
  2. Propositorum de glorificando Deo salutis , ubi  
a. Votum concipitur. vers. 18.  
b. Argumento confirmatur , *quod faceret eum in  
sefis insedere feliciter.* vers. 19.

V v v

P R A E-

## P R A E L U D I U M.

A D

C A P. III: 1-3. a.

## E X P O S I T I O - T E X T U A L I S.

Vers. 2. *Jehovah!* audivi auditionem tuam, & timui: *Jehovah!* molitus tua est vita ejus in medio annorum: in medio annorum notifices; in irâ miserari recorderis.

§. 1. **A** Nsa, quæ Prophetæ sequentem expressit supplicationem, exponitur primo hujus versus colo; quo propheta ad *Jehovam* defert, quid oraculum antecedens in animo suo effecerit. De antecedente suâ perceptione dicit, *audivi auditionem tuam*: Conf. *Obad.* vers. 1. Verbum cum voce suæ derivationis construendum censemur inter elegantias Hebraicæ linguae. *Audire* *auditionem* notat *audire* auribus, & mente percipere, quicquid de aliquo subjecto dicebatur, & ad audiendum promulgabatur. Quæ proximè ad Prophetæ institutionem, sed quasi in publico furo de Deo judice dixerat Spiritus Sanctus, sc cum attentione animi audivisse proficitur. Verum consequens istius apud animum suum fuisse notat *timorem* & *consternationem* quandam; addit enim & timui. *Timor* est passio animi ex perceptione,

ptione maiestatis alicujus , & mali imminentis nata , quæ aliquem reddit atronitum , & sollicitum ut Majestatem reverendam secum conciliet , & periculum à malo præviso à se & suis avertat . Hic Deus Judex est reverentiae objectum , quem summâ animi demissione simplex adorat , & ejus ira in quosdam est objectum consternationis , id curantis , ut ex periulo tentationum evadat ecclesia , ne in judicia interminata incidant fideles : in quem finem orat , ut Deus prompto auxilio suis adsit , & potentiam suam manifestet ; quæ conspecta animum non abjecerent tentati .

§. 2. Provocat oratio mox ad opus , quod agnoscit Deum moliri : *Jehovah ! inquit Cita Patrem alloquitur , cuius gloria est fidem praestare ) molitus tua est vita ejus in medio annorum .* Lxx hic multis modis aberrant , varia infaciendo , & voces in alienum sensum rapiendo . Cl. Capellus , quæ hic videt inserta , putat olim fuisse glossemata , ex margine in textum translata , atque hoc librariorum antiquorum haud condonandæ inscitias ac temeritati adscribens , genuinam fuisse lectio nem vult ; ἐν μέσῳ δύο ζώων , ἐν τῷ ἔγγυτεν τὰ ἐπιρροήσην : *In medio diuiron animalium , cum appropinquaverint anni cognosceris .* Dein conjicit eos pro chajchū legisse chajoth , & loco Schanim quoque Schenēeim . Quicquid sit ; hoc certum est non solam punctorum absentiam illis impingendi ansam præbuisse ; verum etiam codicem eorum culpandum esse , ut male descriptum , & circa literas aberrantem .

1.) In textu יְהוָה legitur , quod Hieronymus vertit *vivifica illud* , nempè *opus tuum* . Sin roges quale opus ? alii respondent *populum Dei* indigitari , alii *Messiam* . Forma vocis tamen potius indicat nomen esse pluralis numeri , cum affixo יְהוָה verbali quidem ,

sed quod etiam sapissimè cum nominibus cohæret: ut sit קְרִיּוֹן pro קְרִיּוֹן, sicuti & קְרִיּוֹן occurrit vers. 10. Multa similia notant grammatici. Hanc *Celeb. Joh. Cocceji* animadversionem etiam nos sequentes, pro subjecto enunciationis agnoscimus *Vita ejus*; atque Prophetam hic in visione denuò quasi digito extenso *Christum* indigitare existimamus. Sanè quem respicit, ut vitâ dignum, in medio annorum exhibendum, & singulari denunciatione divinâ notificandum, nullus alius est, quam fidei objectum, per euangelii præconium inter omnes nationes ad fidem prædicandum, in cuius vitâ omnis de regno Dei & hæreditatis mundi spes fundata est. Videtur Propheta respexisse dictum *Psal. 21:5.* Hujus regis *vita* hoc loco concipienda, ut singulare molitionis divinæ opus, ut *vita ex mortuis*: supponit enim inter articulos doctrinæ propheticæ contineri *Messiam* moriturum, imo in certamine cum serpente ex læso calcaneo animam effusurum in mortem, quâ sibi jus regni & peculium postulandi acquireret. Hujus necis reatum vidimus cap. 2: 8. imputatum Monarchiæ quartæ imperatoribus. Qui autem *ejus mortem* ut victimam pro peccato ad salutem impetrandam exspectabant, illi simul etiam edocti fuerunt huic, ad justificationem causæ ejus, *vitam post mortem esse restituendam*, quæ est *vita resurrectionis ex mortuis*; cujus rei certam dederant jam antè exspectationem Prophetae, qui ante hunc nostrum de Christo egerant.

2.) Hæc *vita Regi*, pro populo suo morienti, restituenda vocatur *molitio Jehovæ*, seu *opus ejus*, quod moliebatur Deus, quæ emphasis est vocis לְעֵד (ut vi-  
sum ad cap. 1: 5.) sicuti & vox hæc, quæ in hac supplicatione utitur Propheta, videtur ex illo responso Dei huc translata: quasi dicat inter molimina tua, de quibus

bus me ante monueras, hoc est præcipuum & fundamen-tale, quo moliris vitam capitis nostri, quam jam ante molitus es in pacto pacis, & testatus es te reddi-turum per Prophetas, adeo ut viæ tuæ potissimum ad hoc opus tuum colliment. *Vita Christi* è mortuis jam ante fuit prædicta ut *opus Dei*. Gen. 3: 15. 16: 10. 11. 20: 2. 21: 2-5. 68: 21. Jes. 50: 6. 53: 8. Hæc confessio indicat à solo Deo hoc exspectan-dum, partim propter difficultatem operis, non nisi ab omnipotente Dei manu exspectandi: partim propter de-centiam Dei, & momentum operis: quoniam ab hujus vita dependebat cum gloria Dei, tūm salutis electorum successus, omnisque triumphus à Diabolo, mortis po-testatem habente, referendus. Imò indicat in istâ re-suscitatione Christi se adhuc ulteriore agnoscere molitionem Dei, scilicet nostræ resurrectionis primò spiri-tualis, dein etiam corporalis quasi præparationem, ru-diumentum & dedicationem.

3.) *Tempus*, quo gloriosissimum hoc Dei opus erat perficiendum, notatur in medio annorum. Mirum, ut perversa rōw LXX lectio ēv μέσω δύο ζώων, in medio duo-rum ðumanitatem veteres ecclesiæ doctores in devia per-traxerit; hæc rapientes ad duos latrones, in quorum medio crucifixus est dominus: aut ad Mosen & Eliam in quorum medio visus est gloriâ coruscans; aut ad Che-rubim & Seraphim, inter quos thronum haberet, in cœlo collocatum: aut ad Judæos & gentes, in quorum medio regnaret: imò etiam ad Patrem & Spiritum San-ctum inter quos media erat persona: vel etiam ad duo te-stamenta, quorum prius clauderet, posterius aperiret. Hæ palpationes, cùm ex erroneâ profluant versione, spontè cadunt. Textus hebraicus habet in medio anno-rum. Audax est Ol. Capelli conjectura, qui קרב non

non vult legendum esse cum' duo segol : sed cum scheva & cholem , ut sit infinitivum verbi בְּקַרְבָּן , quod appropinquare significat . Ita legisse Aquilam monet , qui veritatem τῷ ἐγγίζειν τῷ ἑτοῖ , dám appropinquant anni . annos autem posse pro tempore à Deo constituto vult . Verum ita dictorum enervatur emphasis . Sanè haud difficile est invenire , quos hic annos respiciat Propheta , & quale tempus sit istorum annorum medium . Est tempus N. T. quod vocatur annus acceptationis , Jes. 61: 1-3. & annus assertorum , Jes. 63: 4. est quoque aliud tempus , ante hunc annum elapsum , quod vocari potest annus rigoris , & tolerantiae . Hujus finis concurrit cum alterius initio , atque illud tempus anni rigoris finem , & anni acceptationis initium comprehendens , eleganter audit medium annorum , inter utrumque possum . Respicit ea , quæ cap. 2: 3. prolatæ fuerant ; ubi præco ponitur ad finem temporis visionis , & initium temporis Festivitati præstituti : nec mirum , quoniam Christus cum œconomie mutatione etiati faciem temporis prioris mutaret . Vita Christi ex mortuis non diu post ejus adventum in carnem differri debuit ; quandoque VII & LXXI septimanæ Danielis essent elapsæ exscindendus erat Dux unctus , Dan. 9: 25. neque excisus debuit corruptionem videre , Psal. 16: 10. sed mox intra triduum ad vitam redire , Hos. 6: 2. ut proinde in eodem anno medio hic recte ponatur Ducis nostri resuscitatio .

§. 3. Quoniam autem hæc vita Christi foret res maximæ momenti , includens molimen vitæ nostræ atque salutis electorum . cuius nemo fit particeps nisi credens ; orat proximè , ut ejus rei fiat notificatio , arque vita illa capitl restituta non lateat in obscurum : ubi dicit , in medio annorum notifices , seu notum facias . Notificatio operum

operum & consiliorum Dei sit per testes & præcones, cum in finem mittendos, ut opus prædicationis in se luscipient. Talem legatorum missionem concipit, ut *opus Dei*, cuius est non solum eos necessariâ rerum cognitione instruere, sed & animis eorum eam spontaneitatem & alacritatem imprimere, ut eam legationem ad Dei gloriam obire & possint & velint. Hanc rogans, etiam significat eam *notificationem rem esse*, ad regni Christi erectionem summè necessariam: cum enim cognitio vitæ Christi ex mortuis, quæ sola fiduci in Christum fulcrum est & roboramentum; & nemo sine fide justus sit, aut hæres vita (Hab. 2: 4. Jes 53: 11.) necessarium erat, ut mitterentur, qui vitam Christi *notificatione* orbem ad fidem invitent. Hoc rogans à Deo, simul indicat Propheta neminem hæc posse *notificare*, nisi ex spiritu, & nomine Dei, nec posse fidem invenire apud homines, nisi coöperante efficaci gratiâ Dei: ac proinde in propagatione istius evangelii ad fidem (in quâ tota regni Dei propagatio consistit) solius Deus merito respicitur, ut notificationis istius desideratae auctor; qui per spiritus sui effusionem resurrectionis istius testes divinâ auctoritate muniret, eorum præconio multis miraculis fidem faceret, atque illud per spiritum fidei multorum cordibus inscriberet.

Rogat porrò, ut illud *notificationis opus* non differatur in aliud tempus, sed proximè *opus resuscitationis Christi* consequatur: postulat enim, ut fiat in eodem annorum medio, quo vitæ reddendus erat excisus ille Dux. Ergo ad finem temporis visionis, ante subversam Judeorum Rempublicam audiri debuit illud de Christo, ex morte redívivo, euangelium, eoquè ad fidem adducendi erant, quotquot per fidem justificare

ex Judæis & gentibus , regnique cœlorum tives facere constituerat Deus.

§. 4. Edoctus quoque jam erat Propheta , de multorum , haud recte in Christum animatorum , à fide aversione , qui justam Dei in se provocarent iram ; atque in pertinaciâ suâ perstantes , à Christo redivivo sibi nil boni polliceri poterant. *Metus est* , totum ferè populum , sub reatu occisi Christi , peritum : interim & spes facta est de reliquiarum conversione. Hinc annexit supplicatio deprecationem iræ omnimodæ per exercitium misericordiæ , quandò additur priori postulato ; in irâ miserari recorderis . Concipitur cum amo acceptationis junctus dies iræ & vindictæ . *Jes. 61:2.* & cum notificatione vitæ Christi iram cœlitus manifestandam in omnes , qui veritatem in injustiâ opprimere conarentur. Multa enim Prophetæ prædixerunt de populi Judaici quoad maximam partem futura incredulitate ac perfidiâ , Deum ad iram provocante : utque illa ab hostibus & occisoribus Christi horrendam fumeret vindictam : de quibus jam ante Canticum Mosis cecinerat ; *Deut. 32: 15-25.* Conf. *Psal. 2: 1-5. 12.* Illud tempus iræ ponit Daniel immediate post elapsas Lxx tolerantiæ hebdomadas , *Dan. 9: 26. 27.* Non deprecatur Prophetæ hic omnem iram , quippe justam , & ad asserendam læsam Dei majestatem & gloriam necessariam , ac proindè immutabili Dei decreto definitam , & per Prophetas ut certo futuram prædictam . Verùm petit , ut huic iræ terminos constituat per exercitium misericordiæ , parcentis electis suis , ne cum injustis pereat.

Quandò dicit , *miserari recorderis* . Quoad phrasin notandum , quod infinitiva apud Hebræos frequenter nominascant ; ut *miserari* veniat pro *misericordiâ* ; ita tamen

tamen ut simul etiam misericordiæ exercitium includat.  
*Hujus autem memorem esse*, dicit memorem esse foederis cum patribus, quo sc̄met ad exercitium misericordiæ erga eorum filios obstrinxerat: ita enim promissionem suam foedalem s̄epiū ipse exposuit, ut *misericordiæ exercitium* in se continentem. *Jes. 54: 8-10.*  
*Conf. Hof. 1: 11. 12. 2: 22. Mich. 7: 18-20.* *Recordari & obliviſci* sunt opposita: atque ultimum, ut Deo indecorum, semper ab ipso in ordine ad foedatos suos removetur, vide *Jes. 49: 14. 15.* *Pſal. 77: 10.* Diceret enim *obliviſci* de Deo non præstare promissionum suarum fidem, nec pergere in beneficiis amoris, à quibus viam suam incepert, quod inconstantia foret: quæ imperfectiones in Deum non cadunt. Hinc *recordari* inter decentias Dei numerare oportet, quippe Deo fidelitatem in præstandis promissionibus, & constantiam in viâ suscep̄ta attribuens. Concipit itaque desideratum *misericordiæ exercitium* partim ut promissione foederali promissum, partim ut ipso opere susceptum, & non abrumpendum. Objectum *misericordiæ*, hâc supplicatione rogata, est *semen Abrahāni*, sed inter varia iræ effecta versans, atque communi malorum imminentium periculo expositum. Opus *misericordiæ* est illorum ex omni periculo ereptio, & in pristinum gratiæ ac securitatis statum restitutio. Ex foedere Abrahāni semen ejus constituebatur benedictionum Christi haeres, & cum separatione posterorum Jacobi à gentibus incepert Deus in isto populo dispensationem gratiæ suæ. Ast quando cum Christi adventu ex primâ rerum facie omnis populus scandalum concepisse ex cruce Christi videretur, metus erat, omnem familiam Abrahāni in infidelitate perituram: quod cum propter foedus cum Abrahāmo, & populi antecedaneam electionem ad ce-

conomiam gratiæ salvo Dei honore fieri non possit, provocat ad solidas spei fundamenta, & petitionem ita exponit ut simul argumentum petendi, seu fundamentum fiduciae quasi restipulantis includat, quando dicit *memor esto misereri*. *Efecta misericordia*, cuius petit exercitium, sunt, hinc electorum per gratiam regenerationis ex dominio peccati liberatio, cum remissione peccatorum juncta; ut Deus illis contractum per occisionem Christi reatum unà cum cæteris peccatis ignoscens concedat donum resipiscentiæ. Illinc in vocatorum & vocationum gratiam judicii terminalis dilatio, quâ ejus executionem aliquantis per differat, & foedus sub ferulâ clementiæ protrahat (*Dan. 9:27. Zach. 11:10.*) ut plures ex eorum numero interim ad Christum colligantur, & colligentes inter illos tam diu mancè possint. Tandem credentium evocatio, quâ pertinacium communionem, & cum iis cohabitationem deferant, atque in tutum locum se recipiant, ne communi iudicio involvantur: cuius evocationis formula extat, *Jes. 52: 11. 12.*

Vers. 3. *Deus ex Theman veniat, & sanctus ex monte Paran. Selah.*

§. 1. Consequens vitæ Christi, ex morte recipienda, debebat esse regnum cum hereditate mundi, prædicationis euangelii ope, adeundum: qui aditus erat concipiendus per modum expeditionis, cum populi perversione per desertum, & aditu ad hereditandam terram Canaan, comparandæ: in quem finem ad illam expeditionem prosperandam petit Dux adventum & presentiam, dicens *veniat Deus & Sanctus*. Dux expeditio-

ditionis audit *Deus & Sanctus*. *Deus* vocatur denominatione adjurationem foedalem connotante, qui & auctor foederis, ut ipsi credatur ad salutem: vel *Deus* hic audit; quia regnum Dei non agnoscit regem, expeditus ducem præter Deum. *Sanctus* idem dicitur; quia ille Dux expeditionis *sanctus* est in se, & cum profanis nullum potest habere commercium; populumque ad sanctitatem vocans, sanctificare quoque vellet mundum, haec tenus per idolatriam profanatum. Imo *Deum & Sanctum* vocat Duxem requisitum; quia per restitutionem in vitam talis concipitur comprobandus, antequam hoc molimen regni aggrediatur. Nota hic eam denominationem esse personaliter concipientiam: loquitur enim ad Deum in secundâ personâ de Deo in tertiatâ. Cujus itaque hic petitur adventus alius est ab illo à quo petitur; habetque se ut legatus ad legantem: qui itaque compellatur in hac supplicatione est persona legans & mittens, cuius erat ad Sanctorum preces mittere, quem ut expeditionis Duxem mittendum desiderabant. Hinc evidens est patrem, ut primam in Deitate personam hic compellari; & filium, ut secundam in eâdem Deitate personam à patre rogari, cuius est in cœconomia Deitatis regnum gratiae administrare, peculium suum tueri, & hæreditatem mundi, ipsi testamento patris addictam, cum suis adire. Alterum, quod hic notandum est, spectat ad eundem characterizandum: scilicet quod sit idem ille Dux, qui quondam populo Israëlitico præibatin deseruo, qui que etiam tunc innotuit ut *Deus & Sanctus*: seu ut *Legatus*, in cuius medio erat nomen *Dei*. Exod. 23: 20. 21. *Sanctus Israëlis*. Psal. 78: 41. Non angelus aut Legatus vulgaris, sed facies *Dei*, Exod. 33: 14. qui inde dictus est *Legatus faciei Dei*, Jef. 63: 9. Quod autem

ille Dux prioris expeditionis, etiam debuerit esse Dux hujus, pluribus locis indicatum est à Prophetis. Vide ad *Dént.* 32.

§. 2. Circa hunc ducem petit, ut veniat: id est, signa det, quod ad auxilium, & ductum præstò sit, atque inter illos, qui exirent ad mundum ipsi tubi ciendum, habitet. Monebatur Propheta cap. 2: 3. ut scriberet, *veniendo veniet*; quæ phrasis plusquam unum adventus gradum, ut ibi vidimus, includit: est adventus Christi spectabilis in carnem: estquè adventus ejusdem major gradus, quando appareret, ut testis & præco justitiae adductæ, & festivitatis N. Test. auspicandæ, quâ ob adductam illam justitiam jubilaret ejus peculum: verum hic alius respicitur ejusdem adventus, quo certis signis ostenderet se suis præstò esse ad regni sui propagationem inter gentes, quæ est hæreditatis mundi occupatio. De hac expeditione, *Deo ut duce præente, suscipienda sèpius vaticinantur Prophetæ.*

Rogat autem illud beneficium à Deo patre, qui concipiatur *ut filium mittens*; id est, id filio, ex pacto æterno postulanti & pro jure impetrato, concedens: cuius istæ sunt in ratione œconomicâ partes, ut juxta cum filio idem velit; ut nempè *vocatio gentium* cum multorum conversione procedat, & idola atque Diabolus per ea gentes seducens hunc in modum superentur. Conf. *Psal. 2: 7. 8. Jes. 53: 12.*

Ab hoc adventu spondet sibi hæreditatem mundi orator; & fore *ut montes populo ferant pacem*, *Psal. 72: 3.* atque *insulæ exspectent ejus legem*, *Jes. 42: 4.* atque hæc pars orationis tendit ad prosperam gentium conversionem, uti antecedens ad conversionem Judæorum: quod utrumque ad regni Christi constitutionem requirebatur.

§. 3. Modus istius desiderari a<sup>et</sup>ventū additur ; sc. *Ex Theman & ex monte Paran.* Phrasis alludit ad dicta *Deut. 33: 2.* & *Jud 5: 4.* Duplex hic notatur locus, *Theman & mons Paran.* Vox *Themani*, licet à quibusdam (versionem vulgaratam sequentibus) ut appellativa sumatur, qui vertunt ab *aestro*; uti & *mons Paran*, quod Lxx reddunt *montem umbrifum & condensum*: nihilominus potior est eorum sententia, qui ea nomina censem propria, atque certas regiones denotantia. *Theman* sapientē jungitur cum *Edom*, *Jer. 49: 7.* *Ezech. 25: 13.* *Obad.* vers. 8. 9. undē jure colligas ad regionem pertinuisse Idumææ vicinam. Præprimis id verum esse patebit conferenti locum *Amos. 1: 12.* *immittam ignem in Theman*, qui devorabit palatia *Bosra*: proin & *Bosra* & *Theman* habuerunt vicina territoria. *Bosra* autem Idumææ fuit metropolis civitas Arabiæ Petraeæ & desertæ contigua juxta Ptolomeum, ad long. 69: 45. lat. 30: 31. ex quibus eruditus *Geographus* colligit, quod *Theman* ad borealem Arabiæ Petraeæ terminum quæri debeat, quæ provincia hodiè Arabibus *Jemana* dicitur, quamque Israëlitæ ex Aegypro prodeentes trajecerunt. *Mons Paran* inventur inter montem *Seir & Sinai*, *Gen. 14: 6.* *Num. 10: 12.* 13: 3. in viciniâ *Cades* *Num. 13: 26.* in limite Iduinorum. *Num. 20: 16.* ac planicies *Paran* à monte *Sinai* tribus distat diebus, *Num. 10: 33.* Fuitque mons huic planicie imminens juxta Ptolomæum pars & propagatio montis *Sinai*, à mari rubro se versus Idumæam & Judæam porrigena: ut proin etiam pars fuerit *Arabiæ Petraeæ*, Aegypto vicinior.

Nos putamus particulam similitudinis hic per ellipsis esse omislam, adeoque mente supplendam, quod frequens est apud Hebreos, quasi dicat, *veniat luis in*

occursum sicuti olim ex *Theman* & ex monte *Paran*: ut hic sit provocatio ad factum antiquum, ad quod al ludens, petit ut Deus nunc simil agat modo, ac olim. Supponit priora facta fuisse typica, & exempla posteriorum; atque sic conferenda esse, quæ Deus fecerat circa introductionem populi in hæreditatem V. T. terram nempe Canaan; cum iis, quæ Deus faceret circa introductionem in hæreditatem mundi, concedendam ex N. T. Pristinum itaque illud factum, ad quod hic alluditur, est, quod *Deus*, qui foret dux populi, populo ex Ægypto egredienti sub symbolis prætentis venerit in occursum; quale fuit columna nubis & ignis; atque ejus ope itinerantibus viam simul ac stationes commonstraverit, & ejus interpositione ab hostibus defenderit. Hic occursus speciem habuit, ac si ex *Theman*, loco remoto per montem *Paran*, locum propinquiores, acceperit, ut cum populo ex Ægypto egrediente perget, eumque in terram promissam introducat. Cumque illum gratiosum adventum non sine clementi ductu, potenti auxilio, fideli viarum commonstratione, concomitantibus signis atque miraculis olim benevolè populo suo concesserit, non cessans ab iis, donec hæreditatem suam obtigissent. Rogat noster, ut eandem gratiam largiatur suis, sese ad analogam expeditionem parantibus: quippe qui haud minori clementi, auxilio, & indicatione viarum egeant: supponit enim æquè hic atque olim magnas difficultates esse superandas, quas proprio marte superare non possent.

# HISTORIA IMPLEMENTI.

**E**Tiamsi præsens hic sermo supplicatorius sit, atque adeò solum Prophetæ desiderium exponat: nostrum tamen est, per rerum historias ostendere minimè fallacem fuisse viri Dei spem, quam hæc orationis formulæ apud Deum testatus fuit: cum credere nos deceat, hanc supplicationem servi Dei non solum ex fide fuisse prolatam, atque adeò ex antecedaneis Dei promissionibus & revelationibus conceptam; sed quæ maximè ex inspiratione Spiritus Sancti natam, qui huic nostro tanquam Prophetæ istorum desideriorum & postulatorum auctor fuit, & dictator; ac per eum ecclesiam docere voluit de iis, quæ cum certâ exauditionis spe à Deo rogari poterant. Jam ergo vias Dei intuendo videbimus Deum quoque his votis exactè respondisse.

I. *Vita Christi ex mortuis per doctrinam euangelii traditur non solum, ut illi restituta, postquam hostes ejus hunc nostrum ex terra viventium exsiderant: verum etiam ut insignium fructuum molimen.* A.) *Quis nescit, juxta scripturam euangelicam, Jesum tertio à crucifixione die resuscitatum, ex monumento, in quo sepultus erat, vivum, imò redivivum ad suos rediisse: atque in eâ resuscitatione Deum super Jesum glorificasse: hinc infinitam suam potentiam, illinc amoris sui constantiam: nemo dubitat hominis reverâ mortui resuscitationem esse opus, omnem creatam potentiam & potestatem*

tem omni modo excedens , solique creatori proprium : extinctum enim in cadavere vitæ animalis motum reproducere , mentemque à corpore separatam suo iussu cum eodem reunire nullius est , nisi qui primus motor est , & cujus arbitrio homines vitam ingrediuntur , & delynquent . Neque concipi potest tale quid cuiquam fieri , nisi cui tanti beneficii auctor bene velit ; ut jure habeatur pro constantis amoris , amicum à mortis ignominia vendicare cupientis , notâ atque indicio . B.) In quo opere etiam singulare latitare Dei consilium , & majoris rei molimen , facilè mihi concedet , qui agnoscit J esum fuisse ab ignominiosa nece vitæ restitutum ; non enim solet Deus hoc modo ab ordinariâ providentia sua viâ tantoperè recedere , nisi gravissimas ob causas : proin , ut , quid molitus sit Deus cum stupendo hoc resuscitationis opere , evidenter teneamus , audienda denuo est expositio cōsiliij Dei , quam suppeditat nobis Scriptura Novi Testamenti , quæ ex hac Iesu resuscitatione varios derivat fructus nobiliores , partim Christum , partim per eum salvandos spectantes . *Respectu Christi* resuscitatio illa ex morte rationem habuit justificationis , undè dicitur justificatus spiritu 1 Tim. 3: 16 probat enim , quatenus constantis Dei amoris signum est , cum in omni opere muneric sui ( ad quod etiam obedientia usque ad mortem pertinebat ) Deo patri placuisse , cuius rei testimonium continet : idque eo magis , quin lo ab hoc signo & miraculo legimus J esum veritatem M essiatū sūt suspendisse Joh. 2: 18. 19. M uth. 12: 38-40. 16: 1-4 26: 63. 64. Movebant huic Judæi infideles controversiam de M essia : quain dignitatem ut illi cripiant , eum accusant ut blasphemum , quod se D ei filium esse diceret : magum , quod miracula præstaret , quæ præstigias appellabant : &

*pseudo-*

*pseudo-prophetam*, populum seducentem, quia populum ad libertatem à-jugo legis vocabat, atque sub istis titulis eum damnantes eundem ad mortem crucis, tanquam dignum istis criminibus supplicium rapiunt: permittit Deus tantum hostibus, ut eum magis glorificet; non avertit ab eo mortem, ut eum resuscitet; qui morte suâ doctrinam suam confirmavit, huic per resurrectionem fidelitatis dedit testimonium, quo constaret cum in omni suo opere ipsi placuisse. Sic comprobatum est eum fuisse reverâ *magnum illum Prophetam*, qui veritatem docuit, etiam quandò se *filium Dei* dixit, docente Paulo *Rom. 1: 4*. *Verum illum Pontificem*, qui per oblationem corporis sui desideratum nullud, Deo placens & justitiae postulato satisfaciens exhibuit placentum, dimissus enim ex sepulchro declaratus est se omnem reatum, pro quo sponderat, sufficienti lytro expunxisse. Imò nos docuit eundem esse *legitimum illum regem*, regno Dei præponendum, quem ut victorem mortis cum isto triumpho reduxit.

*I Cor. 15: 26. §4-57.*

*Respectu salvandorum* quoque resurrectio illa, seu *vita ex mortuis* fuit utilissima, probavit enim eum, quem pro peccatis nostris mortuum esse agnoscamus, eundem fuisse resuscitatum propter *justificationem nostram*, *Rom. 4: 25.* & manifestatum, ut *vite nostræ* cum spiritualis, cum cœlestis auctorem: undè *vita hæc Christi* nobis est arrhabo & causa vivificationis ex morte peccati, *Rom. 6: 4-8.* & resurrectionis ad salutem ex morte corporis. *I Cor. 15: 20.* Proinde concludendum est, *Deum per resurrectionem Christi molitum fuisse omnem electorum salutem*; atque jecisse fundamenta omnis œconomiæ gratiæ, justè inter eredentes dispensandæ, undè etiam nos dicimur restipulandi ro-

Yyy

gandi-

gandique jus & fiduciam habere apud Deum per hanc resurrectionem Jesu Christi. 1 Petr. 3: 21. C.) Factum autem illud est oportunè in medio armorum, haud diu ante finem œconomiae visionis, quæ cum templi & reipublicæ Judaicæ subversione sublata est; & in principio anni acceptationis, ita ut regni Christi erek̄tio in solidum ab hoc resuscitationis Christi opere initium accepit, cui cum resurrectione adjudicata & pro jure per mortem acquisito data fuit omnis potestas in celo ac in terrâ: sicuti & propediem à vitâ ex morte recuperatâ in cœlum adscenderis thronum regni cœlorum adiit, curamque ejus in se susceptram fideliter gessit.

II. *Vita istius ex mortuis*, seu resuscitationis Christi notitia, ut juxta petitionem Prophetæ nostri, etiam in tempore cum hominibus Deo procurante communica ta sit? recludit nobis quoque historia euangelica. Potuisse Deus Christum resuscitare, & eductum ejus ex monumento corpus jam redivivum simpliciter ad se transferre, si absolutam ejus respiciamus potentiam: sed id non patiebatur ratio moliminis Dei, qui per hanc resuscitationem filium suum coram hominibus voluit justificare, & electis suis solida solatii speique ulterioris gratiæ suppeditare fundamenta. A.) Hinc nobilissimum hoc opus Dei non fuit silentio involutum, sed ad omnium salvandorum venit notitiam, qui illud cum certâ rei gestæ persuasione cognoverunt, & fide crediderunt: prout hoc confirmat indubium fidei Christianæ symbolum, in quo se profitentur credere *Iesum Christum passum sub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum, & sepultum, resurrexisse ex mortuis tertio die*. B.) Est illa fides nata ex auditu, *Deo id notificante*, ut illa fidei notitia innitatur auctoritati divinæ: rem enim illam ita dispensavit Deus, ut non solum angelos misserit

rit huic veritati contestificantes. *Matth. 28: 2-7.* Sed & tempus concesserit, quo se redivivum sisteret multis coram. *A&I. 1: 3.* imò ut illa notificatio latius progrederetur, harum rerum testes auritos & oculatos non solum constituit Apostolos & discipulos, verum eos fecit legatos, qui in omnes oras ad quascunque gentes mittebantur, in rei testimonium, *Matth. 28: 19. 20. Marc. 15: 16. A&I. 1: 8.* Imò, ut auctoritate non esset destitutum eorum praecionium, illos unxit Spiritu suo, quo respiciantur ut viri *θεόνυμοι*, cum dono infallibilitatis loquentes, quem illis à Patre promiserat Christus, *A&I. 1: 8.* & sub manifestis praesentia signis super illos effudit Deus inter solennia Pentecostes. *A&I. 2: 1-4.* Adde, quod etiam *ad maiorem notitiae soliditatem* cum illis testibus, ad firmandam divinam eorum legationem, cooperatus fuerit signis & miraculis, *Hebr. 2: 3. 4.* nec non Spiritu suo, corda aperiente, atque donum fidei largiente, *A&I. 11: 18. 15: 8. 9. C.)* Pervenit autem illa notificatio divina primùm ad totam familiam Israëlis *A&I. 2: 26. 4: 10.* eo cum effectu, ut aliquot *Myriades* ex posteritate Jacobi illud agnoscentes crediderint, *A&I. 21: 20.* Apostolis nempè munus legationis divinæ fideliter obeuntibus; qui inter Judæos non substiterunt, sed abhinc, prout ipsiis commendatum fuerat à Domino, perrexerunt ad gentes, cum euangelio crucis & resurrectionis totum orbem pervadentes: undè effectum est, ut hæc Christi resurrectio inter quascunque gentes agnita, & in spem salutis credita fuerit; quippe de omni consilio Dei, ejusque molimine in hoc opere edocetas. *Col. 1: 23. 27. 28. D.)* Hanc notificationem quoque *justo temporis articulo* (scilicet in eodem annorum medio) factam fuisse, (prout fieri debuisse subindicat oratio Prophetæ) ex historiâ

actorum Apostolicorum insuper manifestum est: decimo enim die ab ascensione Christi quinquagesimo vero ab ejus resurrectione, Spiritu Dei correpti in publicum prodierunt Apostoli, testimonium de Christo redivivo inter Judaeos ex omnibus locis dispersionis in templo congregatos publicantes; a quo tempore fidem huic rei facere, & euangelium per totam terram Iudaicam, nec non inter Samaritanos propagare haud cessarunt. Cumque Deus etiam januam aperiret inter gentes, facta regionum inter se divisione tanto cum successu fidem euangelii propagarunt, ut ante bellum Iudaicum ubique ferre terrarum regnum Christi se diffuderit.

III. Quantocumque resurreccio Christi notificata fuit, tanquam ad ejus justificationem a Deo peracta, simul etiam Iudei, qui ejus necem sub diris & devotione sui ac liberorum suorum a Pilato postulaverant, tanquam horrendi criminis rei condemnati sunt; unde palam fiebat, ipsos Deum ad justam provocasse iram, non sine graviori vindicta deponendam. Verum deprecatur Propheta festinam irae istius effusionem, ut misericordiae relinquatur locus, atque convenienter foederi & instituto divino pars justa gentis electae servetur: quam misericordiam exercuit Deus, A.) quando statim ab initio multis largitus gratiam, atque mediante dono resipiscientiae & fidei in regnum filii sui transtulit: ut factum videre licet Act. 2: 36-41. 4: 4. 5: 13. 14. 8: 12. Imo propediem in omnibus civitatibus, etiam inter Damascenos inventae sunt ecclesiæ ex Judaeis, quas Santos frustra dispergere laborans, ipse a Domino corripitur & convertitur, ipse exemplum insignioris Dei misericordiae factus, 1 Tim. 1: 13-16. Ita efficit Dei misericordia, ut iram suam non statim effuderit, sed multorum conversioni procurandæ tempus illud tolerantiae fuerit

rit prorogatum. B.) Imò cùm signa iræ divinæ jam fierent conspicua, & nondùm convertendorum seges esset absoluta, prostraxit Deus excidi diem, atque tempus fœderis Judæos inter & Romanos prorogavit proper electos in hoc populo adhuc porrò convertendos, nutante sub Cajo republicâ, & immillâ sub Claudio fame, aliisque malis, quibuscum luctabantur. C.) Accessit tandem; quod, ne fideles communī cum Judaicis involverentur judicio, orto jam bello judaico cum Romanis, non solum remissio belli ad tempus facta fuerit, quando Nerone mortuo Vespasianus, ab exercitu Imperator renunciatus, Romam cum magnâ exercitus parte festinare coactus fuerit: quæ multis dedit evadendi ansam: verùm vox Dei audita fuerit, Christianos monens, ut civitatem, quam excidio destinaverant relinquentes, locum mutarent. Hinc *Paulus* multis urget, Deum in Judæorum rejectione non rejecisse populum, quem antè elegerat, sed divisionem faciendo se fidelem præstissee erga semen Abrahæ electum. *Rom. 9: 6-15. 11: 1-5.*

IV. Interim verum erat, *præter Judæos etiam gentes debuisse vocari*, ad quas cùm legationem obire debuerunt Apostoli, eorum exitus se haberet per modum *expeditionis*, in cum finem faciendæ, ut *hæreditatem mundi* occupent, atque orbem sceptro Christi subjiciant. Foret hoc opus, multis difficultatibus obsitum, & non sine potenti auxilio superandum, quorū respicit petitio, ut *veniat Deus* sicuti olim *ex Thenan & monte Paran*. Sanè maximæ futuræ erant oppositiones, hinc *Judæorum*, ut verbum ad gentes loqueretur haud à quo animo ferentium, qui viam illam calumniis & infigationibus gentium, opprimere, ejusque progressum impedire conarentur, ut factum legimus *Act. 13: 44-*

45. 1 Thess. 2: 14-16. Illinc gentilium, qui præjudiciis innutriti, vix paterentur euangelium, illos à Deorum patiorum cultu abstrahere laborans; undè gravissimæ persecutions Euangelii imminebant præconibus: quod etiam tot martyriis confirmatum fuic. Adversus hæc mala confirmati sunt præsentia Christi, ipsis addicta, Matth. 28: 20. qui non aliter, atque olim fecerat Iudæis præsentia suæ symbolum dedit conspicuum, mittens spiritum sub signo visibili linguarum quasi ignis, quæ dispartitæ considerabant super unoquaque discipulorum. Ille spiritus Christi erat Apostolis itinerum faciendorum index Act. 13: 2. 16: 6. 7. 9. 10. Ille corroborabat eos magno solatio, atque prospera reddidit eorum itinera. Per illum Christus ubique fecit eos videre maxima signa & miracula, ipsis in deserto gentium fidem facientia. Imò præsentem habuerunt Christum potenti suâ defensione, quâ eos liberavit ex variis mortis periculis, & hostium insultibus. Act. 16: 26. 23: 11. 2 Cor. 11: 23-27. Act. 27: 23. 24.

CANTOR PRIMUS  
**P R O P H E T Æ**  
ACCINENS.

A D

CAP. III: 3. b. 9. a.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 3. b. Operuit cœlos majestas ejus : & celebratiōne ejus plena fuit terra.

**S**equitur primus accinentium , qui observans fundatum in oratione Prophetæ positum de adventu Dei Ducis ad exemplum primitivum , cum ex *Theman per montem Paran cerneretur* populo Israëlitico occurrere : nunc pergit in comparatione ad reliqua. De antiquo adventū effecto agens dicit *operuit cœlos majestas ejus* : scilicet ut de die non splenderet sol præ majori splendore præsentia Dei. Verbum *operiendi* pro qualicunque obscuratione venit. Major lucis splendor efficit , ut alia cœli lumina quasi operata & obscurata non videantur : ita de die præfulgentia solis efficit , ut stellæ noctu in firmamento micantes & rutilantes ab ejus exortu non conspiciantur. Ira etiam aliquando factum dicit præ majestatis divinæ fulgore , sois jubar superante ne sol quidem videretur de die.

Dei

Dei maiestas apparens repræsentatur sub symbolo lucis glorioſiſſimæ. Videtur respicere illum Dei intuitum, quo fruebantur Moses, Aaron, Nadab & Abihu cum LXX ſemioribus, quandò à ratificatione fœderis debuerunt confirmari in eo, quod rem haberent cum verò Deo, Exod. 24: 10. Videbant, inquit textus, Deum Israelis, & ſub pedibus ejus instar operis ſapphyrini, & instar formæ cœlorum in

§. 2. Dein ſub jungitur, & plena fuit terra ejus celebratōne. Per terram intellige omnes regiones circumvicias, ad quas fama hujus apparitionis divinæ, quā hunc populum ſuum beavit Deus, pervenit, quæ omnium implevit ora, atque illam Dei inter illos praesentiam vulgavit inter gentes: atque iſta fama reverà fuit ejusdem Dei celebratio, quem colebant Iſraēlitæ, quos ſub ſuā ſuſceperebat clientelâ. Sic Bileam ostendit, quid fama ad aures ſuas pertulerat, quandò dicit Num. 23: 21. 22. Hanc famam quoque inter Hierichuntinos percrebuiffe testis eſt Rachab, Jof. 2: 9-11.

Vers. 4. Etiam instar jubaris adſit splendor. Cornua illi ſint à manu ejus, ut ibi ſit latibulum roboris ejus.

¶ 1. Transit oratio ab antiquo facto ad novum, quod in fide petit ut adhibendum, quò expeditio illa spiritualis ſit felicior. Vox ☰ splendorem notat qualcunque, qui in oculos incurrens majestatem refert conspicuum. Concipitur ille Dux expeditionis ut Rex, qui majestatem induit, quæ etiam Christo Regi attribuitur. Conf. Pſal. 45: 4. 5. Zach. 6: 13. Ita concipitur veftitus majestate & gloriâ, atque coronatus, Pſal.

*Psal. 8:6.* Quam petit, ut commonstret, quod terra etiam plena sit ejus majestate, *Ies. 6:3.*

Ad majestatis istius desideratam manifestationem facit etiam collatio splendoris ejus cum iubare solis, quando vix radiorum spargit ad serenum diem faciendum, quo omnia in lucem collocentur; hinc *Christus* audit Sol iustitiae. *Mal. 4:2.* *Conf. Hos. 6:5.* Sicuti Sol discutit tenebras, lucidumque & lætum facit diem: ita petit, ut *Christus*, majestate vestitus, ita manifestetur in populo suo, ut ejus vi tenebræ gentilitatis dispellantur, & dies Novi Testamenti cum luce cognitionis, & gaudii super omnes gentes oriatur.

§. 2. Alterum ad felicem expeditionem requisitum est, quod petitur, ut cornua illi sint à manu ejus. Malè quidam cornua in manibus ejus, qui cornua manibus applicant absurdè. Solent animalia cornua gerere in fronte, quibus in hostem impetum faciant: ast nullus cornuum usus in manibus. Quid si קָרְנִים ad usum militarem referamus, ut vox in duali duo exercitū cornua significet, quod ad τάξιν militarem spectat: solent enim militum turmæ in acie ita collocari, ut pars dextrum, pars sinistrum cœatur latus, seque alarum aut cornuum in morem protendant. Istæ turmæ, utrumque exercitū latus cludentes, non solum apud Latinos, verum etiam apud Græcos antiquissimos cornua appellantur. Sic *Thucydides* libr. 3. δέξιον κέπας Μαρτίνεις εἰχον. *Dextrum cornu Mantinea* tenebat. קָרְנִים Arabibus etiam turman militarem notat, & idem quod cornu in acie apud Romanos, notante *Golio* in *Lex. Arab.* Contextus etiam hanc significacionem postulare videtur; quia hic expeditionis forma à robore, qui in exercitu consistit, describitur.

Ponuntur cornua à manu Duxis ; quia à manus indicis , signa praeliandi aut cestandi dantibus , dux pendente habet exercitum : atque sic Dux expeditionis hic respicitur ut Deus exercituum : & alias videtur illam apparitionem respicere , quæ Josuæ legitur facta , cum videret virum strictum gladium manu tenentem , seque ducem exercituum Jehovah denunciantem . *Jos. 5: 13-15.* Ille ipse quoque exercitus Angelorum habet in imperio , quos educit , quando vult , in ministerium regni sui : qui quasi cornua constituant , ad reliqui corporis , in expeditione cum Duce progredientis , defensionem .

§. 3. Finis utriusque requisiti est , ut ibi sit latibulum roboris ejus : sic vau erit consecutivum : vel & ibi erit latibulum &c. atque sic etiam spondet sibi præstantissimum ab istis requisitis fructum . *חַבּוֹן עֲדָה* Lxx καὶ εἰστο ἡγάπασιν πραταὶ ἵσχεος ἀντεῖ . Et posuit (seu constituit) caritatem firmam fortitudinis suæ . Illi videntur loco *כְּשַׁ* ibi legisse *כְּשַׁ* posuit , & vocem *חַבּוֹן* derivasse à *חַבּוֹב* , quod diligere significat ; sed sensu valde duro & alieno : cum illa vox à radice *חַבּוֹ* , quæ latitare significat , sit deducenda . Vulgata legit , ibi abscondita est fortitudo ejus . Verum & hoc à sensu contextus nimium recedit ; robur ejus , & fortitudo concipi debet hoc loco , non ut res occultata , vel occultanda , sed ut in publicum exserenda : sanè ubi splendor cum jubare solis comparandus ponitur , ibi omnia in luce posita sunt : vel saltem ille , cuius est & splendore coruscare , & in fronte aciei cum roboris manifestatione præire . Rectius igitur vertuntur voces istæ latibulum roboris ejus . Sic commendatur totius expeditionis Dux desideratus , ut insignis robore , & insuperabilis ; *אֶל גָּבוֹר* . *Jes. 9: 5.* *Conf. Jes. 40:*

10. 45: 24. *Latibulum* est locus , tutus ab hostibus ; qualem confugientes & præsidium querentes cupiunt ; qui castra ad usum sequentes post aciem constituantur , ubi latitant . Sic concipitur Christus Dominus , ut multis imbellibus præbiturus sub alis defensionis suæ latibulum ; *Jes. 4: 5. 6. Psal. 31: 21.*

*Latibulum* hoc roboris ejus dicitur ; quia illud robore suo præstaret , ut in eo loco inexpugnabile inveniant propugnaculum , ubi nihil habeant ab hostibus metuendum : interponeret enim inter hostes & suos , quos in clientelam suscipit , *robur suum insuperabile*. Hoc autem ibi locorum inveniretur , ubi gloriose splendore hostes cohiberet ; & cornua ad corporis exercitus defensionem collocaret à manu suâ , quibus celeri motu hostium conamina evertere posset.

**Vers. 5.** *Ante faciem ejus exeat pestis , & ad pedes ejus egrediatur carbo.*

§. 1. Notatur post priorem apparatum *ipse exitus Ducis* , qui est speratae ad mundum hæreditandum expeditionis initium : terminus à quo , qui deserendus est , in illo exitu includitur ; notaturque locus , non sine graviori judiciorum sensu relinquendus. Vocatur *Edom & Bosra* , *Jes. 63: 1-6. Sion & Hierusalem* , *Jes. 2: 3. Coll. 52: 11. 12. Hos 1: 11.* Isto in exitu notatur ejus *facies* , id est , ejus præsentia , certis signis conspicua : atque desideratur ut anteambalo *pestis* , ita etiam *Aquila*. Latina Hieronymi versio cum Symmacho & quintâ editione legit *mors* , quæ vox generalior. Lxx. Προτερόν αὐτῷ παρέσται λόγος : *ante faciem ejus proficiat etur verbum* : quod Hieronymus vocis Hebraicæ ambiguitati tribuit ; quoniam בְּ pro-

vocalium subiunctarum varietate nunc pestem, nunc sermonem significat. In codice Veterissimo legitur προελεύσεται πτῶσις præbit ruina. Nos textum originalem sequimur, scientes, quantum sibi sèpè assument Interpretes. Pestilentia ponitur, ut velitum & sagittariorum in morem, ante exercitum & progesum ejus præmissa, tanquam judiciorum Dei antecubulo, & index instantis adventus regni Christi inter gentes. Solent levis armaturæ milites quandoquidem præmiti, & insigniorem dare inter hostes stragem. Inter sagittas iræ divinæ etiam in sacris notatur pestilentia, quæ hoc in casu ponitur ut primum signum irati Dei in Judæos carnales.

§. 2. Huic addit; & ad pedes ejus egrediatur carbo. Concipitur porrò egressus, quo pedes exultulit ex priori castrametationis loco; seu ex Iudæâ & Palestinâ; tanquam post se etiam judicii vestigia reliquens. Notanda enim verborum oppositio; ante faciem, & ad pedes egrediatur: quod nihil aliud vult, quam præeat pestilentia, & sequatur eum carbo. Quid רְשָׁפֵן proper variantem Interpretum expositionem expendendum. Lxx legunt καὶ ἔξελέντεται εἰς πεδίαν κατὰ πόδας αὐτῆς. Et egredietur in campum post pedes ejus: atque hoc colon ad subjectum anterioris referunt. Est, qui putat eos loco רְשָׁפֵן leguisse: notatque eos שְׁפִי Num. 23: 3. vertisse ἐν δεῖπνῳ planam viam: sed hinc constat eos haud accurate scriptum exemplar fuisse fecutos. Reliquæ versiones omnes legerunt רְשָׁפֵן, quam lectionem codices Hebræorum constanter repræsentant; licet in vocis significatione exprimitur varient. Hieronymus ex Nazarenorum sententia Diabolum vertit: legitque egredietur Diabolus ante pedes ejus: atque ad Christi

Christi conflictum cum Diabolo in deserto, postquam baptizatus ex aquis Jordanis exiisset, applicat: causa versionis illi, quod putet vocem *reptile* significare, & Diabolo applicari, eo quod post deceptum primum hominem divinâ sententiâ in serpente damnatus est, ut in ventre reptaret: quæ longè petita sunt. Qui ὄψεον vertunt, propriè *vultur* notari volunt, avis rapax & immunda, atque etiam symbolicè *Diabolum* innui existimant. Hi per mortem *angelum* intelligunt, qui morte puniverat Agyptiorum primogenitos, quem adventui Christi concipiunt præmissum: per immundam & rapacem hanc avem *Diabolum* subsequentem post adventum Christi, qui reliquias absumeret. Verum קַשְׁתָּה in saeculis est *pruna ardens*, & scintillas hinc emicantes notat, Job. 5: 7. Cant. 8: 6. Psal. 76: 4. Atque ita innuit terram primæ stationis ab exitu Christi, prunis & scintillis petendam, quibus inflammetur, & igne absumente valetur. Ita concipitur terra illa ut anathemate percutienda, Mal. 4: 6, & judicio divino planè absumenda. Vide ad Deut. 32: 24.

Vers. 6. Qui stetit & mensus est terram, vidit & dissipare fecerit gentes, ut disiecti sint montes æterni, depresso sint colles seculi, bujus sunt itinera seculi.

§. 1. Præterita hîc notanda sunt, tanquam antiquas Ducis vias explicantia: quæ eum in finem commemorantur, ut inter illas, & futuras in decreto Dei ratas, & ex prophetiis speratas justa fiat collatio: cuius fundamentum est, quod Deus decreverat simili ferè methodo, quâ Israëlem terræ promissæ constituit heredem,

inque eam introduxit , etiam cum populo , N. Test. hærede , agere , quandò eundem mundi hæredem constitueret : de hâc convenientiâ evidens est testimonium Dei , Mich. 7: 15. *Sicuti diebus exitus tui ex terra Ægypti faciam te videre miracula.* Cumque in prioribus sit exemplum & typus posteriorum , jure oratio illas anteriores adducit , atque allegando ad eas , tanquam ad modulum viarum Dei sub N. T. , provocat.

§. 2. Propter nexus ultimi coli cum antecedentibus voculam relativam *qui* , tanquam per ellipsis omissam & subintelligendam , hîc revocamus : quæ ellipsis in libris V. T. familiaris est : præsertim si dicta cum singulari animi impetu concipi debeant prolata ; scilicet videns Ducem in spiritu , eumque quali digito monstrans , ait , ille stetit &c ejus sunt itnera seculi . *Legatus facie Dei* notatur ut olim populi Dux , & idem nunc novi populi caput : is respicitur , ut olim potentissimus auctor introductionis populi Istaëlis in terram Canaan . Sub ingressu dicitur *stetisse & mensurâsse terram* : atque ibi respexisse videtur stationem illam , quam aliquamdiu populus Iraëliticus in Basanitide & Gileaditide , regionibus transjordaninis , tenuit ; ubi post longam per desertum oberrationem substitit , duce eorum ita exigente . Quandò additur *& mensus est terram* , indicat eundem cuique tribui portionem suam definitivâ , atque ita iis terram promissam , quæ erat ab occidente Jordanis , objecisse , ut ceteris terminis inclusans , & unicuique tribui ad modulum suum suis limitibus destinatam .

§. 3. In ipsâ introductione populi , notante textu , vidit & dissipare fecit gentes : id est , solo suo intuitu gentes disjecit . Intellege gentes Canaanæas , antiquos istius

istius regionis colonos, qui, ut Abrahamo promissum erat, posteritati Jacobi terram illam cedere debebant, eamque, ut illi occuparent, evadere. *Hęgentes* quasi in unum corpus concipiuntur ante coalitę, eo quod partim societate generis, similitudine morum, legumque communione quasi totidem vinculis erant inter se devinctæ; partim novā confederacione, armorumque coniunctione junctæ se Iraelitis opponebant. Ast hanc unionem *dissolutam & disjunctam* monet. Supplicator per modum *dissolutionis*, seu potentissimæ dissipationis, quā non solum fugati sunt; sed etiam è terra ejecti, & novas regiones querere coacti, pluribus fractis & attritis, qui forti brachio percussi occubuerunt. *Fecit* hoc *Dux ille populi* vel *tolo suo intuitu*; non adeo armis populi, aut magnanimitate Heroum usus, sed solā suā potentia; imo oculorum nutu, immisso eorum animis terrore panico. Hinc Psaltes *Psal. 44: 2-4.*

§. 4. Consequens istius dissolutionis fuit, quod *montes eterni disiecti* sunt; & *colles seculi depresso*. Nobis *vau*, ut sāpē in sacris est *vau consecutivum*: ut illa montium disiectio & collium depresso sit fructus & sequela antecedentiae dissipationis illarum gentium. *Montes & colles* in Theologiā Symbolicā sunt emblemata *regnorum & nationum*, priora sub regib⁹ conficiunt libera imperia: posteriorēs sub principib⁹ inferiorib⁹ constituant minores dynastias: priorum potentia magis ad fastigium altitudinis exsurgit, atque difficilius expugnatur superaturv⁹; posteriorum verò minus difficilis est potentia ad subigendum. Sub hoc emblemate dum veniunt regna & dynastie Cananæorum, concipiuntur ut obstacula, populo Dei objecta, quæ vias expeditionis divinæ occluderent, & ducem à cursu & proposito averterent, nisi aut disjiciantur, aut complanentur. Quando

do hæc regna vocantur **הר יער** montes æterni , aut perpetuitatis , id est perpetui juxta communem Hebraicū ; sermo excipi debet ut ex sententiâ hostium loquens ; qui sibi talem constantiam perpetuam spondebant , & juxta altè impressam imaginationem sibi tanto-perè radicati in hâc terrâ videbantur , ut gloriarentur se esse insuperabiles . Imò tales videbantur etiam ipsi populo carnali , quandò eorum legati , ab exploratione terræ redentes , referebant eorum vasta corpora , & firma atque præalta munimenta ad communem animorum dejectionem . *Num. 13: 31-33.*

Idem statuendum de collibus seculi : quippè qui etiam pro suo modulo videbantur satis elati potentia , ad resistendum Israëlitis . Phrasin ita *וְנַתֵּן דָּבָר* accipiedam esse ex prædicatis constat , quæ illam constantiam tollunt : dicuntur enim *montes illi* in speciem *perpetui disjecti* , quod dicit regnum abolitionē cum omni imperii ablatione , quâ omnis simul oppositio ablata est : subditis enim partim occisis , partim migrare coactis , & in varias oras dissipatis , regibus & regnī nullus supererat locus . Imo *disjettio montium* notat in auctore amotionem cum contemptu ex indignatione ; projicimus enim rem inutilem : atque ita se judicio Dei & irâ dignos fecerant isti homines suis criminibus . Dein notat etiam id facile & subito fuisse factum , sine multis & diuturnis oppugnationibus : non aliter ac pila sublata uno impetu projicitur . *Collium verò depresso* est aliorum humiliatio , quâ non amplius se opponere , sed contra se subjecere coguntur , aut saltem penso tributo subesset : uti quidam Canaanæi in tali conditione ab occupatione terræ sunt relicti , qui statim non sunt coacti solum mutare .

¶. 5. Ab istis potentiae in Duce nostro speciminibus transit

transit oratio ad conclusionem , insignem spem futuri facientem , quando subjungit ; *hujus sunt itinera seculi.* Vox **הַלִּיכוֹת** in plurali eleganter notat *illos progressus* , quos Dux expeditionis jam porro & successivè institueret : hæreditas enim mundi occupari non poterat , nisi per multa & varia itinera , quasi post varias astrametationes suscipienda . Quando autem ista vocat *itinera seculi* [ **ול-הַלִּיכוֹת** ] significat *progressus non intermitto*ndos , quamdiu orbis perstat , seu donec omnia regna sint Dei & Christi . Quandocunque enim aliquid restat in orbe , nondum à regno Christi occupatum , restant adhuc progressus novi perpetuandi . Hæc itinera dicuntur *ejus esse* ; seu ad *ejus ductum & gubernationem spectare* , ut sint pars muneric ab eo suscepiti , cum ipse sit *Rex ille* , ad cuius curam pertinet regni sui per universum orbem promotio . Imò fit hic tacita collatio : hoc enim *ejusdem esse* ponitur , qui sub populi antiqui in terram Canaān introductione terram illam inter **xii** tribus divisit , & sine ope humanâ à prioribus colonis saltē haec tenus evacuavit , ut gentes istae non amplius fuerint resistendo . In hisce gestis edidit Deus non solum specimina semper vītricis potentiar , sed etiam fidelitatis in servandis promissis : imo quod plus est , in iis præbuit typos & pignora futuræ in hæreditatis mundi occupatione felicitatis & felicioris successus : ut hinc jure sibi spondeat oratio felicem in opere suscipiendo progressum . Quasi dixerit . „ Qui olim disjectis montibus , & complanatis collibus , pristinos colonos è sedibus suis „ propellendo , facilem populo suo ad terram promissam „ occupandam stravit viam : ille ipse est , qui ex simi- „ gulari proposito ac consilio in se suscepit novo suo „ populo ad hæreditandum mundum vias pandere , ac

„ similia prioribus beneficia præstare: Nam hujus est fac-  
 „ re eos ut vas sigulimum diffilire, *Psal. 2:9.* atque ita  
 „ viam complanare regno suo, *Jes. 40:3. 4.* efficereque,  
 „ ut sui ministri in pace pergant, *Jes. 41:1-3.* & varia  
 „ regnorum mutationes in gratiam regni sui fiant.

Vers. 7. Sub vanitate vidi tentoria Cuschan; contre-  
 miscant cortine terre Madian.

§. 1. Progreditur iterum à facto præterito ad factum  
 futurum: atque ex fundamento substrato assumit sibi  
 fiduciam ut illud fiat rogandi. Præteritum est, *sub*  
*vanitate vidi tentoria Cuschan.* Laborant Interpretes  
 circa nomen hic adhibitum *Cuschan:* aliis volentibus  
 hic digitum intendi ad historiam *Jud. 3.* ubi *Cuschan*  
*Rischatam*, Mesopotamiæ & Syriæ Rex, tanquam pri-  
 mus Istraëlis oppressor, qui populum diu sub servitute re-  
 nuit, describitur, à cuius imperio eum liberavit *Oth-  
 niel:* Aliis statuentibus *Cuschan* dici pro *Cusch,* addi-  
 to nun epenthetico; atque sic respici *Cuschæos.* Hinc  
 LXX Συριωματα Αιδιόπων, & Lat. Vulg. *tentoria Æthiopiae.*  
 Inter *Cuschæos* quoque censeri *Arabes*, & speciatim  
*Madianitas* ex historia *Sipporæ*, uxoris Mosis, constat,  
 quæ licet ex Madianitis, nihilominus *Cuschæa* dicitur. Ig-  
 tur *Cuschan* erit nomen generale, nomen *Madian* proximo  
 colo sequens speciale. Tentoria iis tribuuntur, ex *A-  
 rabicæ* more, quorum magna pars gregem sequitur, pas-  
 cua querens, & propterea in tentoriis habitans. *Vidisse*  
 (sic) ea tentoria *sub vanitate.* Vox יְנָא notat non  
 solum vanum studium, finem non assequens: atque ita  
 frustraneum molimen; sed etiam per metonymiam an-  
 tecendentis pro consequente, ipsam calamitatem, spem  
 con-

conceptam eludentem , ac frustrantem , *Prov. 12:21; 22:28.* nec non ipsum dolorem ex spe frustrata conceptum , *Gen. 35:18.* *Deut. 26:14.* atque ita etiam commodè hoc loco accipitur : ut indicentur *Madianitarum* conarus sub *Gideone* singulari Dei , populo suo succurrentis eique patrocinantis , judicio irriti facti , qui magno animo terram Canaan invadentes , editâ inter se eos mirâ strage , ex scopo suo exciderunt. Vide *Jud. 7:19-22.* Qui se hoc vidisse testatur , notat tantummodò se eam rem attentiùs perpendisse.

§. 2. Ille idem prævidet fere simile molimen sub N: Test. ad perturbandum regnum Christi , jam magnam mundi partem occupatam tenens. Horum hostium manus vocat *cortinas terre Median* ; quia , quam invaderent terræ partem , eam tantum ingredierentur ut extranei , & errantes , sicut qui *cortinas* (id est tabernacula cortinis unita) inhabitant. Rögatur autem hic ut illi ex terrore panico , divinitus immittendo , contremiscant.

Vers. 8. *Num quid in fluvios exarsit o Jehovah ! Si in fluvios ira tua ? si in vase excandescentia tua ? quandò equitabis in equis , sunt currus tui salus.*

§. 1. Primum colon denuò provocat ad factum antiquum. Compellatio Jehovah est allocutum ad Deum patrem , quâ in memoriam revocat iram Legati faciei Dei , quæ quondam exarsit in fluvios. Malè interpres hic cogitant de *Jordane* , cum hic *fluvii* notentur in plurali , & catena historiæ non patiatur , ut resiliat oratio. Imò concipiendi sunt isti *fluvii* , ut aquarum suarum copiis ripas suas transgredientes , terrasque vi-

einās inundationib⁹ suis obtegentes: quique aliās termini constituti erant hæreditatis , Abrahamo promissæ. Gen. 15: 18. *Isti fluvij* igitur se contra populum Dei antiquum effundentes sunt Symbolum istarum gentium, quæ ultra terminales istos fluvios habitantes , se intra limites suos non continuerant : verū eos trajicientes magnum hominum numerum contra terram sanctam, quæ terra erat Immanuēlis , effuderant. *Exarsit* autem in eas gentes defensor populi , dum signis & miraculis, aut saltē potenti manu effecit, ut se ad sua recipientes, quasi ad alveos suos redire coactæ fuerint. Concipe jam inter gentes sub Davide contra populum Dei pugnantēs transfluviales : inter quas primarius fuit *Hadad-Ezar*, Rex Mesopotamiae , qui tribus vicibus cœlus coactus est terminum regni Davidis agnoscere *Euphratem* ( 2 Sam. 8: 3-10. 10: 1-19.) quique iram Dei, defensoris populi , sentit. Idem quoque evenit *Ammonitis*, ultra fluvium Jordanem habitantibus , qui excisi stant. 2 Sam. 12: 26-31. & *Moabitis*. 2 Sam. 8: 2.

§. 2. Hinc progreditur ad similem casum. *Si in fluvios ira tua , si in mare excandescens tua ?* Vocabula hypothetica ~~DN~~ retinēmus in primo & proprio suo significatu : & facit ad collationem ; quasi dicat „ *Si* „ penes te sit consilium , ad viarum tuarum anteriorum „ exemplum , gentes cohibere , aliās fluviorum instar „ territorium ecclesiæ inundantes , revivificat olim com- „ monstrata potentia tua. *Fluvii* videntur hic notare gentes remotiores ; *mare* autem imperium aliquod universale , se multum diffundens. Illam *iram & excandescētiā* concipit ut deprecandam , nisi veniat cum salute populi Dei , cui aliās judicia illa Dei forant gravia.

§. 3. *Quando equitabis in equis :* nota hic in expeditione

ditione Christi Ducas novam exercitus formam, quæ ex phalange equorum & equitum instrueret manum, in acie ponendam, quam ipse Deus Pater videretur duce-re & dirigere: qui ut Judex poenam lumeret ab hostibus, atque poenæ istius instrumentum faceret equitum phalan-gem. *Equi* appellantur ista oppugnationis hostium instrumenta ob singularem velocitatem & magnanimitatem, quibus hostes obruerent.

§. 4. *Sint currus tui salus.* Allusio est ad *currus fal-catos* veterum, qui falcibus muniti, atque in hostes immissi, eorum acies frangebant, horrendaque inter ipsos strages edebant. Rogatur autem *salus*, id est liberatio ab hostibus cum pleno effectu libertatis & im-munitatis: quò extra tentationis periculum porrò eorum fides salvifica sarta testa constituatur.

Vers. 9. *Nudus excitetur arcus tuus.* *Juramenta tri-buum dictum.* Selah.

§. 1. Inter arma oppugnationis sunt *arcus*, tela emi-nūs projicientes, ad hostium dejectionem: *arcus Dei* aliquando symbolice appellatur instrumentum providen-tiæ divinæ, quo ad hostium debellationem uti placet. Conf. *Hof.* I : 5. Notatur itaque aliquis strenuus bel-lator, hostibus opponendus, qui Dei consilium ex-ecutioni demandaret, in eum finem à Deo electus & vo-catus; illeque intelligendus est cum suo exercitu. *Ar-cus nudus* in emblemate est ab involucro suo liberatus, aut è thecâ suâ eductus; quâ adversus aëris injurias aliâs defendi recondique solet. *Nudatur* autem, quan-dò in usum bellicum ad telorum jactum instruitur. Sic rogit, ut bellator iste, jam paratus ad telorum jactum,

excitetur. Excitatio illa videtur indicare incitationem ad frequentiam actionis , quam fervor pugnæ postulat. Ita postulat contentionem animi , ad frequenter telorum emissionem: ne tarditas , quæ instar soporis habet , effectum non præstet. Rogatur ergo bellatori , ut illi detur virtus & alacritas in illo bello , ut in repetitione præliorum non segnescat , donec plena victoria populo Dei plenam securitatem , & libertatem præstet. Cl. Capellus legit , exæcutiatur arcus tuus , qui verbum קָרְבָּן scribi vult cum exclusione literæ nun initialis : à radice קָרְבָּן . Quicquid sit : res eodem redit : sic excutere arcum erit hunc bellatorem applicare , cique fortitudinem dare ad strenuam oppugnationem.

§. 2. Additur juramenta tribuum dictum : ita malim ab accentum distinctivum sub voce קָרְבָּן , quam juramenta tribuum dicti . Voces valde abruptè positæ , vindentur ex certo animi impetu profectæ , qui rei congruit. Juramenta tribuum accipi possunt pro Dei promissionibus , jurejurando firmatis , & tunc dictum subjecitur tanquam provocatio ad dictum Dei , quod revocare non potest: quodque fundamentum est fiduciae postulantis , & eventum salutis petentis. Sed forte juramenta tribuum notant ad stipulationes fidelium foederales , jurejurando suscepas , quando spönderunt fidem in Christum crucifixum : atque tunc legendum , sint dictum , nempè bellicum : ita dictorum usus in bello est ad dignoscendum , hostisne , an amicus sit , qui tibi occurrit: quod , quando pugnantes in proelio inter se miscentur , usui venit.

# HISTORIA IMPLEMENTI.

**S**pectandum nunc porrò , quomodo quoque cantoris ( primam post pausam canentis ) desideria , in fide prolata , non fuerint vana , aut sine effectu præterlapsa ; verum contrà potius tanquam erotemata , promissionibus divinis superstrata , suum acceperint complementum : quod historia N. Test. confirmat.

§. I. Primam igitur N. Test. periodum lustrantes observamus , 1. Quod jubar Christi , tanquam *solis justitiae* ( ad exemplum splendoris divinæ majestatis , olim in monte Sinaï conspectæ ) in ipsâ Pentecostes solennitate semet glorificaverit , novique illius populi primicias ac præpositos collustraverit : Apostoli enim unâ cum aliis , qui conspectæ gloriæ Christi testes erant , eum in modum omnium fistuntur oculis , ut ex cœlestibus indiciis agniti fuerint , saltem ab electis , fideles non solum , sed & à Spiritu Dei acti consilii divini ministri , & populi novi , in foedus cum Deo adspergendi , electi *Duces*. Expendite modo signa & Symbola divinæ inhabitacionis , ad eos migrantis , & super eos confidentis ; quid quæsto sibi volebat subitaneus ille ex cœlo delapsus sonus , ventum violenter propulsum referens , & domum confessus apostolici occupans ? quam ut buccinæ impleverit vices , novam solennitatem Dei nomine annunciantis , & Spiritus Sancti descensum indicantis. Quid faculæ ignæ , linguarum in formam cuspi-

cuspidatae, solum lucentes, & non urentes, atque super unumquemque eorum confidentes testabantur? nisi quod eos, quos novis linguis audiebant loquentes, respicere debuerint, ut à sole justitiae illuminatos, & exinde tam gloriose resplendentibus: ut in eo ipso notare oporteat *jubar Christi glorificati*. Imò quantam hoc *jubar lucem* fecerit ecclesiæ, in ipsâ euangelii propagatione, non sine signis & miraculis peractâ, cernere est; in quo *coruscatio splendoris gloriae Christi* notatur fuisse, 2 Cor. 4: 6. coll. cum cap. 3: 18. qui ipse est ἀπάντασμα τῆς δύξης τῆς πατρὸς. Hebr. 1: 3. Unde factum, quod multi eo splendore collustrati, ignorantia tenebras deferentes, in luce Domini ambulârint, convenienter prophetiæ, Jes. 2: 5. 2.) Exinde factum, ut Dominus suis sub signis duo cornua militantium instruxerit, qui ad subjectionem mundi promovendam exire parati, armisque spiritualibus instructi se componant ad manum summi ducis, datis signis obsequium præstituri: cumque subjiciendi alii forent *Judei*, per orbem dispersi, alii ex gentibus convertendi, divisio facta est in duas excuntium turmas, ut aliis commissum fuerit euangelium circumcisionis, aliis euangelium præputii: qualis divisio inter Apostolos facta est, quando canon est descriptus, ut ex Petri & Pauli sortilegio probari potest. Conf. Gal. 2: 7. 8. Ut cornua spectantur, valida; quia habuerunt singuli angelos ministrantes, & ministros coöperantes, ac spiritu fortitudinis corroboratos. Hinc ille successus, quem Paulus ita celebrat, quod multos captos Christo in triumphum duxerint. Confer dicta 2 Cor. 2: 14. 6: 7. 9: 13. 10: 3-5. 3.) Qui autem fidem in Christum suscepserunt, atque cum subjectione fidei ad castra Christi transierunt, invenerunt quoque in eâ conditione latibulum

*bulum roboris Christi*, cuius sceptrum fuit sceptrum *roboris*, etiam in defensione creditum, & ecclesiarum tenerorum conspicuum: quippe qui ad *Neronis usque tempora pacem* procuravit Christianis. Incipiebant quidem Judæi à persecutionibus, sed maturè eorum rabiæ coercita fuit, ita ut *ecclesiæ per totam Judæam, Galilæam & Samariam* à missione Vitellii, & conversione Pauli pacem habuerint, & sub insigni ædificatione multiplicarentur. *Aet. 9: 31.* Movit quidem se *Herodes* contra eas, sed illicò divino judicio fuit sublatuſ, *Aet. 12: 1-4. 22. 23.* imo etiam confundebatur ante mortem angelo Petrum ex carcere liberante. Ib. Vers. 6-11. Quæ à *Nerone* excitata est procella, etiam haud diu duravit, atque proximè sedata est cùm ipse semet suo ferriſ gladio. Sic & posteā ortæ quidem sunt quædam persecutions, sed, præterquam quod illæ spectaverint ad certamen pro regno Christi, simul coniunctæ fuerant cum multis signis divinæ defensionis, quâ conservatus non solùm fuit Christianismus, verū & singulari modo crevit, dum sanguis martyrum evaderet semen ecclesiæ.

§. 2. His addamus *judicia Dei*, cum primâ expeditione, ad euangelii propagationem suscepta, manifestata. 1.) *Pestilentia* antecedens notat illa mala, quæ hostes clanculum & occultè absumperunt, & vestigia iræ divinæ in adversarios nominis Christi prudentibus conspicienda præbuerunt, quibus via parata est ad feliciorum euangelii successum. Ita exempli gratiâ sublatuſ est non solùm *Herodes Antipas*, qui in exilio moritur, & *Herodes Agrippa*, qui divinâ percussione extinguitur, *Aet. 12: 19*, quique infensissimi erant Christiani nominis hostes: verū etiam immissa in *Judæam* famæ sub Claudio multos sustulit, saltem in si-

gnum ablatæ à Judæis clementiæ Dei , & præsigium iræ , amplius effundendæ , ut sic viderint attendentes Ducem nostrum se composuisse ad terram illam cum carnali hoc populo descrendam.

2. *Carbo destructionis* , omnia incendens , & in cineres redigens , cernebatu abhinc : à quo enim Judæi in suâ infidelitate se exhibuerunt obfirmatos & incutabiles , Dux ecclesiæ non solum suos eduxit ex Synagogâ Judaicâ , & credentes *Pellam* concedere jussit ; verum etiam omnem suam defensionem ab istâ Republîcâ auferens , post se abiturientem judicium desflagrationis , quæ totam illam terram devastavit , reliquit ; quod judicium exsequi cœpit divina vindicta (terram , antè in hereditatem datam , anathemate percutiens) sub finem imperii *Neronis* , quandò *Vespasiano* contra gentem Judaicam , ad arma configuentem , misso , & in poenam rebellantium totam Galilæam miserè vastante , prima viderunt incendia , præstantissimas civitates , letissimæque regiones planè absumentia : indè armis in Judæam circumlati validissima oppida iterum in potestatem suam redacta subvertit hostis , non subsistens , donec caput gentis Hierosolymas aggredetur : cujus obsidio , propter Neronis aliorumque Principum cædem quidem ad tempus interrupta , mox tamen eo cum rerum eventu instaurata fuit , ut occupata civitas Judaicæ genti ac non mini exitium intulerit , qnippetæ quæ à viëtoribus subversa & planè solo æquata , pabulum voracibus flammis facta , disparuit : quæ eadem relictorum munimentorum sors cùm fuerit , nihil ab isto carbone non destruetum remansit.

§. 3. Cum primâ gentium vocatione ille ipse , qui in populi Israëlitici introductione in terram Canaan steterat , & mensus fuerat terram , viderat & diffilire fecerat

cerat gentes , ut disjecti fuerint montes eterni , & colles seculi depresso : semet quoque exhibuit , ut cuius sicut itinera seculi , dum expeditionem euangelicam in mundo ita promovit , ut eam impedire non potuerint gentes : à quo enim Apostolorum alii in *Indiam* , ut *Thomas* & *Bartholomæus* fecisse dicuntur , alii in *Æthiopiam* , quod *Matthæo* & *Matthie* tribuitur , ecclesias fundarunt : *Andreas* & *Judas Lebbæus Thadæus* feruntur Mesopotamiam ingressi , & ille porrò in Scythiam , hic in Persidem penetrâsse. Uterque *Jacobus* major & minor cum *Simone Cananæo* Judæorum in Palæstina & vicinis oris curâsse conversionem haud levi conjecturâ assertur. *Petrus* Judæos in *Ægypto* , *Syriâ* , Cappadociâ , Ponto , Galatiâ & Bithyniâ observavit. *Philippus* in *Phrygiâ* & regiones adjacentes ; *Johannes* etiam in *Asiâ*. *Paulus* , gentium occidentalium Apostolus , regnum Christi longè lateque propagavit inter gentes , per Asiam , Macedoniam , Achajam , Thraciam , usque ad Illyricum , & inter ipsos Romanos. Secundo seculo insuper varias ecclesias fundatas fuisse in *Germaniâ* citeriori , *Gallia* , *Brittanâ* , *Hispanâ* , satis constat ; & *Getulos* , *Sarmatas* , *Dacos* , *Scythes* , *Maurosque* sub ejusdem finem Christo nomen dedisse multis in locis Tertullianus auctore est. Hinc *Justinus Martyr* ad Tryphonem . Ne unum quidem genus est mortalium sive Barbarorum , sive Gracorum , seu etiam aliorum quocunque veniant nomine ; ne eorum quidem , qui pro domibus plaustris utuntur , ac in tentoriis agunt pastoritiam , inter quos per nomen crucifixi Jesu supplicationes & gratiarum actiones patri & fabricatori rerum omnium non fiant. Ita hæc subitanea mundi sub Christi imperium facta subjectio , magnam habuit convenientiam cum primâ terræ promissæ occupatio-

patione , Christo dominante in medio hostium : & conversionem gentium , *in secula duraturam* , \* promovente : quo sensu ejus esse dicuntur *itineria seculi*.

§ 4. Ad secundi seculi tempora , quando jam plurimas orbis notioris oras tenebant Christiani , inter gentes tam dispergi (sicuti & *Israëlitæ primi* , terram inhabitantes nondum expulsis omnibus Cananæis) refero vaticinium *de tremore cortinarum Madian* : atque sic notari puto simile periculum ab insigni quâdam parte ecclesiæ amoliendum , ac olim averterat Deus à populo suo tempore *Gideonis*. Quæ amolitio facta fuit hostium tremore , dum se ihvicem invadunt , & autores mali miserè pereunt. Cum hâc historiâ conferre licet , quæ Judæis tumultuantibus facta sunt sub Hadriano ; *Judæi* enim eo tempore patriâ extores & vagi , atque ita assimilandi gentibus , *in tentoriis habitantibus* , jam à benedictionibus Abrahami exclusi , sicuti olim *Madianitæ* ex Abrahamo oriundi ; non amplius ferentes dilatam regni universalis spem , arma sumpergunt pro impostore *Barcochab* , quem pro Messiâ adoptantes , magno numero castra ejus fecuti sunt. Hi Palæstinam occupant ; urbem *Bitteram* inuiniunt , Romanos expellunt , atque partem *Ægypti* & *Syriæ* sibi subjiciunt. Præ primis contra Christianos insurgunt. *Justinus* in suâ pro Christianis apologiâ secundâ de iis , quæ ab hoc Judeorum rege passi sunt Christiani , sic loquitur. *Proximè gesto bello Judaico* , *Barchochebas* *defectionis Judaicæ Dux* , NB. solos Christianos , ad gravia supplicia , ni *Iesum Christum* abnegarent , & blasphemus incesserent , raptos jussit abduci. Verum Deus , ecclesiæ suæ misertus , istos turbones perterritus , ac gladium Romanorum , qui etiam inter Christiani nominis hostes numerandi sunt , contra eos excitavit , adeò ut

ut aliquamdiu mutuae fuerint attritiones, & tandem Judæi ad extremum usque, quotquot huic bello fuerant implicati, excisi fuerint; numerus occisorum Judæorum quidam ad quadringentas interfectorum myriadas extendunt; ut ne Madianitarum strages major fuerit. Ab eo tempore ita fractæ sunt *Judeorum* vires, ut contra Christianos nihil amplius moliri potuerint.

§. 5. Cùm tamen pergerent contra ecclesiam fluvii, id est particulares ex gentibus nationes moliri inundationem ecclesiæ, & tandem aliquandò totum mare universi imperii Romani sub *Diocletiano* insurgeteret contra eandem, ac propterea Deus varia iræ suæ signa ederet inter gentes, quæ ab iis in alienam mentem rapiebantur; cauillantes Christianos esse judiciorum divinorum causas. Desiderabant merito pii aliud defensionis medium, ut per equitatum & arcum suum denudatum conterat Deus aquas, & pacem concedat populo suo. 1. Sane multa dedit iræ suæ specimina Deus supra gentes, ecclesiæ infestas, partim Barbarorum immissionibus, partim terræ motibus, fame, peste, aliisque malis. 2. Omnium autem calamitatum & adversitatum, quibus tum imperium Romanum premebatur, illi causam calumniabant religionem Christianam: quod cùm ab aliis, tum à *Demetriano* Christianis objectum diluit *Cyprianus* tractatu contra *Demetrianum* inscripto. 3. Verum tandem obortâ gravissimâ persecutione, à *Diocletiano* motâ, in eum statum redactus est Christianismus, ut *deletum Christianorum nomen* in suis inscriptionibus jaettarent hostes; infinita Christianorum millia trucidaverint, multosque ad abnegationem fidei perduxerint: atque ita universali quasi inundatione omnes ferè submerserint. 4. *Medium salutis*, ad liberandum Christi populum ex ultimâ illâ tentatione, meritò concipitur,

ut phalanx equorum , cum curribus suis falcatis instruta , quam Deus adhibere vellet contra Tyrannos : quos velociter opprimat . Factum autem id fuit , quandò Deus singulari suâ providentiâ hinc *Constantinum Magnum* , illinc *Licinium* excitavit , & divinitùs monuit de victoriis imperrandis ; quæ res eum habuit eventum , ut præcedentium Tyrannorum , nec generis ipsorum , nec sobolis , nec stirpis remanserit vestigium . Statim ac victoria impetrata est singulari edicto Christianis & pax & liberum religionis exercitum conceditur , templaque iis sunt redditæ atque aucta . Sic isti currus subitò oppressis hostibus ecclesiæ salutem præstiterunt , Deo rem omnem moderante , iisque ut suis utente , dum hæc consilii sui instrumenta sibi præparaverat .

§. 6. Consequens hujus salutis ecclesiæ fuit arcus denudatus , & telorum impositione ad jaculandum intensus : quo eleganter verbum Dei depingitur , quod quasi denudatum concipere licet , à quo Christianis facultas data fuit euangelium publicè prædicandi , & ad propagationem regni Christi inter incredulos applicandi : in quem finem Deus multos excitavit viros doctos , quos telorum instar emisit , quorum operâ pro orthodoxyâ strenuè militatum est ; ita ut primò gentilismus de die in diem ceciderit , ac dein etiam *Arrianismus* & *Pelagianismus* , aliquique errores oppugnati , fracti & dejeci fuerint . Nisi quis fortè per arcum illum potius velit intelligere ipsum *Constantinum* , Christianismi patronum , dætores ecclesiæ ad hoc opus propagationis regni vocantem , & ad concilia convocantem ; qui omnia media subministravit , quibus & gentiles converti , & heretici dejici possent . Ille enim anteā latens subitò prodit , & quasi arcus denudatus intendebatur , Deo illum in publicum trahente , & singulari Zelo ad opus illud excitante .

§. 7. Tandem quoque notandum, ut *juramenta tri-  
buum facta fuerint dictum militare, Constantino, post  
reportatam à Maxentio victoriam, sacramentum militare  
in eam formam mutante, quæ exstat apud Vegetum:  
Liber. 2: cap. 5. nempe jurandum esse voluit, Per  
Deum, & Christum, & Spiritum Sanctum; & ma-  
jestatem imperatoris, quæ secundum Deum generi hu-  
mano diligenda & colenda est. Nil notius in baptismo  
juramentum tribuum esse in nomen Patris, Filii, & Spi-  
ritus Sancti: quo omnes obstringimur Deo, quot-  
quot Christiani sumus: quam juramenti formulam cùm  
ad sacramentum militare cernimus translatam, agnoscim-  
us etiam totam vim bellicam jam regno Christi inser-  
vientem, & ad tranquillitatem ecclesie omnem operam  
navantem. *Hugo Grotius* in libro de jure belli & pa-  
cis. Liber. 1. cap. 2. §. ix. hanc sacramenti mutatio-  
nen haud malè ad *Constantinum* refert, quippe qui in  
exercitu suo plurimos habuit Christianos, & laboro no-  
men Christi inscripsit: certum enim est Christianos Diis  
sacrificare, aut per Deos jurare constanter noluisse; un-  
dè necessitas fuit nata mutandi sacramenti formulam  
in aliam, religioni, quam profitebantur, convenien-  
tem: hinc *Tertullianus* in apologiâ cap. 32. *Sed &  
juramus, sicut non per genios cæsarum, ita per salu-  
tem eorum, quæ est augustinor omnibus geniis:* ut tota  
jurandi formula antiquis Christianorum moribus & con-  
scientiæ fuerit accommodata.*

CANTOR SECUNDUS  
**CONCENTUM**  
 CONTINUANS.

A D

CAP. III: 9. b-13.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Vers. 9. *Fluvios quod attinet, diffinde terram.*

§. 1. **T**Erminabatur sermo anterioris in voto contra *fluvios*, si Deus in eos iram vellet effundere: huic inhæret hic noster, ab eodem termino, ubi anterior desinit, progressurus. Repetit subjectum *fluvios*; quod vero, *fluvios quod attinet*: estque Hebraismus, quem in hunc modum Interpretes sèpissimè latinè efferunt, & cum tali supplemento illustrant. Licet quidam *fluvios* explicant, ut aquas in usum sicutientium præbentes, & segetem alentes, qui vertunt *fluminibus* scidisti terram, ut ex ejus visceribus eruperint aquæ: nihilominùs nos potius *fluvios* hic respiciendos esse in cādem relatione, ac vers. 8. putamus, ubi fluvii ponuntur objectum iræ divinæ, quatenùs inundationibus suis terram opprimunt, eamque vastare solent, omnia sursum deorsum vertentes: cui malo quæritur remedium.

§. 2.

§. 2. *Desideratum adversus illud malum remedium exponitur optativè , & collocatur in fissione & disruptione terræ , quâ rogat , ut Deus adversus fluvios decretam penes se iram exerceat , תְּבָקֵחַ עָרֶץ , findas terram ,* inquit , ut sit futurum *Pihel* in secundâ personâ . Lxx ποταμοῖς ράγησται γῆ : *fluvius scilicet refrænandis scindatur terra :* quô scilicet eorum exuberantes terramque obruentes aquæ absorbeantur . Hieronymus veritatem *fluvios scindes terræ* , id est , in gratiam terræ , ut aquas eorum inundantes avertas : solent enim fluviorum vires derivationibus & sectionibus frangi , ut olim Babylonii Euphratem variis fossis egelis derivârunt , quo se adversus ejus inundationes defendant . Sensus idem est ; ast prior constrûctio magis responderet accentibus . Nota eandem rem sub eodem investiri emblemate , *Appoc. 12: 5.* Fluviorum *inundationes* , quâ terræ extitum minantur , symbolum continent graviorum persecutionum , quæ adversus *terram* id est , regionem , in quâ ecclesia versatur , motæ , nil aliud intendunt , quam ut omnem ex prædicato Dei verbo segetem opprimant , ejusque proventum extinguant . Remedium vero querit , in *terra* seu regionis istius discissione , quâ fiant excavationes , aquas illas (seu populos illos) in omnia alia divertentes , atque ad sc̄ cum enervatione virium derivantes : cuius derivationis fructus foret , *felicitas seges in pace* , & sine perturbatione aquarum ve ulteriori imperu , speranda . Proin hæc spem testantur pacis , ecclesiæ post multas persecutions aliquando concedenda ; quam rogat à Deo , cuius est ita *terram findere* , ut ab aquis supernatantibus liberetur .

Vers. 10. *Viderunt te , territi sunt montes : imber a-  
quosus transiit : dedit abyssus vocem suam :  
in alium manus suas extulit.*

§. 1. Confirmat hanc suam spem & petendi fiduciam ex anteactis Dei operibus in populo priori ; ea allegans, quæ ad similem aquarum prementium derivationem fecerant plurimum: quorum primum fuerat *montium à con-  
specie Dei terror*. In textu dicitur *viderunt te , terri-  
ti sunt montes : ubi potiorè antecedens se habet ad hoc  
consequens, ut causa ad effectum suum: quasi dixerit,  
simil ac viderunt te , territi sunt montes*. Impropiè montes dicuntur *videre Deum*, pro ejus præsentiam, aut præsentem impetum experiri. Nisi potius illud *vi-  
derunt te* velimus ut impersonaliter dictum accipere; ut sensus sit , quām primum observabatur *tua præsentia*, certis sub signis conspicua; observatum quoque est illud effectum , quod *montes territi sunt*. Metaphorica est *terre motus* descriptio, in quā montes sèpè quatuntur , & in imani dejiciuntur abyssum , aut loco moventur , ut ad aquarum derivationes subnascantur valles , & fiat scissura terræ: conf. *Psal. 114: 4-6. Vulg. ver-  
tit ; & doluerunt montes. Lxx. ὅποις οἱ καὶ ὁδονόσι  
λαοὶ : videbunt te & parturient populi*. Videntur loco **הַרְיָם** legisse **מִצְרָיִם**; nisi fortè voluerint sensum adumbrare , agnoscentes *montes* hic significare populos. Ceterū varietas versionum ex latè verbi **לֹא** significatione oritur , quod & *dolere* , & dolores parturientis experiri notat. Verū etiam *timere* , & in *Hiphil* communiter exhorrescere , ac contremiscere significat. Conf. *Psal. 77: 17. 96: 6. Futurum inter tot  
præ-*

præterita notat aliquid consequens præteritum, quod antecedens suum sequebatur.

§. 2. Additur priori; *imber aquosus transit*. *Vulg.*  
*Gurges aquarum*. LXX, σκοτιζόν θάρα ποπίας, *Dif-*  
*pergens aquas itineris*: ut respiciant aquæ molam, ut  
 populo iter sternatur, fuisse dissipatum & remotum:  
 per aquas itineris hic intelligentes altissimam aquarum  
 profunditatem (qua superet & mergat homines) quasi  
 diluvium facientem. Ast nos præsè textum Hebraicum  
 sequentes, notamus vocem זְמַר ab effusione nomi-  
 nari ex loco *Psal. 77: 18.* 90: 5. hinc *imbrem* notat  
 copiosum, aquas ad inundationem usque effudentem,  
 & diluvium facientem. Confer *Jes. 28: 2.* 32: 2. quan-  
 dò autem זְמַר dicitur; hoc sit ad distinctionem 78.  
*effusionis grandinis*. Loquitur de  
*diluvio*, ex imbris nato, quod etiam efficit, ut fluvii  
 intumescant, & inundationes faciant: undē subtractis  
 pluvii, & in alias oras derivatis aquis, illi se facile inter  
 margines recipiant. Quandò imber sub diluvio cessa-  
 vit, decreverunt aquæ, *Gen. 8: 2.* Conf. *Cant. 2: 11.*  
*Imbris cessatio* notatur verbo עבר prætereundi, quod  
 aliquandò disparitionem significat, ut *Job. 30: 15.* 34:  
 20. *Psal. 144: 4.* Ita certa anni notatur tempestas,  
 quandò *hyems* præterit, & vere exsiccantur agri, ac  
 fluvii decrescere incipiunt. Hoc tempus agriculturam  
 admittit. Ita pace & tranquillitate populo redditâ, om-  
 nes ad officia sua redeunt, & respublica floret.

§. 3. Tertium, quod ex viis Dei anterioribus alle-  
 gat, est; *Dedit abyssus vocem suam*. Vox תהום  
 notat *abyssum*: seu quod infra terræ superficiem latet  
 concavum, cuius quoque pars est cavitas maris, aquis  
 obiecta: concipitur autem *abyssus* continerē aquas sub-  
 terraneas, easque ex imo in altum ejicere, & denuō

iterum recipere. Conf. Gen. 7: 11. Psal. 78: 16. Vox abyssi (quam dedisse dicitur) est fragor & fremitus aquarum, magnâ copiâ & vi in abyssum delabentium; qui tertius est modus desiccandi fluvios, & aquas eorum derivandi, ut imminutæ intra ripas se contineant, & terram non amplius infestent.

§. 4. Tandem adjungitur: *in altum manus suas extulit. Vulg. Altitudo manus suas levavit.* Lxx. secundum restitutionem Capelli υἱὸς Φαντασίας ἀντῆς ἐπήρθη, qui simul etiam id interpretatur *de superficie maris*, intelligens hoc dictum *de sublimitate patentis* & in oculos occurris abysso: quia ea pars mare est, quæ φανεται vel φαντάζεται, hoc est, *apparet* & oculis videtur. Hanc superficiem dicit elatam fuisse; quia ex magno aquarum delapsu in mare intumuit. Si quis querat, quo sensu manus tribuantur mari? volunt viri docti *ripas* seu *oras* maris hic esse concipiendas, quatenus vox יָד וְרִיד etiam latera significat: quæ per hyperbolæ dicuntur se *in altum efferre*, unità majorem aquarum, ad mare revertentium, copiam intra hos limites includant. Cl. Capellus hæc ad implorationem auxilii revocat: *attollunt*, inquit ille, *manus*, qui auxilium inclemant; *mare inducitur quasi opem inclamans*, quod vim magnam inferri fibi illâ aquarum suarum divisione sentiret. Imò quid si id fieri hic concipiamus ex magnâ aquarum & violentâ irruptione: ut *fremitus aquarum* redeuntium cum strepitu hic habeat instar vocis, cum gesticulatione elatarum manuum, dolorem & desiderium auxilii testantis. Confer quoad phrasin Psal. 28: 2. col. Thren. 1: 17. Quid si hic fiat allusio ad ritus supplicum? qui *levatis manibus gratiam & veniam rogant* à regibus præpotentibus; quales etiam palmas pretendere solent, in signum armorum depositorum,

torum, dum pacem rogant. Sicuti in nummis Romanorum pinguntur Armenii & Parthae supplicantes.

§. 5. Ego tempora Davidis respici puto, quando montes quidam morti sunt & aboliti, dum varia regna sunt devicta & subjugata, & latè diffusum est populi Dei imperium, etiam ad Euphratēm usque, subjugatis Ammonitis, Moabitis, ipsisque Syris, ac Idumæis. *Imber aquosus transiit*, cum posteri Canaänitarum sunt consumpti, qui bellorum suppeditabant ansam. *Deserit abyssus vocem* quasi fremitū ex multorum descensu ad inferos, & aliorum fugiā in insulas maris: videntur *Philistai*, inaris accolæ, partim sublati, partim fugati, & coacti in insulas se recipere: ut ille Salomoni reliquerit regnum pacatum, & planè sine hostibus. *Quievit* tandem *mare gentium*, & se continere coactum fuit, imò & manus levando obstupuit potentiam populi in auxilio Dei; non ex amore, sed metu & sensu doloris gratiam quærentes regis Israëlitarum. Huc refer munera Salomoni à multis gentibus missa, quæ eopse pacem rogabant, & manus protendebant.

Vers. 11. *Sol, luna ubi steterit intra habitaculum: ad lucem telorum tuorum ambulent; ad splendorem fulguris hastæ tue.*

§. 1. Pergit nunc à datâ pace ad ulteriorem profectum in proinventâ mundi occupatione, eique petitioni præmittit statum connexum, quem ita effert, *sol, luna stetit intra habitaculum*. Inquirendum autem omnia, quid sit זבול & בול ? Quidam cælum interpretantur, ut locum commorationis solis & luna, atque verbum עמר exponunt, ut intermissionem motus

significans. Ex horum sententiâ hoc in loco ad grande illud miraculum sit provocatio , quod accidisse , dum Iosua quinque Canaenaeorum reges fugientes prosequebatur , legimus , *Jos. 10:10. 11.* Lxx τάξιν vertunt , legentes ἐπίρθη δῆλος , καὶ οὐ σελήνη ἔσῃ ἐν τῇ τάξει αὐτῆς : ut illis idem sit ac tueri stationem suam , & manendo in ordine suo , quasi inter militantes pugnare ; sicuti in cantico Debora dicuntur *stella* in ordine suo pugnasse adversus Siseram . Ita coelestia lumina concipiuntur , ut in populi Dei defensionem quasi coöperantia. Aliis placet significatio habitaculi , instar tugurii , in quod quis se recipiens , semet omnium oculis & conspectui eripit : atque ita solis & lunæ habitaculum seu tugurium , erit nubium involutio , unde dies obscurus , & nox atra ; atque tunc non adeò respicitur ad opus antiquum , sed ad statum connexum , propter tenebras lucein postulantem : quasi dicat , quando sol & luna steterint in tugurio , atque intra illud se abdiderint , tunc quæso non denega omnem lucem . Sic descriptio erit temporis tenebrarum , populo Dei imminentis , & post primam liberationem ex persecutionibus exspectandi .

§. 2. Petatio est , ut ambulent , scilicet qui , ad expeditionem illam nobilem vocati , regni Christi populum constituunt. Ambulare dicuntur , qui lento gradu progredientes pedem prudenter figunt , ne labantur , atque viam suam retinent , quam tenere debebant. Hi ponuntur in illâ ambulatione (seu religionis praxi) certo expositi periculo , propter tenebras , totum orbem obscurantes : quæ ambulandi exercitium , nisi aliundè lucem adsciscat Deus , prohiberent. Jam vero ad tenebrarum aliqualem propulsionem petit telorum Dei lucem , & hastæ ejus splendorem : quibus viam dignoscant , ut non à tramite aberrent , quotquot ad exercitum

tum Angeli Duxis pertinent. Notantur hæc *tela Dei* juxta cum ejus *hastæ*: quæ duo belli instrumenta inter ea recensentur, quibus hostes oppugnantur, & vulnerati prosternuntur: *tela arcu*, *hastæ* manu projiciuntur. Ipse Christus ut *telum seu sagitta* proponitur *Ies. 49: 2.*, potestque hoc Symbolum, eminè hostes debellans, in militia spirituali concipi tanquam emblemata Doctorum, suis donis ad hostium convictionem instructorum; quatenus sunt instrumenta Dei, quibus utitur, quæque ad subjectionem infidelium applicat. *Tela ista* concipiuntur ut *lucem spargentia*, seu *lucida*, allusione factâ ad *tela ignea*, quæ accensa mittuntur, & *lucem* edunt, atque simul incendunt. Sint Doctores isti zelo Spiritus Dei inflammati, atque efficientes in convictis, ut cor eorum incensum ardeat in ipsis. *Luc. 24: 32.* Tales forent emittendi ad gentilismi debellationem spiritualem, & efficiendum, ut causâ cadant, qui se ecclesiæ opponunt. Hi in illo ipso opere credentibus adhuc qualcumque *lucem* præberent, dum viam parerent, quâ cundum sit.

*Hastam* adjicit, quæ inter arma potentissima censetur, quæ fortissimi Herois eminè pugnantis vibrari solet manu. Hoc dum in manu Dei concipitur, symbolum est primarii in hoc bello instrumenti, quo ad hostem convellendum uti velit Deus: intellige virum aliquem principem & primarium, quem in hunc usum Deus sibi separaret aliquando. Huic tribuit *splendorem fulguris*, allusione ad vehementiorem hastæ rotationem aut concussionem factâ, quâ fulgura mittere videretur. Sunt autem & *fulgura*, *splendorem* emittentia, symbolum terribilis hostibus majestatis. Hæc instrumento adhærent, ubi in hostes immittitur, & severiora Dei iudicia executioni demandat. Est etiam ad ambulandum in

in viis Dei *lux aliqua spectabilis in judicis Dei*, quæ immittuntur in idololatras; dum falsa illa numina non amplius defendere possent cultores suos, & cedere regno Christi juxta verbum ejus cernuntur. Quia in re, qui triumphum regni Christi animadvertisunt, non possunt non firmari in fide euangelii, & ex contemplatione viarum Dei lætitiam concipere spiritualem, dum Deum agnoscunt fidem in servandis promissionibus, & constantem in adimplendis de regno Christi vaticiniis.

**Verſ. 12. In rigore progrediāris per terram. In irā tritūres gentes.**

§. 1. Ad promotionem regni Christi per orbem rogar, ut Deus per terram progreāiatur in vel cum rigore. Elegans descriptio continuandæ victoriae & promovendæ occupationis mundi, per progressum Dci per terram. Verbum יְמַלֵּךְ constanter notat gradī, & progređi. *Jud. 5: 4. 2 Sam. 6: 13. Psal. 68: 8.* atque eleganter progressum in expeditione promovenda depingit. Quod autem terra particularis filiorum Canaän erat respectu prioris testamenti Israëlis: id terrarum orbis est respectu Novi Testamenti: ut hic desideret ultiore mundi subjectionem sub Deo. Verū addit בָּנִים in & cum rigore; ita ut pateant vestigia iustorum Dei judiciorum; vox indignationem aniini includit, quæ nullo modo parcit devictis, sed juxta rigorem legis procedit contra obnitentes. *Hic terra concipiatur habere colonos adhuc refragantes.*

§. 2. Exaggeratio huic adhæret, quandò additur: *in irā tritūres gentes.* Punienti vocantur gentes, quas ecclē-

ecclesia cupit, ut subigantur: atque ita notantur homines adhuc in idololatria & polytheismo perfstantes, qui Christum & Deum in Christo non venerantes se adhuc euangelio opponent. Judicium, quod postulat, vocatur *trituratio*, per metaphoram, ab agricolis translatam, qui fruges in areâ terentes paleam tribulis rotisve minutatim concidunt, ut frumentum prodeat, & separari facilè possit; vel etiam pedibus jumentorum excutint. Hinc *trituratio* inter supplicia recensetur, *Jud. 8: 7-16.* *2 Sam. 12: 31.* *Amos. 1: 3.* *Mich. 4: 13.* Significat autem hostes ita conculcandos, confringendos, ac minutatim justo Dei judicio concidentes, ut piros ac euangelio credentes non amplius obtuere possint; sed pati debeant, ut emergant, ac suâ professione in publicum prodeant. Addit, *in irâ*, ut hæc *trituratio* respiciatur tanquam effectum *iræ divinae*, impietatem & veritatis oppugnationem omnem pro merito vindicare suscipientis.

*Vers. 13* *Egressus erat ad salutem populi tui, ad salutem [adest] cum uncto tuo; qui deflexisti caput ex domo improbi, denudando denudes fundamentum ad collum usque.*

§. 1. Antiquum rursus commemorat beneficium, erga antiquum Dei populum præstitum, quod vocat *egressum ad salutem populi sui*. Notum *populi Dei salutem* in sacris notare ejus erectionem ex omni malo, & quocunque periculo, etiam eo, quod ab hostibus, gentiis & fidei exterminium minantibus, imminebat. Quale quid sæpius populo Judaico evenit; præsertim, quando *Hiskiae* tempore *Sanherib* terram invaserat, & in-

sultans adversus gloriam Dei, civitatemque sanctam ob-  
sidione inclusam tenens, videbatur res populi redigisse  
ad incitas. Tunc *egressus est Deus ad salutem populi  
sui*, atque edita per Angelum in exercitu hostium in-  
fandâ strage, non solum ultimas populi dispulit angu-  
stias, sed & hostium reliquias in terram suam redire, om-  
niaque occupata relinquere, coëgit. Vide 2 Reg. 18:  
19. Jes. 36: 37.

§. 2. Huic fundamento superstruit novam gratiam,  
quam super populum Novi Testamenti ad prioris exem-  
plum implorat: dicens, *ad salutem cùm uncto tuo ade-*  
*stor* Prævidet novum periculum ab Antichristo me-  
tuendum. Rogat, ut *Deus cum uncto suo adsit*: nam  
verbi substantivi ellipsis hîc supplendam statuimus, quod  
& sensus postulat. Implorat itaque hic auxilium Dei Pa-  
tris contra Antichristum: quocum jungit filium, ut *ab*  
*eo unctum in Regem Sionis*. Conf. Psal. 2: 2. 6. 7.  
45: 8. Jes. 61: 1. Quandò dicit *cùm uncto tuo*, pe-  
tit, ut Pater se jungat filio, ad salutem illam satis pa-  
rato: nam de Christo, tanquam expeditionis duce at-  
que capite perpetuò egerat in tertią personâ, quem in  
hoc voto concipit, ut accinctum & promptum ad auxi-  
lium. Notandum Christum hîc considerandum esse,  
ut suâ intercessione hoc agentem, quod erat in votis;  
eius enim est, populum suum asserere, ejusque libera-  
tionem ex manu Antichristi postulare, ut nil p̄iæter Pa-  
tris concessionem requiratur, qui manum suam conjungat.

§. 3. Antiquum salutis specimen atque exemplum  
collocat in certo quodam opere, quod in hunc modum  
describit; *deflixisti caput ex domo improbi*: qui fuit  
modus salutis populi, quo auctorem periculi fustulit.  
*Caput* vocatur Princeps gentis, à cuius nutu totum cor-  
pus dependet, & cuius arbitrio gubernatur. *Domus*  
*impro-*

*improbi* est familia regia , in qua *improbitas* domina-  
tur , quæque multis sceleribus inclaurit , præprimis im-  
pietate contra Jehovam. Tale *caput* fuit *Sanherib* ,  
Rex Assyriæ , Deum blasphemans: quem *defixit* Deus ,  
dum castris exutum , eum occidi jussit , à quo in terram  
suam redierat , & quidem in templo Idoli sui.

§. 4. Hinc iterum collationem perpetuando pergit  
ad votum. *Denudando denudes* fundamentum ad col-  
lum usque. Vox יְסֻוּ fundamentalum notat. Verùm  
hic notat *caput* *fundamentale* seu *præcipuum improbum*,  
omnibus *improbitate* *præcellens*. Verbum עֲרוֹת in in-  
finitivo ponitur per ellipsis verbi finiti , per singularem  
Hebraismum , quæ ratio est , cur vertamus , *denudan-*  
*do denudes*. Est autem illa *denudatio* *judicii* divini spe-  
cies jam observata cap. 2 : 16. *Ad collum usque de-*  
*nudare* dicit plenariam omnis gloriæ exutionem , cum  
ultimâ ignominia conjunctam , ut ejus turpitudo in om-  
nium incurrat oculos. Hoc *judicium* spectat ad mani-  
festationem Antichristi , cui detrahenda aliquandò erant  
velamenta , sub quibus aliquamdiu latitaret.

# HISTORIA IMPLEMENTI.

§. I.



Ux hic rogatur *terre ad fluvios absorbendos disjunctio*, convenit cum *Apoc. 12: 15. 16.* atque suum invenit implementum in pace ecclesiae, sub Constantini Magni imperio adeptam, quando horrendae illae aquarum eruptiones, ecclesiæ territorium infestantes, quasi absorptæ sunt: cessarunt enim ab eo tempore infandæ istæ, quas antehac adversus Christianos moverant hinc Imperatores gentiles, illinc populi pro cultu Idolorum furentes, persecutio[n]es, evanescente paulatim antiqua gentium sub imperio Romano Idololatria, quam tandem effectum est, ut iis in locis Christianismus tantum obtinuerit. Prima hujus beneficij ansa in terræ (seu territorii istius) divisione spectanda est, quando sub finem imperii Diocletiani ita partiti sunt amplissimam Monarchiæ Romanæ ditionem, ad regni consortium adsciti, ut alias Africam, alias Orientem, tertius Occidentem, quartus verò quod reliquum erat, tenuerit: factum enim est Anno 305. Kal. Martiis, ut *Diocletianus & Maximianus* purpuram deponentes, *Constantium Galeriumque Augustos* nuncupaverint, *Severum autem & Maximinum Dazam* Caesares. Gallias Britanniisque tenuit *Constantius*, Thraciam, Illyriam & adjacentes regiones *Galerius*: qui *Sereno Italiam dedit*, unâ cum *Hispaniâ & Afriod*: atque *Maximinio Dazœ Orientem*. Hæc divisio ansam dedit

dedit æmulationibus & bellis : dum mortuo *Constantio*, & *Severo* ad Augustæam majestatem electo Anno 306 *Maxentius* ditionem *Severi* invalit , quem anno sequenti superavit & occidit ; undè *Severi* loco à *Galerio* substitutus est *Licinius* , & Augustus denunciatus . Quod cùm ægrè ferret *Maximinus* (qui haec tenus Cæsar duntaxat ab omnibus fuerat appellatus) semet ipsum ab exercitu passus est Augustum renunciari , idque *Galerio* literis indicavit . Hinc bella nata inter *Galerium* non tantum & *Maxentium* ; verùm etiam inter eundem *Maxentium* & *Constantinum* : nec non inter *Maximinum* & *Licinum* : prioris exitus fuit *Maxentii* Anno 312 , posterioris *Maximini* extinctio Anno 313 . Substulit quoque *Licinius* , jam victor , *Valerium* , *Candidianum* *Galerii* , & *Severianum* *Severi* filium , liberos *Maximini* , *Valeriam* & *Priscam* , matre in *Orontem* præcipitatâ , atque ita omnem Tyrannorum progeniem . Horum omnium sequela fuit pax ecclesiæ ; quam cùm *Licinius* iterum turbaret , *Constantini* monitis haud cedens , ab eodem quoque debellatur , & sc à consiliis de recuperando imperio non abstinenſ unà cum consul-toribus interficitur : à quo alta Christianis , quām latè regnabat imperium Romanum , quies fuit concessa . Sic divisio terræ ansam dedit absorbendis flaviorum aquis .

§. 2. Post felicia illa tempora , quæ tertiam Ecclesiæ Novi Testamenti constituunt periodum , secuta est quarta periodus , quæ tenebras invexit in ecclesiam ; quâque caput exultit in eâdem *Antichristus* , dum Pontifices Romani , oppressâ Christianâ libertate , hierarchiam , seu dominatum ecclesiasticum constituerunt , *Phocæ* , Imperatore parricidâ , *Bonifacio* III concedente , ut ecclesia Romana omnium ecclesiârum caput , &

Episcopus ejus oecumenicus ac universalis esset atque diceretur : à quo tempore primatus Papæ ita increvit authoritate , potentia , & opibus , ut ille non modo Ecclesiasticam , sed etiam civilem potestatem invaserit ; atque summos Imperatores Regesque sibi subjecerit. Ab istis temporibus , sol & luna stetit intra tugurium , seu recessit lux & lumen ab ecclesiâ , propter spissas ignorantiae tenebras , quæ invaluerunt. Hinc *Johannes de Molinis* in speculo Carmelitarum cap. 6. apud Balæum : à tempore Heraclii Imperatoris ad nostra tempora , die vergente ad Vesperam , eclipsin passa est ecclesia , ad occasum cecidit , imò ferè ad defectionem pervenit. Nec non propter potentia mundanæ defectionem à fide , & cessationem ab officio erga ecclesiam : magnam enim orbis partem occuparunt *Muhammedani* , quorum arma totam *Asiam* & *Africam* ferè subjugarunt ; imò ipsam *Hispaniam* quoad magnam partem fecerunt suam. Cæterum ecclesiæ causam turpiter neglexerunt multi Imperatores , Reges , atque principes : atque ita *Luna* ecclesiæ lumen negavit.

Aliquod tamen in isto rerum statu levamen & remedium attulit , *Carolus Magnus* , atque ejus temporibus ipso auctore aliqualis lucis facta est restitutio. Laudatur apud *Hottingerum* potissimum ille „ quod ejus operâ sacræ literæ , cleri oscitantiâ neglectæ denuo in lucem fuerint protractæ. Quantum ille sacris scripturaræ canonicæ libris tribuerit , cum ex eo patet , quod omnes Veteris & Novi Testamenti libros , librarium imperitiâ , lectorum oscitantiâ , interpretum inscitiâ & incuriâ temporum degravatos , ad amissum veritatis & fontis correxerit , & quod Novum Testamentum non dubitaverit in linguam Germanicam convertere : tunc ex multis , quæ allegari possent , præclaris & lucu-

luculentis ejus sententiis. Hujusmodi est illa in præfatione libri adversus Synodum septimam de idololatriâ. Ibi enim gravissimè invicitur in illos religionis ecclesiæque Antistites, qui, ut inquit, postpositâ sanâ sobriâque doctrinâ, & parvi pendentes illud apostolicum, si quis euangelizaverit vobis preter id, quod euangelizatum est, et si angelus sit, anathema sit, & transgredientes contra propheticam institutio- onem terminos majorum per infames & ineptissimas Synodos Ecclesiæ inferre conantur, quod nec salvator nec Apostoli intulisse noscuntur. Optimo huic Imperatori tribuitur etiam quarumcunque literarum restaurandum studium enixum, quo linguarum & disciplinarum lumen quasi sopitum & tantum non extinctum denuò accendit. In quem finem varios viros doctos evocavit & fecit, scholas & academias plures crexit, inter quas numerandæ sunt Parisiensis, Ticinensis, Pavavina, Osnabrugensis, & Reginoburgensis. Nec alio proposito tot fundavit monasteria, nisi ut juventus bene in illis instituta utilis esset exemplo & doctrinâ hominibus, & qui in illis consenserent, mundi stultitiae & pompâ contemptâ, contemplationi & orationi se tradentes, statuerent, docerent morum probitatem, veraque religionem populum: ut ex Mutio Hottingerus. Fuit illi à consiliis sanctioribus & Eleemosynis Flaccus Alcuinus, cognomento Albinus, Latinè, Græcè & Hebraicè doctis, Rhetor, Philosophus Mathematicus & Theologus nobilis, ex cuius consilio Parisiensem Academiam instituit. Textus euangelicos & epistolares Carolus Magnus singulis dominicis operâ Pauli Diaconi adaptavit. Tantus literatorum Mæcenas hoc suo ergâ eruditonem & pietatem patrocinio effecit, ut variis telis instructa Dei pharetra fuerit, atque in publicum

blicum prodierint viri pietatis & eruditionis lumine præfulgidi , quorum operâ usus est in convertendis gentibus , & in quorum luce ambulavit exercitus Dei , pergens in gentibus Christo submitrendis. Sic Christo nomen dederunt seculo VIII Westphali , Saxones , Brunsvicenses , Frisones , Hungari , Bavari aliqui Germani. Ipse fuit *hasta* in manu Dei , cuius fulgura fuerunt cum splendore , quippe qui multa cum Westphalis gessit prælia , eosque magnis affecit cladi bus , coëgitque Christianam amplecti regionem relicto idolorum cultu : per xxx annos continuos bellum quoque gessit contra Saxones , quo nullum atrocius , nullum magis diuturnum fuit Francorum regibus , caque conditione demum finitum est , ut abjecto dæmonum cultu Christianæ religionis sacramentum susciperent. Anno 794. Tuellinus Rex Hungarorum se & patriam suam dedit Carolo & baptizatus est , ut legitur in *Fasc. temp.* I pse de sacrâ scripturâ ejusque evidentiâ , sufficientiâ et auctoritate recte sentiebat , imaginum adorationem in Synodo Francofurtensi damnavit , Adorationis unicum obiectum Deum statuit , in coenâ panem et vinum sumi in figuram corporis et sanguinis Christi affirmavit , de prædestinatione , virium liberi arbitrii impotentiam , usu legis , et justificatione fidei per gratiam sine operibus recte sentiebat , orthodoxa Augustini dogmata amplectens. Papam infallibilem haud agnovit , quod ex solâ adorationis imaginum damnatione constat. In hoc rerum moderamine factum est , ut ad telorum illorum lucem ambulaverint adhuc orthodoxi in istis tenebris , & in splendore fulgurum tantj bellatoris , ut *hastæ* Dei promota adhuc fuerint regni Christi pomaria.

§. 3. Concipiatur quoque in ardore progredi per terram , quod factum puto , quando Deus totum ecclesiæ territ-

territorium pervadens multis cum ardoris et rigoris indiciis, ubique degeneres Christianos hinc Normannorum aliorumque Barbarorum, illinc Saracenorum invasionibus castigavit: imò orientem sub Saracenis subjugavit, qui, oboto *Muhammed* subito, Arabiam, Syriam, Persiam nec non Ægyptum, Nubiam, Africam ac Hispaniam occuparunt. Hujus consequens fuit *gentium trituratio*, dum idolatria non solùm in Occidente, verùm etiam in Oriente fuit extirpata, & gentes idololatricæ præsertim à Saracenis, ac postmodùm à Turcis, severè in modum fuerunt ablaræ, *Muhammedanis* unius Dei cultum ubique introducentibus; undè latè per Africam, Persiam, Tatariam & Indiam excisiæ sunt gentes, & coactæ idola omittere. Quibus mediis tamen effectum est, ut *Christiani* à gentilium persecutionibus liberati, per omnes istas terras liberum acceperint religionis exercitium; atque tanquam triticum excuslum fuerint manifestati. Ita pudefactus & planè damnatus est tandem gentilismus, in notissimis orbis terrarum partibus, in quibus olim Apostoli euangeliū prædicaverant. Imò saltem eo usque prævaluuit nomen Christi; in quantum ipse Muhammedanismus negare non audet *Mosen* *Judaorum*, & *Christianum* *Christianorum*, doctores veritatis fuisse, verique Dei veros legatos, cum intaminatæ religionis lumine suos illustrantes.

§. 4. Tandem fit transitus ad manifestationem Antichristi, quocum salus ecclesiæ periclitaretur. Supponit sub capite improbo ultimum ecclesiæ & doctrinæ salutis periculum affore, quo planè pereat, nisi Deus cum Unito suo faciat gloriam suam afferat, & Christo manum porrigit ad salutem. Secula secuta sunt, quibus densissimæ fuerunt tenebræ, & *Antichristus* caput extulit: Audia-

mus ipsum Baronium ad seculum x. certè quidem, scribit ille, *in nullo unquam versari visa est ecclesia graviori discrimine, nec manifestiori pereundi penitus constituta periculo, quam cum ingruentibus seculo illo est jaētata procellis; quæ sub Ethniciis, hæreticisve passa nulla est præ iis, quæ tam indigna, turpia, deformia, execranda & abominanda sit coacta pati sub Christianis &c. Quot tunc, prob pudor, prob dolor! in eandem sedem visa horrenda sunt monstra? quot ex us oborta sunt mala, consummata tragedia? q̄libus tunc ipsam sine maculâ aut rugâ contigit aspergi sordibus, putoribus infici, inquinari spurcitiss, ex hisque perpetuâ infamia denigrari? &c.* Neque seculis aliquot sequentibus meliorem cernere licet ecclesiæ faciem. De seculo xi scriptis Aventinus; agnovisse plerosque omnes bonos, apertos, justos, ingenuos, simplices, tum imperium Antichristi cœpisse, quod ea, quæ Christus servator noster tot annos ante nobis cantavit, eo tempore evenisse cernerant, idque eos memoriae literarum prodidisse. Ad seculum xiiii seu annum 1206 non diffitetur Baronius vulgarem famam fuisse, *Antichristum eo tempore revelatum iri.* Atque sic de seculo in seculum, cum omnia in pejus ruerant. Salutem huic malo oppositam constituit Propheta in fundamenti, seu capitilis præcipui denudatione ad collum usque, quæ omnia pateant ulcera, & pudenda coram oculis non planè excæcatorum conspiciantur. Ita cognitus est Papa Romanus, & agnitus ut Antichristus, ejusque ecclesia ut Babylon non solum testibus veritatis, verum etiam seculo xii convallensibus & per eos Waldensibus ac Albigensibus: hūc facit tractatus convallensium contra Antichristum circa tempora Petri Brusii conscriptus, quem linguâ Sabaudicâ vulgârunt, atque Joh. Paulus Perrinus Lugdunensis ex antiquissimo codice MSS. edit:

dit: ut illa *denudatio*, jam ante multa secula animadversa *ecclesiae* fuerit *saluti*, dum hos secuti *Albigenses*, *Wiclefistæ*, *Bohemi*, & post hos *Protestantes* crediderunt sibi dictum *exeas ex Babylone popule mi.* Ja-  
tent Pontificii *Papam esse fundamentum ecclesiae suæ*; & caput præcipuum atque unicum; nos animadvertisimus illud *denudatum ad collum usque in salutem ecclesiae*, Deo se uncto suo filio ad illam denudationem adjungente. Gradatim facta est illa *denudatio*, multis quidem in pudendo hoc scorto turpia agnoscitibus, donec plenariò detractis omnibus velamentis *ad collum usque fuerit revealatum*, & omnia ejus ulcera munifestata sint; ulcerosum corpus agnoscitibus tot nationibus per reformatiōnem de erroribus Papæ melius eruditis; & scortum illud detestantibus.

# EPIPHONEMA PROPHETAÆ

AD

CAP. III: 14-19.

## EXPOSITIO TEXTUALIS.

Ver. 14. *Designasti in tribubus ejus caput pagorum ejus. Horreant, qui ad me dissipandum veniunt, quorum exultatio est, quasi egenum comedere in occulto.*

§. 1. **R**edeunt loquendi vices ad Prophetam ipsum, qui sermonem ad Deum continuat, atque hic loci ad aliquam decreti divini partem provocat, dicens: *designasti in tribubus ejus caput pagorum ejus. Affixum relativum, quorsum referendum sit? ante omnia videndum. Sunt, qui hic hostem, quasi digito monstrari purant, qui hinc verba ad eum sensuum trahere coguntur, ut judicium aliquod gravissimum in se contineant; quorsum respicit V. Vulg. Maledixisti sceptris ejus (legit illa) capiti bellatorum ejus. Item lxx. Διέκολας ἐν ἐκσάτει τε Φαλάς δυνάσων. Præcidisti (aut ut Hieronymus divisiisti) in stupore capita potentium. Alii perforasti Scipionibus ejus caput paganorum ejus. Verum non*

non video, quomodo *hostis* notatus distingui possit à *capite paganorum ejus*: cuius enim sunt pagani, ille est caput paganorum. Nec video, quomodo dicatur scipionibus perforatum caput, cùm scipiones sint percutiendi, non perforandi instrumentum. Nos potius supplicatorem hoc affixo relativo digitum intendere putamus ad *populum Dei*, de quo præcedens sermo egreditur: seu potius ad *Messiam unctum*, cuius versu antecedente facta fuerat mentio. Hujus erant *tribus*, & *pagi*. Igitur erat populus, quasi in *tribus* divisus: nec dubitari potest, quin vox **מִתְּנָה** non solum scipionem, verùm etiam *tribum* significet: hoc enim constat ex locis *Num. 1: 4.* *18: 2.* *36: 7.* atque hic sensus jam vers. 9. obtinuerat, ubi *juramenta tribuum* allegabantur. Concipitur autem ut in *tribus* divisus populus Christi ad exemplum Israëlis antiqui; ut novus populus sic spectetur tanquam *verus Israël*, mundum juxta divisionem in varias regiones possidens, licet nondum in pace. Vertere etiam licet *inter tribus ejus*, mundum inhabitantes. Dein describit territorium regni Christi, ut constans *ex pagis*, & *pagorum capite*. Vox **פְּרוֹזִים** significat villas, vicūs, seu oppida non munita *Esth. 9: 19.* sicut etiam in plurali cum terminatione *fœmininâ* *Ezech. 38: 11.* *Zach. 2: 8.* licet quoque notet *paganos* *Esth. 9: 19.* id est pagos inhabitantes, qui sub aliqua metropoli subordinantur, ad quam se recipere possunt, sicuti ab hostibus invadantur. Cur V. Vulg. legat *bellatores*? & LXX exponant *dynastas*? equidem videre non possum; cùm indicata vocis significatio constanter obtineat. Hæ villæ constituere territorium Christi considerantur, & sub eo nomine veniunt; quia certo quodam tempore ecclesia in mundo spectaretur, ut omnibus in locis, ubicunque degunt fideles,

externis munimentis destituta , nihilque virium huma-  
narum habens , imò hostilibus invasionibus patens , ab  
adversantium incursionibus et armis facile exscindenda ,  
nisi ad salutem veniat Deus cum Christo suo. Verum ,  
quod ecclesiæ solatio est , pararet Deus caput pagorum  
Christi ; ubi שָׁנֶה non significat Principem ; quia di-  
stinguitur à Domino pagorum ; Christus tantummodo  
conciendiis est ut Princeps pagorum & caput ecclesiæ ,  
à quo tamen hoc caput distinguitur : verum pro subje-  
cta materia caput pagorum notat locum primarium , qui  
pagis præberet refugium & protectionem ; sicuti urbs  
munita pagis circumiacentibus ; in quam se recipiunt  
pagani , & villarum coloni. Nisi fortè magis placeat  
vocem istam exponere per initium pagorum ejus : sicuti  
vox שָׁנֶה sèpè initium rerum significat ; atque ita pa-  
gorum inhabitatio censembitur ut incepturna ab initio quo-  
dam , quod indè pergeret in plures oras. Circa hanc  
rem testatur , Deum tale caput designasse. Ob dubiam  
verbi significationem Interpretes quoque hic in varia  
abeunt. Significat enim verbum נְקַב exsecrari Job.  
5: 3. Num. 23: 8. 25. & hoc respicit V. Vulg. quæ legit  
Maledixisti sceptris ejus. Sed tunc objectum regit sine  
præpositione : nec quadrat exsecratio in sceptra & terri-  
toriorum aut bellatores Christi. Notat & perforare 2 Reg.  
12: 9. Job. 40: 19. 21. sed nunquam induit sensum  
affligendi , nec id convenit aut scipioni , aut capiti pa-  
gorum Christi. Observandum itaque hoc verbum ad-  
huc aliam exercere significationem , scilicet rem nomi-  
natim designandi & definiendi , quam videre licet Gen.  
30: 28. Num. 1: 17. Jes. 62: 2. ut in phrasí meta-  
phora sit ab opere stili graphiarii mutuata , cuius ductu  
puncta in tabulis imprimuntur : ut hic sit descriptio de-  
creti non solum , verum & indicationis propheticæ , cu-  
jus

jus interventu Deus speciatim designavit & indicavit locum refugii aut initii pagorum : undè opus assertionis ecclesiæ gloriosum inciperet.

§. 2. Ex tam solido fundamento petit , ut horreant , qui eum dissipare cogitant : dicit enim post præmissam illam hypothesin . Horreant qui ad dissipandum me , supple veniunt . Notat ergo varios , quorum consilium erat dissipare ecclesiam : quâ in re aslumit Propheta noster personam populi Dei , dicens : *לְהַפְצֵנִי ad dissipandum me.* Verbum פָּוֹ in Hiphil *dispergere* & *dissipare* notat : vide Deut. 4: 27. 28: 64. Jes. 24: 1. quod includit unitatis disjunctionem , & conjunctio- nis solutionem cum propulsione in varias oras : ut hostium istorum consilium sit ecclesiam persecui , & membra ejus in exilium dispergere , ne vires suas conjungere possint . Adversus illos , quo pessimum hoc eorum consilium irritum fiat ; rogit tanquam medium , ut horreant . Verbum טַע à voce derivatur , quæ *procellam* significat : hinc vertitur *venire ut turbo , procellam moveare.* Verum potius ex usu verbi dicendum , quod *horrescere* & ex horrore *commoveri* significet , ut patet ex locis . Jon. 1: 11. 13. Deut. 32: 17. Psul. 58: 10. Ezech. 27: 35. ratio metaphoræ est , quia sicut à procellâ moventur arbores , & quatuntur fluctus aquarum : ita homines à terrore panico contremiscunt et horrent . Petit itaque ut terrore panico ab executione consilii de dissipanda ecclesiâ absterrentur et cohibeantur . Hoc legitimè sequitur ex consilio Dei *de pagis* , et sine munimentis habitantibus conservandis : qui alias facile dissipantur .

§. 3. Hujus petitionis æquitas in hostilis consilii ulteriori iniquitate collocatur : depinguntur enim ut sola dissip-

dissipatione haud contenti , sed qui dissipatos , & ita vi-  
ribus fractos studerent absumere : huc collimant verba ,  
*quorum exsultatio est quasi egenum comedere in occulto.*  
Crimen gravius est *egenum quasi comedere in occulto* ,  
quam cum solùm dissipare. Qui hanc injuriam præter fas &  
æquum ab iis pateretur , appellatur נָגֵן homo *egenus* ,  
*inops* , omnibus viribus & auxiliis destitutus , qui non  
sit semet opponendo : à quo hostes nil habebant me-  
tuendum. Sub hâc denominatione *quilibet fidelium*  
istius temporis venit , qui in istâ periodo , seu in illo  
die angustiax persecutionis foret objectum. Hi *in pagis*  
habitantes , hostium furoribus ut inopes & cogeni expo-  
nerentur , quippe propugnaculis & patronis orbati. In-  
juria metuenda est *quasi comedeti*. Verbum אָכְלָה *come-*  
*dere cibum* notat , & vocula בַּמְּנֻסֶּה *quasi* , adjecta , sub-  
innuit verbum *comedendi* hîc impropriè & propter ali-  
quam similitudinem adhiberi , ut isti hostes crudeliori-  
bus suis dilaniacionibus , & fidelium occisionibus cum  
feris & carnivoris conferantur animalibus , qualia  
sunt leones , tigrides , ursi , lupique rapaces , qui ex  
rapto vivunt , et teneros de grege agniculos rapientes  
in cibum suum convertunt. Hoc sensu verbum *come-*  
*dendi* sumitur *Psal. 14: 4. Deut. 7: 16. 31: 17. Ez-*  
*zech. 34: 5. 8. 10. 35: 12.* In consilio hostium de-  
cretam concipit *lanienam* , ex qua non aliter atque fe-  
rae ex ovium devoratione satietatem quærerent. Ad-  
ditur בְּמִסְתָּר *in occulto* , *in latibulo* , quod quidam  
referunt ad *egenum* , ut dissipatum , et ex metu in latibu-  
lo latentem : quem ibi obruere et comedere cuperent.  
Alii potius (ut et *Drusius*) ad *comedendi* actum refe-  
runt. Fortè *in occulto comedere* est clandestinis artibus  
consumere , quibus nolint videri id agere quod agunt ,  
alienum persequendi et perdendi titulum quærentes ,  
longe-

longeque alias agendi caussas fingentes, quibus crudelitatem suam obvelent, & postulatum iustitiae obtendant. Sic Parœmias *panis clandestinus suavis* esse dicuntur.

Exaggeratio criminis latet in verbis, *quorum exsuffratio est*, ac proin quibus vultupe est, tali modo tenellos gregis Christi agniculos absūmere: quippe qui hoc crudelitatis genere delectantur, & hoc consilium sibi succedere gaudent: in quā animi delectatione persplendet ἐπιχαρακής vitium, quod ex alieno malo & danno lātitiam concipit.

Justificatur quoque ex istâ causâ petitio, ut horrore, divinitus immisso, contremiscant, atque adeò absterrantur à proposito: ita enim solent fera illa animantia ab excursu prohiberi mediis, terrorem illis incutientibus, ne audeant adversus gregem egredi, aut egressi pergere; sed cogantur sc̄ in latebras suas recipere.

Vers. 15. *Calcisti in mari equis tuis lutum aquarum multarum.*

§. 1. Progreditur ad argumentum, in quo iterum rei præteritæ allegatio, & novæ rei pignus est. Elocutio valdè affectuosa est, ut petitio ipsa faucibus hæreat, quasi subintelligenda: ac si diceret, memor esto in illo casu, quid olim feceris, & præsta nunc idem. Mentionem facit *multarum aquarum*, quæ symbolum conficiunt multarum gentium, & variarum oppugnationum, quas passa est ab iis ecclesia. Vox **לְחַמֵּר lutum** significat, & *limon* (ut videre est Gen. 11: 3. Jes. 45: 3.) quem aquæ turbatæ secum advehunt, & post se relinquunt: ut hostes ultimi conspirantes hic sub *symbolo*

*bolo multarum aquarum veniant; qui petierat ut ex horrore fugerent, sibi proponit illas aquas ut abas, & in recessione lutum relinquentes, conculcandum, id est, Dei judicio maturum.*

§. 2. Dicitur ita *lutum multarum aquarum calcasse in mari Deus equis suis.* Verbum ™ notat incedere, & calcare pedibus Jes. 63:1. & ita cum conculcatione pergere in viâ. *Lutum calcare* est, ut inutile quid opprimere, & cum contemptu obruere. *Mare symbolum* est gentilismi, cuius aquæ multæ sunt, & frugiferæ aduersæ, in omni motu tempestuoso terræ diluvium cum exitio minantes. In hunc modum gentilismus se habet ad ecclesiam, ut constans ex multis nationibus illi inimicis, & sèpè exitium minantibus. Quid hic sint *eque Dei?* disquirendum est. Quidam angelos intelligunt, quorum operâ sèpè Deus utitur in magnis judiciis. Quid si hic instrumenta intelligamus, divina judicia exsequentia, quæ vias inaccessas *eque suis* pervalerunt? Quid ni putemus alludere Prophetam ad *Persarum gesta contra Babylonios?* quibus usus est Deus, ad luti istius plenariam conculcationem. *Babylonii* videbantur in luto maris rubri habitare, & ipsi lutum aggestum ex multarum nationum colluvie: illi terram videbantur habitare ob lutostum fundum inaccessum. *Persæ*, equis in bello utentes, facile lutum calcabant, sibique viam in mari struebant, ad perrumpendum; facti instrumentum divinæ severitatis in hoc regno planè destruendo.

§. 3. In hoc facto observemus quasi pignus datum similis judicii in Babylonem spiritualem; quod cum foret post terrorum illis irrogandum, recte in eo casu simpliciter monuit Judicem, ut istius facti quasi tantum memor esse velit.

Vers . 16. Ut audi- veram etiam commotus fuit venter meus , ad- vocem tinnierunt labia mea , pu- tredo invasura erat ossa mea , & subter me tremuisse : quandoquidem quiescam sub diem angustia ; ut adscendere faciat , pro po- pulo turmam duabit in eum.

S. i. Convertit se oratio Prophetæ à Dco ad fidei suæ consortes , exponitque speci suæ certitudinem , & quidem comparativè ad antecedentem terrorem , ut ita causam reddat , cur sibi in præcedenti supplicatione me- liora spondere ausus fuerat. Præmitit itaque antece- dentis suæ perturbationis historiam , quam exaggerat , & à causa illustrat. Terroris antecedanei quatuor enu- merat gravissima symptomata , quorum primum est , commotus fuit venter meus , id est , viscera mea , in ventre contenta , concussa sunt , quod vulgo in scriptu- ris ponitur ut adjunctum misericordiæ. Alterum est , tinnierunt labia mea , quando ex compresso pectore ha- litus & gemitus exeuntes , interque trementia labia fracti , tinnitus prodire audiebatur ; quod est hominis maximè sibi metuentis. Tertium est pronitas ad puer- dinem ossium experiundam vergens ; futurum enim hic mihi est futurum potentiale ; atque locum habet in pas- sione zeli & emulationis ex successibus hostium , ut constat ex Prov . 14: 30. Quartum vero est periculum ex tremore labendi ; desubter enim contremilcere est e- jus , cui pedes non sunt sustinendo corpori ; ita juxta consilium carnale etiam proni sunt ad offensionem homi- nes

nes pii ; quandò in cogitationibus vacillat anima , motibus terroris perturbata.

§. 2. Causam istius perturbationis collocat in *auditu*, dicens : ut *audiveram* , venter meus commotus fuit, ad *vocem* labia mea tinnierunt : quid & quam vocem audiverit ? jam dictum ad vers. 2. Quæ ergò fuerat præfatio Prophetæ in suo ad Deum alloquio , eadem, cum quadam amplificatione , repetitur in ejusdem alloquio ad fidei suæ consortes. Sic ex collatione utriusque eventus patet , ut tranquilliori animo surrexerit à supplicatione absoluta , quām quidem redierat à visione observatâ. Quæ in visione audiverat plena minarum erant quidem in hostes , verū & plena certaminum contra ecclesiam. Quæ verò meditatur jam in supplicatione ad Deum , eum terrorem excutient , atque spem satis insignem fovent de felicissimo rerum exitu.

§. 3. Utriusque cùm terroris , tūm renovatæ spei causæ notantur : prior est *dies angustie* , altera quies sub ejus terminationem. *Requiescam* , inquit , m vel sub die angustie. Dies angustie est tempus illud à Deo definitum , quo maxima & ultima foret ecclesiæ angustia , Dei tamen auxilio convertenda in hostes , ut ecclesia dudum speratam , & non amplius turbandam pacem consequatur. Hujus angustie , quæ ecclesiam horridum in modum angeret , frequens est in scripturis mentio ; atque derivatur ex bello rē Gog , quod sicuti ultimum , ita & gravissimum moveret contra ecclesiam. Conf. Dan. 12: 1. Verū huic malo metuendo opponit salutem Christi , de quā se persuasum ostendit , quod sibi , personam ecclesiæ referenti , quietem conciliaret : dicens requiescam ego sub die angustie , quasi dicat ; meum non futurum est illud prælium , sed solus ero salutis Christi & judicii hostium spectator : ut requies illa,

illa, ecclesiæ addicta, sit abstinentia ab omni armaturâ bellicâ, & sola fiduciæ acquiescentia in assertore populi; qui sine manu populi sui ejus liberationem & requietum ab omni ulteriori persecutio[n]e absolveret. Supplicationem suam concluserat exemplo conculcati à Deo luti multarum aquarum equis suis: populo suo, sine munimentis degente & solum inspectante; tacitè rogans similem liberationem. Nunc ostendit, se certum esse de isto rerum eventu, quod aliæ sint in bello illo gerendo futuræ partes suæ. Hæc evidētia sunt, sed non æquè pater, quomodo hæc assertio cohæreat cum proximè dictis; quoniam non satis constat, quis sit usus vocula[re] רְשָׁנָה in hoc contextu. *Cl. Coccejus* vertit per *quod*, & multis intra parenthesin conclusis necet cum verbo *audiri*: cumque *auditus* hic sit causa terroris, hæc verba exponit, ut argumentum terrefaciens comprehendentia. Verùm id non patitur verbum נִזְבֵּן, quod gratam requiem dicit, & erectionem ex die angustiæ includit; quæ potius ad spem & fiduciam fovendam sunt comparata: quod etiam alii interpres notārunt. *Cl. Capellus* vertit *nihilominus requiescam in die afflictionis*; quia subjecta materia oppositionem, seu exceptionem exigit, ad exprimendam contra præcedenteum metum consolationem, quâ se nunc erigit Prophet. Nescio tamen, an vox רְשָׁנָה unquam dici possit extra hunc locum eam significationem exercere. Proin ego rem ita expediendam existimo, ut hic statuatur particulæ adversativæ ellipsis, affectuoso dicendi generi tribuenda; & voculam רְשָׁנָה necesse hoc effatum cum sequenti, ut significet quandoquidem ego quiescam, ille duabit turmam contra illum ecclesiæ hostem: sicuti obtinet *Jos. 22: 31. Nekem. 2: 3.* Nihil frequentius est quam voculam נִזְבֵּן adversati-

vam sēpissimē omitti, & in versionibus per particulas sed aut tamen impleri.

§. 4. Fundamentum quietis ponitur in Ducis clementiā, qui alias habet turmas, quas immittere in auctōrem angustiæ & possit & velit: tribuitur enim huic *Duci* turmæ dūctus, ubi dicitur גּוֹרָנוּ; vis verbi constat ex Gen. 49: 19. נֶגְדּוֹר גּוֹרָנוּ, id est, *Gad* turmā caturvum in eum irruet. Sanè vox נֶגְדּוֹר nil aliud præter globum & turmam militarem significat. Hinc verbum turmatim dūctare, aut irruere notat. Concipiens itaque hic *Dux* ecclesiæ, magnus Michael, caput Angelorum, qui in ecclesiæ patrocinium turmas suas dūctabit, proventurus in auxilium. Perpetuò iste populi sui defensor venit in hoc cantico in tertiā personā, atque hic respiciendus, ut in visione digito demonstratus. Vox לְעַד vertimus pro populo, ut hoc facturus dicatur in bonum & comodum populi: nec dubitandum de boni istius & commodi genere: notat enim hoc opus oppugnationis moliendum à duce nostro, ut faciat adscendere ipsum: לְהֻלּוֹת pro infinitivo *Hiphil*, est autem ille adscensus populi ex angustiā, ut perveniat ad requiem, & conscendat celsa terræ. Nota, ut sub emblemate reductionis populi idem beneficium eleganter depingatur apud Prophetas. Psal. 68: 24. Jes. 11: 11. 12. Hostis, quem hoc turmarum dūctu peteret, est auctor angustiæ populi, qui omnem suam vim intenderet, ad populum illum planè opprimendum aut extirpandum: quem in Prophetis venire sub nomine *Gogi* monuimus. Nil notiūs est in prophetiis, quān quod Christus, Rex ecclesiæ, quando oportunitas id exigere, moturus sit contra eum exercitum, illique obviam iturus. In Cantico Mosis

Mosis spectabatur ille, ut qui retributurus esset oppugnatoribus suis ultionem; idque non sine sanguinis effusione repetenda à prosternidis in bello & captivis Deut. 32: 40-43. Jes. 11: 12-16. 59: 16-20. Jes. 66: 16. Dan. 12: 1. Præprimis hotandum hanc propugnationem Assertoris hic respici ut medium finiendæ angustiæ, & perducendæ ecclesiæ in plenariam suam requiem: Cellante enim per ejus debellationem hostium oppugnatione, quâ haec tenus infestaverant regnum Christi, relinquetur populo Dei pax & requies à persecutionibus. Hoc erit tempus, à quo non discent apud bellum. Jes. 2: 4. & quo pax erit abundans: Jes. 66: 12. Coll. 60: 18.

Vers. 17. Etiam si fucus non floreat; nec proventus sit in viribus: mentiuim fuerit opus oleæ, & ager non fecerit cibum; excederit è caulâ oves, & non fuerit armentum in stabulis.

§. I. Spectat hæc denunciatio ad famis & penuria rerum descriptionem, sub sterilitatis adumbratione contentam. Commendatur terra Canaan ab agris & pascuis: inter fructus agri celebrantur fucus, vites, oleæ & fruges: in pascuis oves alebantur & armenta. Sub his capitibus omnia continentur, ad vitam fovendam alendamque necessaria. Arbores hic notantur trium species, & ex omnibus aliis selectissimæ, fucus, vitis, & olea: ex iis fucus & uvæ Israëlitæ, in deserto peregrinantes, ad occupandam terram Canaan invitarunt, Num. 13: 24. inter bellaria mensæ secundæ fucus siccae celebrantur, & Hierosolymas ad distractionem magnâ copiâ advehebantur. 1 Sam. 30: 12. 2 Sam. 15: 18.

1 Chron.

1 Chron. 12: 40. Nehem. 13: 15. Hisce valdè delestati sunt Xerxes apud Athenæum libr. 14. Artaxerxes Mnemon apud Plutarchum in apophth. Augustus apud Suet. in ejus vitâ cap. 76. De uvis , homini vinum depronentibus , multa subministrant sacre literæ; potum suppeditant gratissimum , & libamina , undè vini encomium , Psal. 104: 15. Quid lætitiet cor hominis : immo Deum exhilarat atque homines. Jud. 9: 13. Accedit olea , quæ oleum continet in baccis suis , quo cibum pinguem reddit ; & in oriente butyri locum adimpler. His adjicit , quæ panem & carnem suppeditant ; non tantum sacrificiis , sed & lautiori mensa pabulum præbentes.

§. 2. Harum necessitatum penuriam graphicè depingit. 1.) *Ficus* dicitur **תְּפַרָּח** Lxx. συκῆ & καρποφορέσει. Rectè , quoniam *ficus* propriæ flores non protrudit , sed pro floribus , quibus cæteræ arbores florent , grossos emitit : & sicuti flores cæterarum arborum , fructuum prænuncii , decidunt , ut iis locum faciant ; ita grossi orti immaturi cadunt , matrandis *ficibus* locum dantes. Est tamen *ficus* species , quæ *Indica* dicitur , flores præmittens fructibus : sed ejus planta exotica videtur , & terræ Canaän haud propria. *Ficus* itaque grossos non faciens omnem spem fructuum tollit: 2.) De vitibus dicitur , quod *in iis non sit proventus*. **אֵין יְבוֹל בְּגַפְנִים** Lxx. οὐκ ἔσι γεννήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις. *Proventus* terræ dicitur , quicquid profert in usum humanum. Lev. 26: 4. In vitibus si non sint *uvæ* , negat terra proventum suum , quem alias per vites suppeditare solet. 3.) Ad *oleam* pergens , *opus oleæ* vocat ejus gemmas & flores ; quibus tribuit mentiri , phrasim poeticiā : sicuti spem mentita seges dicitur , & fundus mendax , apud Horatium : quantum

tenus spem agricolarum fallunt. Conf. Jes. 58: 11.  
 4.) *Ager describitur ut non faciens cibum* (Lxx βῶσιν) quando fruges & frumentum non producit. Sic fruges vocantur *cibus agri* Gen. 41: 48. atque hujus defectus famem introducit in orbem. 5.) *Oves excisa è caulâ* notant vien gladii, qui excidisse concipitur gregem; quod fieri solet, cum hostium sunt invasiones, omnia absumentes, & populantes. Solent magni exercitus equos immittere legeti; mactare gregem & armenta; exscindere arbores, aut saltē distingere: unde colonis magnam relinquunt rerum penuriam. 6.) *Quod gregis, idem & armenti supponit fatum, sc. quod non reliquum sit armentum in stabulis, aut bovibus;* vox Καππελλος enim bovine significat, ut ipsa res indicat.

S. 3. Hæc, qui juxta literam exponunt, non unī tamē subiecto applicant. Hebrei hæc ad statum populi, ex captivitate Babylonicā reducendi, referunt, qui redux terram inveniret omnibus copiis destitutam, & non sine metu famis adeundam. Cl. Cappellus hæc de Chaldaeis dicta putat: atque cladem, stragem, nec non vastitatem à Persis inferendam, ac postmodum illatam designarę, unā cum malis, quæ bella consequi solent, famem, omniumque rerum penuriam existimat. Verum cum nostra analysis nos ducat ad tempora N. Test. & ecclesiæ ex regno Antichristi eductæ fata exponi posulet; cum iis facimus, qui hæc omnia ut figuratè dicta accipiunt: atque ecclesiæ reformatæ penuriam, ex hostium invasionibus relictam, depingi existimamus. Nemo dubitat istas arborum species sæpius in sacris ut symbola proponi hominum, à quibus exspectamus bonos fructus, ut *ficus* Luc. 13: 6. Matth. 21: 19. 20. Mich. 7: 1. Cant. 2: 13. Coll. cum Matth. 7: 16. *Vinea Esai.* 27: 3. & *witis.* Joh. 15: 1. Conf.

Gggg

Deut.

*Deut. 32: 32.* Nec non *olea*. *Zach. 4: 3. 14. Apoc. 11: 4.* *Psal. 52: 8.* In parabolâ, quam *Jotham* protulit, fructus trium istarum arborum à singularibus commendatur qualitatibus. *Ficus* fructus suos à dulcedine, *olea* à pinguedine, *vitis* à potestate exhilarandi celebrant: *Judic. 9: 8-13.* Hic symbola sunt hominum, peculiaribus Spiritus Sancti donis ad piorum refectionem, instructorum: dum alia *dulcedine*, alia *vi letificante*, alia *pinguedine* suâ spirituali valida sunt ad ecclesiam Dei nutriendam molliter, & recreandam.

§. 4. Hisce additur defectus proventus agri; & ager non fecerit cibum: quandò fruges & frumentum, panibus coquendis necessarium, haud proveniunt, *fames* adest, quæ caritatis annonæ sequela est, & multos sapè extinguit. Talis *annonæ defectus*, in sacris emblema est ablati ministerii verbi Dei, immo ablata facultatis legendi verbum Dei, aliasque libros, ad spiritualem ædificationem facientes: nec non defectus eorum, qui aliis & Deo in cibum esse possint, grati scilicet, et ad fratum corroborationem in fide utiles. Hinc metus est *famis*, quæ vitam omnem spiritualem extinguat, et mortem secundam denuo dominari sinat. De simili fame spirituali vide *Amos. 8: 11.*

§. 5. Tandem ad defectus *bovinum oviumque* accedit, unde non minor vietûs penuria metuenda erat, quam sacrificiorum tenuitas; ex ovinibus enim et armentis varia desumebantur sacrificiorum genera; et vitæ communis fercula atque nutrimenta. In rebus symbolicis *oves* & *boves* sunt minorum et majorum virium fideles, qui plûs minûs valent in mundo; œconomiae Dei utiles, et Deo consecrati ad cultum. Hi nostro in loco considerantur magnam partem excisi et ablati.

§. 6. Proin responderet hic Propheta ad querelam de pauci-

paucitate fidelium , et defectu hominum aut donis insignioribus , aut viribus mundanis pollentium : deque mediorum ad ædificationem requisitorum ablatione , variis in regionibus ubi florentissimæ fuerant ecclesiæ conspicuâ . Huic querelæ reponit per concessionem ; etiamsi indè metus oboriatur , qui multorum corda corripiens , spem de futurâ ecclesiæ constantiâ frangat : nihilominus non esse nimium metuendum , nec spem depонendam , quoniam Deus se in isto ecclesiæ statu glorificare , & potentiam suam celebrare in infirmitate suorum decreverat : undè statim subjungit , quæ ad spem erigendam faciunt .

*Verl. 18. Me quod attinet , ego nihilominus in Jebovab exultabo : gaudabo in Deo salutis meo.*

§. 1. Opponens itaque Propheta querelæ suam , quam conceperat , spem , dicit **ΙΝΙ** , quæ vocula , accentu distinctivo notata , à nobis vertitur , *me quod attinet* ; quasi dicat ; *etiam si alii solliciti hæreant , & magnis cum dubitationibus luctentur ; ego nihilominus à Deo edocetus , atque revelationi divinæ immixus πληροφοριαν spei retineo : mihi que pelliceor felicissimum rerum even- tum.*

§. 2. Metui instantem *exultationem* opponit , dicens *exultabo* : est autem *exultatio* motus corporis , cuius interventu mens maximum animi gaudium exprimere solet . Respicit verò ad choreas , in quibus saltantes præsens latitiae argumentum certis quibusdam ritibus celebrant : qualia hilaritatis testimonia jubili & triumphi temporibus convenient . Ita *David* saltando testatus est , quantoperè ex arcæ reductione gravisus fuerit .

§. 3. Verum, ne quis hic cogitet Prophetam nimia ut levitate, addit *in Jehovah se exsultaturum*: ut coniunctam habitura sit ejus exsultatio celebrationem nominis *Jehovae*, tanquam fidelis in servando foedere, & constantis in adimplendis suis promissionibus: cui adscriberet beneficium, post indicandum, & ad ecclesiae suæ conservationem pertinens, quam restaurare & ex angustiis ad augusta exaltare decreverat.

§. 4. Hinc addit *Gaudebo in Deo salutis meæ.* נִלְהָנֵן  
lætitiam notat, ex bono præsenti conceptam: & sicut exsultatio est corporis; ita gaudium est mentis: quod priori additur in testimonium sinceritatis intimæque animi sententiae. Spondet itaque mutationem temporum & rerum in tempore: fore ut lux oriatur ex his tenebris, & gaudium sequatur mœrorum.

§. 5. Argumentum *gaudii* definit in eo, quod Deus sit futurus *Deus salutis suæ*: quæ phrasis *Christum respicit*, salutis omnimodaæ auctorem; idque ex foedere, quorsum vox אלֹהִים spectat: foedere enim se obstrinxit Filius Dei, & jurejurando id firmavit, quod ecclesiam ex isto pereundi discrimine gloriosum in modum eriperet, atque *salutis dispensationem amplissimam suâ gratiâ glorificaret.*

Vers. 19. *Jehovah Dominus strenuitas mea, & posuit pedes meos veluti cervarum, & facies me calcare celsa mea. Magistro symphonie in fidibus meis.*

§. 1. Tandem conclusionis loco Propheta hic beneficium, quod ut futurum lætitiae argumentum respicit, expositurus, incipit à fiduciae fundamento, quod rei speratae sub-

substernens sub descriptione auctoris boni in hunc modum proponit. *Jehovah Dominus* inquit, *strenuas meas*. Quandò auctorem salutis & victoriæ speratae nomine suo proprio designat, quo *Jehovah* vocatur, & quo fideles cum V. tum N. T. eundem professi sunt, quotiescunque ideam Deitatis uni vero Deo applicabant, hoc fieri existimandum est, quia sub regno ecclesiæ se solum verum Deum cum alienorum exclusione per totum orbem manifestaret. Additur verò nomen appellatum **דָוִיָּה Dominus**; quia huic soli de jure competit gloria dominii: quod præprimis exsereret, quandò ex illo jure peculium suum sibi vendicaret, atque ab hostiis quorumcunque insultibus liberaret: imò quod amplius est, per totum orbem dispersas gentes sceptro suo subjiceret. Tandem profitetur hunc esse & fore *strenuitatem suam*, id est, auctorem virium suarum, seu roboris & magnanimitatis, quò cum depositione omnis metus se ad hereditatem mundi plenariam adeundam componat, de prospero rerum successu nihil dubitans, quia ejus caula agitur.

§. 2. Hunc successum nunc attingens allegat exemplum operationis divinæ, strenuitatem in animo legatorum operantis, dicens, *& posuit pedes meos veluti cervarum*. Phrasis desumpta est ex *Psal. 18: 34*. Pedes sunt itineris, ad mundi occupationem requisiti, instrumenta. Hinc intelligimus *pedes euangelizantium* ponи pro itinerum apostolicarum progressibus, *Ies. 52: 7*. atque isti itinerantes concipiuntur, ut ad mundi subjectionem tentandam armis instructi, sed spiritualibus. Horum *pedes* quandò comparantur *cum pedibus cervarum*, ad celeriorem & alaciorem decursum compositis; alacrior illa atque indefessa indicatur celeritas, quā quidam sine ullâ delassatione orbem pervadentes eu-

lum inter qualescunque gentes circumferunt. Hoc opus dum Deo ut strenuitatis auctori attribuit, eum ut omnis roboris animique collatorem glorificat, sicuti etiam promiserat, currentes non delassandos; *Jes. 40: 31.* Huc provocat tanquam ad gratiam jam olim cum primâ euangelii propagatione concessam, quâ Apostoli, mirâ celeritate orbem paucos intra annos pervadentes, verbum fidei in notissimis mundi partibus prædicarunt, novasque Christo ecclesias, nomen ejus profitentes, plantârunt. Hoc exemplum in novum fiduciæ argumentum trahens, hic allegat, consilus hanc ipsam gratiam Deum nunc renovaturum. Proin spem facit denuò, ad regni ecclesiæ erectionem, missionem esse faciendam, quâ viri zelo Dei inflammati, & insignioribus donis instructi, in publicum prodeant, magnâ animi fortitudine & alacritate affecti, ut dona sua in Iudeorum & Gentium conversionem impendant. Hi indefessâ sedulitate nihil non molirentur, longasque peregrinations omnimodâ mentis spontaneitate susciperent, quô totus orbis ad Deum & Christum reducetur.

§. 3. Itinerum & peregrinationum istarum successus, quem sibi indè spondet, proximè notat his verbis: *& faciet me calcare celsa mea.* Notanda hæc phrasis, quæ alludit ad occupationem terræ Canaan, atque desumpta est ex loco *Deut. 32: 13.* undè ad futuram mundi occupationem & possessionem hic loci & alibi transferatur (Confer *Deut. 33: 29.* *Jes. 58: 14.*) cuius hæreditas hæreditati terræ Canaan analoga est. *Celsa,* quæ hic commemorantur, mumenta notant, quæ exterorū et inimicos ab ingressu terræ alicujus arcent, ne eam invadentes subigant, sibique subjiciant. Considerantur autem loca ista celsa ut tuta, et præ altitudine circumvallata, hostibus inaccessa, quorum exercitus cum non

non admittant, efficiunt, ut progredi non audeant. Hæc interim amicis & ad communem patriæ defensionem paratis parent. *Celsa ista calcare est eadem munimenta habere in potestate;* atque ita imperiorum subjectionem, per celorum traditionem, acquisitam, subinuit, quā concipiuntur in potestatem alterius transiisse. Conf. Amos. 4:13. Mich. 1:3. Verbum יְהֹוָה in hiphil notat efficere, ut quis calcet celsa & per ea transseat; dum adeptis viætoris jam ingrediendi eaque trajiendi facultatem accepit. Respicitur autem hic loci universalis & ultima illa mundi subiectio, quā expeditionem illam euangelicam suscipientes, omnia mundi fortalitia invenirent sibi reclusa & pervia, nullum legatis Christi aditum negantia. *Celsa* illa vocat sua, partim quia Deo auctore sibi erant assignata non solum in decreto, verum etiam in prophetiarum definitionibus: partim quia ex divino jure & iussu sibi sine ullâ oppositione aut hæsitatione erant recludenda, quo sine ullâ impedimentorum objectione per ea cum euangelio pergat. Hoc Deus ipse faceret, quippe futurus istius mentis auctor; qui corda hominum habens in manu, hostium animos huc inflechteret. Sic sub præsenti emblemate status ecclesiæ ultimi temporis satis eleganter depingitur, ut cuius legatis orbis pateret, eo quod omnia regna fierent Dei & Christi ejus; atque omnes totius orbis nationes legatos Dei cum verbo reconciliactionis ad se venientes blandè susciperent.

§. 4. Fini adjicitur, quod alias in psalmis titulo apponi solet, nempè hujus cantici dedicatio, quam fieri vides *Magistro symphonie in fidibus.* Causam hujus transpositionis putat Cl. Capellus, ut significetur populum Dei suo tempore verè cantaturum hoc ἐπινίσον & sanctum Pœcanæ, quando debellatis hostibus triumphabimus.

bimus. Quicquid sit , traditum fuit Archimusico , ut conservetur ecclesiæ N. T. & veteres ædificantur in spe , & ecclesia Iustans habeat argumentum supplicationis , tempori consentaneum.

# HISTORIA IMPLEMENTI.

§. 1.  Uoniam ad tempora angustiarum ecclesiæ & judicii Antichristi nos deduxit series rerum , videndum , quid in historiâ respondeat , designationi capitî pagorum ejus in tribubus ejus. Sanè populus Christi ; in tribus quasi divisus , & per pagos habitans , est populus Dei , qui cum reformatio- ne ex Babylone egressus , à regno Antichristi secessit ; & solus habitans , ac in varios status , principatus & regna distinctus , non aliter venit conspicendus , quam si in tribus varias distinctus esset. Ille ubique quasi in pagis habitat , quippe nisi Deus cum defenderet , non futurus resistendo. Itâ in Germaniâ , Poloniâ , Hungariâ , Helvetiâ & Belgio spectanda est ecclesia Reformatâ suas accepisse ditiones. Imò ne quidem satis tuta est in ipso Magnæ Brittaniæ imperio , in quo etiam eam sub Jacobo II nuper munimento brachii carnalis orbatam vidimus. Caput , id est primarium pagorum , designavit Deus in decreto suo , cujus interventu aliquando glorificabitur opus assertionis ecclesiæ ultimæ , et unde opus suum incipiet Deus suo tempore.

§. 2. Ab istâ territorii protestantium constitutione redierunt ad populum Dei dissipandum , quorum exultatio est egenum comedere in occulto. Sanè ea vivimus tempora, in quibus haud obscurum est, quinam sint illi egeni ? neimpè quotquot Regum & Principum patrocinio destituti, opibusque & honoribus spoliati, ad ultimam dejecti sunt sortem ; quales sunt iis in locis Protestantes , ubi sub supremorum Principum Papam colentium oppressionibus gemunt , & defensores suos ad Papismum relabentes sibi iniquiores sentiunt. Hi ita lupis expositi, eos experuntur voraces, *quibus voluppe & letitia est*, egenum qualecumque comedere in occulto. Quis nescit novas *Fesuitarum* artes ? quibus absumere protestantes moliuntur, dum *in occulto*, id est clanculariis suis consiliis & sub alienis praetextibus, fidei nostræ consortes (quos ad palinodiam adigere nequeunt) tollere sustinent : nihil non molientes , quo in carceribus & triremibus squallore , inediâ , & verberibus perant In Hungariâ pastores perduellionis caussâ accusati , atque capitis damnati , carceribus mancipati sunt nuper usque ad executionis tempus : atque interim variis artibus ad subscriptionem libellorum (quam solam redimendæ vitæ conditionem præfigebant ) tentati , & perseverantes mulatæ sententiâ in carceres profundissimos terrimosque abjecti sunt, misereque vexati. Verum ut nihil de iis cognosceret orbis, sub gravissimâ pœnâ prohibitum iis fuit ulla de conditione suâ conscribere litteras. Hoccine est *inopem comedere in occulto* ? Tandem reliquias , multis absumptis , ad triremes ablegarunt , quæ partim in viâ , partim apud remos plusquam Scythicâ barbarie vexabantur. Rem omnem confirmat nuperæ persecutionis Hungaricæ historia. In Galliâ Cleitus edictum impetravit , Anno 1666 die 2 Apr. ratum,

Hhhh

rum,

tum , quo statutum est , ut omnes , qui accusantur criminis relapsus , apostasie , aut blasphemiarum , & impietatum in mysteria religionis Catholice prolatarum , per unumquodque Parlamentum in districtu suo judicentur . Quo edicto non solum adversarii constituti sunt Judices , verum etiam quæsti criminalium tituli excogitati sunt , sub quibus facile esset innocentes capere & vexare . Ab hinc omnia sua studia converterunt , ut partim fraudibus , partim vi magnum hominum numerum ad reunionem cum ecclesiâ Pontificiâ adducerent , subversis in antecessum Reformatorum templis , proscriptis pastori bus , omnique conventu sub poenâ capitis prohibito . Quos subscriptionis poenitebat , illi in crimen *relapsus* incurabant , ac ut perjurii , & in Regem perfidi , vel saltē immorigeri ad Triremes damnati , aut foedis carceribus inclusi sunt . Hinc quotidiè inquisitiones augentur , quibus in reunitos ut vocant inquirunt , & in relapsos juxta Regis edictum animadvertunt : neque ulli datur venia exeundi , ut ita facilius omnes absument , ac devorent lupi rapaces . In hisce consiliis & factis *gaudent* atque *exultant* pessimi mortalium : atque in ipsis molinibus tanquam in cupediis suas inveniunt delicias .

§. 3. Hi ipsi quoque sunt , qui Principes suos Papicolas incessanter ad bella contra protestantes gerenda incitant , & ubique lites serunt , quibus reliquos Protestantes à se invicem divellant atque dissident , redeuntes ad populum Dei dissipandum . Ex hoc consilio sanè horridum illud natum fuisse bellum , quod nuper finitum est , Rege Galliæ adversus Belgium arma movente , facile videt , qui , quo sit Rex ille erga Protestantes animo , ritè perpenderit . Hoc sibi officium commendatum censentes Jesuitæ , perpetuò occupati sunt in congregandis Regibus & Principibus terræ totiusque mundi ,

di, ut in prælium Diei Dei omnipotentis illius Magni descendant, hoc suis congregationibus, ligis, & unionibus solùm intendentes, ut Reges Principesque religiosis bellis implicent, involvantque. Hæc dissipatio etiam memoratur, ut aliquando consummada seu finienda, *Dan. 12: 7.* ubi magna illa populi promittitur liberatio, cùm consummatum fuerit dissipare manum populi sancti.

§. 4. Absterruit tamen Deus hastenūs hostes ab ulteriori dissipandi ecclesiam progressu, atque ea objecit illis impedimenta malaque metuenda, quibus refrænati, pacem dare reddereque coacti sunt. Hoc constabit evidentiūs, si quis mecum perpendat, ut terrori fuerint ecclesiam oppugnantibus tria fulmina belli, Mauritius Saxo, Gustavus Adolphus, & Guilhelmus tertius Auriacus, quantaque discrimina ab ecclesiā averterint. 1. Ille, Saxonie Elector, exercitusque Germanici Dux; quando Carolo V. Cæsari ob *Hessum* sacerorum, præter omne fas detentum, offensus, eum subitaneo petiti bello, eo cum rerum eventu, ut Cæsarem Oeniponte ad foedam et miserabilem fugam, et terrore incusso ad pacem Protestantibus dandam adegerit, quæ in transactio-ne *Passaviensi* Anno 1552. rata, inter conditiones agnovit nullam cuiquam imposterum propter religionem exhibendam molestiam: atque ea liberatio tunc facta est, cum omnia viderentur Protestantibus deplorata. 2. Alter, Rex Sueciæ, cum arma Cæsariorum ferè totam Germaniam premerent, sub *Ferdinando II*, intra triennium Cæsarem omni ferè Germaniâ exxit, qui tertio prælio victor tamen vulneratus cecidit: post cujus fata Sueci sub auspiciis *Christinæ Reginæ*, ductuque *Horii*, *Banneri* & *Vinariensis* longè lateque in Germaniâ dominati sunt. Quarum rerum exitus fuit *Pax Monasterien-*

*steriensis*, Anno 1648 conclusa, atque perpetuam Protestantibus quietem concedens. 3. *Tertius*; *Gulhelmus III Auriacus*, Jacobo II. Magnae Britanniae Rege; varia contra privilegia populi, & pro religione Pontificia moliente, cum à populo Britannico invitaretur, Deo suppetias ferente, feliciter cum exercitu beatam insulam ingreditur, opposentes dispulit, & regem generum terruit, ut regno excedens imperium reliquerit: à quo *ipse Rex creatus*, continuato contra Gallum bello, conjunctisque tam Britannorum quam Belgarum copiis eundem urgens, pacem querere coegerit, quæ *Rijswicensis* audit, ubi *Gallus maximis* excidit ausis. In hâc pacis transactione articuli Monasterienses denuò ratificati confirmatique sunt; inciduntque ista transactio in Annum 1697. publicata mense Octobri. Atque hæc præsentis ecclesiæ facies est, ubi sub patrocinio Principum euangelicorum ei degere conceditur.

§. 5. Interim tristior mansit ecclesiarum facies in iis regionibus, ubi Papicolarum obtinet imperium: dum variis in oris relinquitus querela, *Ficum non florere inter ipsos, vitibus deesse proventum, atque mentitum fuisse opus oleæ*, relegatis partim, partim extinctis viris optimis, insignioribus donis instructis, neque ullibi pastoribus relictis. *Nec agrum facere cibum*, dum ablatio publico religionis exercitio nulli amplius ad religionem convertuntur. Imo oves exscindi e caula, dum fideles, noinen Christi pure confitentes, variis vexationibus tolluntur: atque armenta non esse amplius in stabulis, dum potentiores, sub quorum patrocinio antea latitaverant, partim defectione à fide, partim privatione potestatis, nullam oppresso populo adducunt opem. Cumque ecclesiæ adhuc gravior immineat dies, qui hic kar' ἑξακοντά dies angustia dicitur, non nisi cum ultimo

Anti-

Antichristi judicio finiendus , justus est metus , quod in illis tantum videamus initia dolorum , atque cum expeditionibus Gogi fore , ut illud malum , se ad plures quoque reliquas porrigit ecclesias , postquam , quam methodo utantur hostes , in allatis speciminibus palam factum fuerit.

§. 6. Talia licet adhuc restent ecclesiæ exantlanda , nihilominus ei spes relinquitur gloriose redēptionis , in precibus ad Deum exercenda , atque in sermonibus cum proximo ad communem credentium corroborationem feriō & saepius renovanda . Ad illam fidelium spem pertinent

1. Quod Deus Pater in tempore suo sit facturus cum Christo suo , eique concessurus , ut potentiam suam aduersus ultimos ecclesiæ oppressores exerceat : ita Michaël , magnus ille Dux populi , exsurget ad suorum ex magnâ illâ angustiâ liberationem tunc temporis , & conversâ rerum facie turmatim ducetabit varias turmas contra exercitum Gogi , belli istius magni finem facturus . In hunc modum plurimi Prophetarum hostium fata , & belli istius exitum cecinerunt , ut Ecclesiæ Principem , Christum Dei , exhibeant in fine ovantem , & ab hostium conspirantium strage , atque judiciis triumphantem . Ita terminabitur tristissimus ille dies afflictionis ; quam spem solidè assertam vide Apoc. 7:13-17. unus seniorum , inquit Johannes , respondebat scilicet ad epiviuov , dicens mihi : illi , qui vestiti sunt stolis albis quoniam sunt ? & unde venerunt ? & ego dicebam ei , Domine , tu nosti : atque ille mihi dicebat : hi sunt , qui ex magnâ illâ afflictione venerunt , atque lavarunt stolas suas , & dealbarunt stolas suas in sanguine agni : propterea sunt coram throno Dei , ut justificati , & serviant ei in templo dies atque noctes tanquam Sacerdotes ,

sacrificia spiritualia ei offerentes , & qui in throno sedet super ipsis habitabit , illos majestate sua superinduens. Neque amplius esierint , neque sicut amplius , eo quod cibus verbi ipsis apponetur affatim , & verbo solatii resicientur : quod opponitur querelæ de penuriâ annonæ : neque cadet super ipsos sol , aut omnis æstus persecutionum. Quoniam agnus , qui est in medio throni , pascet eos spiritu suo , & ducet eos ad vivos aquarum fontes , pure in verbo Dei salientes : atque Deus omnes lachrymas ab eorum oculis absterget , quibus terræ corruptio ab his solebat defliri. Consequens itaque expeditionis Christi erit educendo turmas efficere , ut hostis cadat sub ejus judicio , & explorati magnâ illâ afflictione liberentur à persecutoribus. Nota etiam , quæ Psaltes canit Psal. 149: 6-9. de piis , Exaltatio Dei erit in guttare ipsorum , & gladius anceps in manu ipsorum , ad faciendam ultionem in gentibus , redargutiones in nationibus advinciendum Reges eorum catenis , & honoratos ipsorum compeditibus ferreis : ad faciendum de illis judicium scriptum. Conf. Jes. 59. 16-19. ubi introducitur Dux ille eximus tanquam bellator iustitiæ loriciatus , salute galeato capite , vindictâ veluti paludamento regis induitus , qui suis laborantibus auxilio accurrens , viætrices hostium acies suâ prudentiâ & potentîâ funderet , suosque captivos ex eorundem manibus extorqueret. Hæc sperat , hæc anhelat nostri temporis ecclesia ; atque hujus promissionis evidenter multis est constantiæ fulcrum , hæc exspectatione fræti , aliquod principium pagorum fore , quod Deus ab isto malo conservabit , & undè opus vindictæ hostium exire faciat. Qui vero hanc spem non retinent , & ex præsentí rerum facie de futuris arbitrantur , illi hic pinguntur , ut sub exploratione divinâ per apostasiam defecturi.

2. Data quoque est ecclesiae & ab eâ concepta spes de fidei propagatione per orbem : & quod ad universalēm istam gentium & nationum conversionem prouendam, nova sit exspectanda legatio, eaque hominum novis Spiritus Sancti donis , iisque præcellentioribus instructorum: qui celeri pede & alacri animo ad totum orbem cum euangelio pervadendum exirent , atque verbum Dei cum qualique gente ad fidem promovendam communicarent. Hanc legationem observo pluribus descriptram Jes. 66: 18. 19. Congregabo , inquit Deus , omnes gentes & lingas , que venientes rufur sunt gloriam meam. Ponam in his signum ; & NB. mittam ex his qui evaserunt ad gentes , in Oceanum , Pulem & Ludum jaculantes arcu , Thubalem & Favanem ; regiones denique remotissimas , que non audiverant famam meam , neque videram gloriam meam , ut indicent gloriam meam in gentibus , & adducent omnes fratres tuos credentes , ut fini manus Ichoye ex omnibus gentibus. Hæc sanctè summè cum evidentiâ docent non solum futuram omnium gentium conversionem , quâ ipsa gentium plenitudo dicitur ingressura in ecclesiam , Rom. 11: 24. verum etiam medium conversionis fore præcones , ad istas gentes etiam remotissimas mittendos ablegandosque ; quod etiam dictum Christi confirmat Matth. 24: 14. qui prædixit euangelium regni predicatum iri in toto mundo , in testimonium omnibus gentibus , & tunc adventurum finem. Hanc speciem concipientes Christiani , fore , ut Deus aliquando istis legationibus datus sit successum ; etiam huic rei viam sternere conati sunt suis in Indianam & Americanam missionibus , quibus cæcas istas gentes ad fidem Christianam suscipiendam quotidie permovere laborant. Verum feliciora propiciatas tempora , quibus viri , majoribus donis & pietate instructi , se magnâ sponteitate offerant , ad istas legationes obeundas , & in isto opere majores faciant progressus ; quandò venerit ille dies , quo Deus efficacius cum spiritu suo ad mundi vivificationem concurrere decrevit. Tunc enim , ut dicitur Apoc. 22: 2. abundantius provenient fructus arboris vite , & ejus folia erunt ad sanationem gentium . quicquid enim viris , à Christo aptandis , erit ingenii , scientiæ , eloquentiæ & auctoritatis , hoc omne impendat ad gentium restitutionem , ut ad sanam mentem reducantur , & admissâ fide Christianâ , Deum juxta verbum suum unice colant.

3. Tandem quoque spei concepit ecclesia de pace universali cum omnium imperiorum subjectione sub Christo: ita ut ablatis omnibus obstaculis, omnes inundi Principes sacerdotes euangelio, atque omnia munimenta trajicienda reserarent Christi legatis, verbum fidei secum adducentibus. Hanc imperiorum omnium subiectiōnem vivis depingi observes coloribus Ies. 60: 11. Aperta erunt januae tue jugiter nollū & interdiu, ut introducantur copia gentium, etiam regibus eorum adductis: nam gens ipsa, & regnum, que non servient tibi, peribunt, & gentes be desolabuntur penitus. In hunc sensum jam ante cecinerat Psaltes, Psal. 72: 11. 12. & adorabunt eum omnes reges: omnes gentes servient ei: nam, expletus egenus implorante, & inopem, & cui non est auxiliator. Daniel testatur sibi in visione oblatum, ut regnum & maiestas regnorum sub omni calo daretur populo sancto Aliissimorum: & quod omnia imperia ipsi serviront & obedirent Dan. 7: 27. Ipse Johannes in Apocalypsi hoc tempus designat, quo voces in calo fierent, dicentes: facta sunt regna mundi domini nostri, & Christi ejus, qui regnabit in omnia secula. Apoc. 11: 15.

4. Ex quibus omnibus insignem expectamus letitiam, cum omni jubilo & exultatione, quam etiam adumbrat Propheta Ies. 35: 10. Et redempti Iehovae revertentur, pervenientque Sionem cum cantu & latitudo perpetua super caput suum: gaudium & laetitiam assequentur, fugientque mæror & genitus. Confer Ies. 65: 18. 19. Hilaramini & gaudete in perpetuum; quia ego creo Hierosolymam gaudium, & populum ejus hilariatem: & gaudebo in Hierosolyma & hilabor in populo meo, & non audietur amplius in ea vox ploratus, & vox clamoris. Quæ laetitia perget tandem ad æternas Dei celebrationes perpetuandas in beatâ æternitate. Tu ô Clementissime Deus vota sperantium in te exaudi, & adimple propter Dominum nostrum Jesum Christum. Amen.

# I N D E X

V E R B O R U M

## H E B R A I C O R U M

- אָבָר de ovibus aberrantibus. p. 117.  
אָרְנִי p. 605.  
אָרָם pro homine singulari. p. 390.  
אָוֹן p. 234. 335. 554.  
אָוָל p. 166.  
אָוָצֵר p. 160.  
אָחָר p. 329.  
אָחֶרֶת p. 147.  
אָידָה p. 162.  
אָכָל p. 592.  
אָלִיל p. 474.  
אָמְנוֹנָה p. 352. 353.  
אָפָּכִי p. 374.  
אָרֶץ p. 391.  
אָשָׁם p. 267.  
אָשָׁר p. 597.

- בְּ cum verbo affectus objectum notat. p. 346.  
בָּאָר p. 318.  
בָּגָדִים & p. 375 undē בָּגָדְרַבְנָדָר  
בָּזָן p. 297. undē בָּזָן  
בָּלְעָד p. 147.  
בָּשָׂת p. 298.  
גָּבָר p. 415.  
לִיְיָה .

I N D E X

גָּבֵר	p. 376.
גָּדוֹר	p. 598.
גָּנוֹם	quomodò distingendi à עַמִּים ? p. 378.
רוּםָס	p. 475.
רֵי	p. 435.
רוֹן	p. 163. 164.
רֶץ	p. 593.
הַרְרוּם	p. 109.
הַשְׁוִיעָם	p. 230.
הַיכָּל	p. 504.
הַתְּנָחָם	p. 164. 165.
הַתְּקָלָס	p. 263.
ו pro particulâ adversativâ. p. 349.	
וּ particula quandoquidem relativa. p. 268.	
זֹעַג	p. 387. (269.
זָרָם	p. 571.
חוּזָה	p. 226.
חוּלָל	p. 65.
חוּשָׁה	p. 163.
חוּלְמִישׁ צָוָר	p. 53.
חוּרָה	p. 382.
חוּלָף	cum voce רֹחַ pro pervadere. p. 266.
חוּמָה	p. 454.
חוּמָס	p. 229.
חוּמָר	p. 593.
גַּעַג	

VERBORUM HEBRAICORUM.

יגע	p. 434.
יהוה	p. 290.
היה	p. 376.
עיר	p. 321.
ישפ	p. 434.
יפח	p. 322. 323.

כח	p. 269.
כני	p. 319.
כשה	p. 462.
כעס	p. 94. 112.
כפיט	p. 417.
כפר	p. 183. 184.
כתיר	undē p. 243.

ל aliquandò viçem notat. p. 269.  
לנצח p. 241.

מגמה	p. 261.
מרוץ	p. 239.
מה	p. 473.
טוער	p. 320. 321.
מכור	p. 150.
מטה	p. 589.
מליצה	p. 381.
פָּז	p. 295.
מסכה	p. 472.
מעקל	p. 243.
משא	p. 225.
משל	p. 380.

I N D E X

נאץ	p. 94.
נכבל	quid in pihil ? p. 60.
נגה	p. 544.
נווה	p. 376.
נוחה	p. 50.
נפש	p. 344.
נקב	p. 590.
משיא	p. 381.
נשה	p. 65.
נשך	p. 386.
סכוב	p. 48.
הסגיר & סניר	p. 151.
סלל	p. 518.
סער	p. 591.
ספח	p. 456.
ספר	p. 252.
סתורה	p. 171.
עכטיט	p. 384.
עבר	p. 571.
עלולה	p. 433.
עור	p. 476.
לאמים & עמים	p. 434.
עמל	p. 235.
ענין	p. 592.
עפל	p. 346. 347.
עת	pro tempore oportuno. p. 161.
עתדר	p. 163.
פוג	p. 240.
פוץ	

VERBORUM HEBRAICORUM.

פּוֹז	p. 591.
פּוֹש	p. 259.
פְּלִילִים	p. 153.
פְּסָל	p. 471.
פְּעַל	p. 250. 524.
פְּרוּם	p. 589.
פְּרַע	p. 179. 180.
פְּתַח	p. 387.
צָר	p. 294.
צָעֵר	p. 576.
צָעֵק	p. 229. 418.
קְרֵם	p. 290.
קְרִימָה	p. 262.
קִיקְלָן	p. 461.
קִרְנוֹן	p. 459.
קְצָה	p. 416.
קָצָן	p. 325.
קְרָנֶן	p. 545.
רָאֵשׁ	p. 590.
רְוָנוֹנִים	p. 264.
רֹשֶׁשׁ	pro veneno & re amarā. p. 157.
רִיב	p. 239.
רְכָב	p. 51.
רְמַשׁ	p. 300.
רְנֵן	p. 182.
רֵע	p. 296. 453.
רְפָשָׁת	Illi 3

I N D E X.

רְפָת	p. 601.
רְשֻׁעַ	p. 242. 298.
רְשֵׁפַ	p. 548. 549.
שְׁבִיָּה	p. 178.
שֶׁדֶ	p. 463.
שְׁדִים	p. 63.
שָׁוֹב	p. 177.
שְׁכָל	undē p. 146.
שְׁלָל	p. 389.
שְׁמַן	p. 58.
שְׁסָסַ	p. 388.
שְׁפָט	undē p. 241.
תוֹכַחָה	p. 317.
תוֹרָה	p. 240.
תְּפִלָּה	p. 511.
ἀποκύπτειν	p. 416.
ἀποσέλλεσθαι	p. 447.

I N-

# INDEX

## LOCORUM

# SCRIPTURÆ.

Gen. 4: 11.	p. 183.	Jes. 63: 9-10.	p. 60, 70.
49: 10, 12.	p. 7.	65: 18, 19.	p. 616.
Lev. 16: 8, 10.	p. 85.	66: 18, 19.	p. 615.
Num. 13: 28.	p. 53.	Jerem. 2: 1-13.	p. 76.
23: 22.	p. 235, 237.	4: 11-13.	p. 267.
Deut. 28: 49.	p. 254.	5: 6,	p. 258.
29: 19.	p. 270.	23: 6,	p. 60.
31: 16-21.	p. 5.	Ezech. 1: 4	p. 267.
18, 25.	p. 5.	17: 10,	p. 267.
32: 13.	p. 606.	Dan. 7: 27.	p. 616.
24.	p. 549.	9: 24, 25.	p. 336.
Jos. 5: 13.	p. 74.	12: 1.	p. 166.
10: 24.	p. 264.	7.	p. 166, 611.
Jud. 1: 7.	p. 263.	Amos 6: 12.	p. 243.
3: 10-23.	p. 74.	Jon. 4: 8.	p. 262.
2 Reg. 21: 2-9.	p. 76.	Mich. 5: 1.	p. 361.
Psal. 2: 7.	p. 361.	Zeph. 3: 3.	p. 258.
22: 9.	p. 170, 171.	Mal. 3: 1, 2.	p. 71.
72: 11, 12.	p. 616.		
149: 6-9.	p. 614.		
Prov. 8: 24.	p. 361.	Matth. 1: 21.	p. 245.
Jes. 2: 5.	p. 560.	3: 7.	p. 78.
5: 1-4.	p. 271.	5: 17, 18.	p. 77.
23: 13.	p. 254.	9: 11.	p. 80.
30: 26.	p. 174.	11-14.	p. 77.
35: 10.	p. 616.	11: 19.	p. 80.
40: 7.	p. 267.	19, 25, 26.	p. 77.
45: 21, 24, 25.	p. 59, 60.	28.	p. 76.
59: 16-19.	p. 614.	12: 27.	p. 85.
60: 11.	p. 616.	34.	p. 79.
61: 2.	p. 160.	39.	p. 78.
63: 4.	p. 160.	38-40.	p. 536.
		Matth.	

# I N D E X.

Math. 15: 14.	p. 78.	Joh. 5: 44.	p. 363.
16: 1-4.	p. 536.	45-47.	p. 2.
13-4.	p. 78.	6: 47.	p. 76.
13-19.	p. 77.	69.	p. 76.
26.	p. 76.	7: 1-20.	p. 81.
18: 11.	p. 245.	12.	p. 79.
20: 28.	p. 77-245.	8: 37. 40-59.	p. 81.
22: 23-33.	p. 361.	40.	p. 80.
23.	p. 79.	44.	p. 78.
24: 14.	p. 615.	46.	p. 78.
26: 63, 64.	p. 536. 245.	9: 16. 24. 29.	p. 79.
	79.	10: 15. *	p. 245.
27: 52, 53.	p. 81.	20.	p. 79.
28: 1-6.	p. 81.	31.	p. 81.
2-7.	p. 539.	33.	p. 79.
18, 19.	p. 125. 285.	11: 25.	p. 361.
19, 20.	p. 539.	47. 48.	p. 284.
20.	p. 542.	48.	p. 83.
Marc. 9: 19.	p. 78.	48-53.	p. 362.
15: 16.	p. 539.	53. 57.	p. 81.
16: 15, 16.	p. 361. 363.	12: 19.	p. 284.
Luc. 1: 68.	p. 283.	14: 1-3.	p. 361.
2: 11, 30.	p. 283.	19.	p. 361.
38.	p. 336.	17: 2. 3.	p. 361.
3: 1.	p. 337.	4.	p. 283.
22.	p. 76.	19: 7.	p. 79.
9: 41.	p. 78.	15.	p. 84.
11: 29.	p. 78.	30.	p. 283.
19: 11.	p. 245.	Act. 1: 3.	p. 539.
42.	p. 78.	8.	p. 125. 539.
23: 2, 5.	p. 79.	10, 11.	p. 81.
Joh. 1: 11.	p. 78. 285.	2: 1.	p. 365.
17.	p. 77.	1-4.	p. 77. 539.
29.	p. 77.	22-24.	p. 82.
2: 18, 19.	p. 536.	26.	p. 539-
3: 16-18, 36.	p. 361.	36-41.	p. 540.
20.	p. 362.	40.	p. 78. 247.
5: 16.	p. 81.	3: 12-15.	p. 82.
16-18.	p. 362.	4: 4.	p. 540.
18.	p. 79.	6.	p. 78.
17-47.	p. 245.	10.	p. 539.
24.	p. 361.	12.	p. 245.
28, 29.	p. 361.	13-17.	p. 284.
40.	p. 362.	16, 17.	p. 366.

Act.

LOCORUM S C R I P T U R E.

Act. 4: 18-21.	p. 364.	Rom. 1: 4.	p. 246. 537.
5: 3. 34. 40.	p. 122.	16. 17.	p. 361.
13. 14.	p. 540.	4: 25.	p. 537.
14.	p. 363.	6: 4-8.	p. 537.
40.	p. 364.	9: 6-15.	p. 541.
7: 55-62.	p. 366.	31-33.	p. 361.
58. 59.	p. 122.	10: 1-4.	p. 361.
8: 3.	p. 122.	4.	p. 283.
5-8.	p. 366.	18.	p. 285.
12.	p. 363. 540.	19.	p. 6.90. 100.
15-17.	p. 366.		125.
36. 37.	p. 363.	11: 1-5.	p. 541.
9: 1.	p. 122.	11-14.	p. 126.
31.	p. 561.	24.	p. 615.
33-42.	p. 366.	12: 19.	p. 161.
10: 4-46.	p. 78.	13: 10.	p. 181.
44-46.	p. 366.	19.	p. 126.
11: 18.	p. 539.	1 Cor. 1: 23.	p. 284.
12: 1-4. 22. 23.	p. 561.	15: 6.	p. 82.
2.	p. 122.	9.	p. 122.
19.	p. 561.	20.	p. 537.
13: 2.	p. 542.	26. 54-57.	p. 537.
40. 41.	p. 130. 287.	2 Cor. 2: 14.	p. 560.
41.	p. 252.	3: 18.	p. 560.
44. 45.	p. 541.	4: 4-6.	p. 560.
45. 46.	p. 365.	6: 7.	p. 560.
46.	p. 286.	9: 13.	p. 560.
46-48.	p. 126.	10: 3-5.	p. 560.
15: 8. 9.	p. 539.	11: 23-27.	p. 542.
16: 6. 7. 9. 10.	p. 542.	Gal. 1: 13.	p. 122.
9.	p. 122.	2: 7-8.	p. 560.
26.	p. 542.	4: 2-4.	p. 336.
30-33.	p. 363.	Eph. 1: 7.	p. 245.
19: 6.	p. 366.	10.	p. 336.
9.	p. 365.	Phil. 2: 15.	p. 78.
12.	p. 78.	3: 3.	p. 365.
13.	p. 85.	Col. 1: 6.	p. 126.
20: 28.	p. 77.	23-27.	p. 539.
21: 20.	p. 539.	1 Thess. 2: 14-16.	p. 122. 542.
22: 24.	p. 122.	15. 16.	p. 286.
23: 11.	p. 542.	16.	p. 130.
24: 14. 15.	p. 361.	2 Thess. 2: 6. 7.	p.
27: 23. 24.	p. 542.	1 Tim. 1: 13.	p. 122.
28: 25-27.	p. 130.	13-23.	p. 540.

K k k k

I Tim.

I N D E X.

1 Tim. 1: 15.	p. 245 <sup>st</sup> .	Apoc. 6.	12-17.	p. 138.
3: 16.	p. 361.	7:	13-17.	p. 613.
Tit. 2: 14.	p. 77.	11:	15.	p. 616.
Hebr. 1: 2.	p. 336.	18.		p. 468.
3.	p. 560.	12: 5.		p. 569.
2: 2-4.	p. 585.	15. 16.		p. 580.
3.	p. 366.	13: 1. 2. 11. 12.	p. 463.	
3. 4.	p. 539.	2.		p. 150.
=: 25.	p. 283.	15: 3.		p. 138.
8: 6-13.	p. 246.	16.		p. 458.
10: 14.	p. 283.	18: 3.		p. 456.
30.	p. 161. 164.	7. 8. 23.	p. 468.	
1 Petr. { 2: 24.	p. 77.	20-24.	p. 138.	
3 : 21.	p. 538.	19: 2.		p. 138.
1 Joh. 2: 25.	p. 361.	19. 20.	p. 468.	
5: 11.	p. 361.	22: 2.		p. 615.

I N-

# I N D E X

## R E R U M

E T

## V E R B O R U M.

### A.

**A** Bominationes , Sacrificia  
sine fide oblata. pag.  
62  
*Absorptio terre per ignem  
iræ Dei.* p. 104  
*Abundantia donorum Spiritus &  
cognitionis gloriæ Dei consi-  
derata , ut causa frustanei  
laboris pro Antichristo.* p. 438  
*Abusus imaginum in plebe notatus.*  
p. 488  
*Abyssus.* p. 572  
*Accumulatio malorum.* p. 104  
*Acuere gladium.* p. 176  
*Adam Typus Christi.* p. 391  
*Admiratio.* p. 250  
*Adolere everticulo suo.* p. 302.  
303  
*Adventus Christi in carnem.* p.  
532  
quo usque se extendat. ibid.  
*Edificatio urbis in Sanguine.* p.  
433  
*Ægrè facere Deo* p. 62. 63.

<i>Ænigma.</i>	p. 382
<i>Ærumnus , quid?</i>	p. 297
eun intueri de Deo negatur.	ibid.
<i>Agri Gomorrha.</i>	p. 155
<i>Alæ aquilina symbolum potentiae &amp; auxilii Dei.</i>	p. 49
<i>Alienare à Deo gloriam.</i> p. 113	
<i>Aliens ad zelum provocantes Deum.</i>	p. 62
<i>Amatus , quo sensu morbus di- catur?</i>	p. 107
<i>Amulare quid?</i>	p. 574
<i>Angelus facie Dei , legatus Dei in- creatus est.</i>	p. 70
<i>Idem angelus fœderis.</i> p. 71	
<i>Metator filius Dei , Jehovah appellatus.</i>	p. 50
<i>Augulare.</i>	p. 110. 111
<i>Anima pro mentis desiderio.</i> p.	
	377
<i>Sede amoris.</i>	p. 344
<i>Ejus dilatatio.</i>	p. 378
<i>Quomodo non recta dicatur in homine?</i> p. 343. &. Seq.	
<i>Annone deficiens , emblemata abla- K k k z</i>	ti

I N D E X R E R U M

- |   |             |   |          |
|---|-------------|---|----------|
| ti ministerii.  | p. 602      | ante designatus , ut futurus<br>Monarchiæ author.                                   | p. 261   |
| <i>Anatichristus</i> ut conditor Babylonis  |             | <i>Basæ</i> , terra pascua.   | p. 55    |
| Spiritualis.  | p. 431      | <i>Bestia</i> emblemata populorum sub<br>quorundam ductu gregem Dei<br>invadentium. | p. 463   |
| Objectum ultionis.  | p. 180.     | immixta in pœnam.   | p. 108   |
|   | 181         | Bibere calicem per modum pœnæ<br>propositum.  | p. 459   |
| Ejus imperium Hierarchicum<br>esse civitatem apocalypticam<br>sub notione Babylonis spiri-<br>tualis ostenditur.      | p. 439      | <i>Boys</i> symbolum fidelium virium<br>majorum.                                    | p. 602   |
| <i>Aquaæ</i> Symbolum dogorum Spi-<br>ritus , & quare?  | p. 437      | <i>Butyri</i> copia in terrâ Canaan.  | p.<br>55 |
| Earum collatio cum aquis<br>mare operentibus.   | ibid.       |   |          |
| Symbolum gentium.   | p. 593      |   |          |
| <i>Aquila</i> Symbolum militum.   | p.<br>259   | C.  |          |
| Ejus studia erga pullos : scil.<br>excitare clamore : & se mo-<br>vere super eos.                                     | p. 49       | <i>C</i> alcate lutum.  | p. 593   |
| <i>Arcus Dei</i> instrumentum providen-<br>tiae div.  | p. 557      | Calicem convertere ad ali-<br>quem.   | p. 460   |
| Nudus quid emblematicè si-<br>nificet?  | ibid.       | unde metaphora sit desumpta?  | ibid.    |
| Ejus excita <i>tiō</i> .  | p. 558      |   |          |
| <i>Arena</i> emblemata multitudinis.  | p.<br>262   | <i>Canticum Mosis</i> authorem habet<br>Deum dictantem.                             | p. 5     |
| <i>Audire</i> quo sensu Deo tribuatur?  | p. 228      | Amanuensis ejus fuit Mozes,   | ibid.    |
| <i>Auditionem.</i>  | p. 522      |   |          |
| B.  |             | Argumentum ejusdem.   | p. 2     |
| <b>B</b> abylonia , terra à longinquu-<br>dicta.  | p. 259      | Tempus disceptationis.  | p. 3     |
| <i>Spiritualis</i> : cedificatio fit ad<br>cohabitationem & communica-<br>tionem , auxiliorumque con-<br>gregationem. | p. 431. 432 | Occasio descriptioni oblata.  | p.<br>6  |
| <i>Babyloniorum</i> Rex in vaticiniis jam   |             | Scopus ejusdem.   | p. 8     |
|   |             | Sermo ligatus.  | p. 9     |
|   |             | Elegantia poëtica.  | p. 10    |
|   |             | Methodus.   | ibid.    |
|   |             | Usus.   | p. 11    |
|   |             | Analysis.   | p. 13    |
|   |             | <i>Canticis Habacuci Euclici</i> dignitas.  |          |
|   |             | Argumentum.   | p. 513   |
|   |             | Ansa.   | p. 514   |
|   |             |   | p. 515   |
|   |             | Sco-  |          |

E T V E R B O R U M.

Scopus.	p. 516		
Elegantia poëtica.	p. 517	Christus: ejus Deitas in cantico	p. 333
Uſus.	p. 518	Mosis aſterta	p. 8.
Divisio generalis.	p. 519 & ſeq.	Eius ignorantia futura cœla apostoliz Judæorum.	ibid.
Captivitas Babylonica quædam po- puli expurgatio foret.	p. 281	Ante incarnationem ut ange- lus faciei cognitus.	p. 6
Eius supplicium, reatum po- puli carnalis dannans.	p. 273	Dux, ut Deus exercituum descriptus.	p. 546
Præparatio operis Dei, ad fa- ludem adducendam decreti.	p. 274. 275	Præco futurus.	p. 323. 324
Eam non abrumperet ſpeim coſervationis & reſtitutionis religionis Moſaicæ, variis de- monſtratur argumentis.	p. 307.	Rupes cognitionis Iſraēlis.	p. 65
Caput comatum.	p. 179. 180	Illum infamia notarent & mor- te afficerent Judæi.	p. 60. 61
Falsæ ecclesiæ pro Antichristo.		Civitas regno Christi contraria.	p. 431
Nudationum.	p. 179	Eam compingere, quid?	p. 432.
Pagorum Christi.	p. 180	Eius constitutio per injuſti- tiam.	p. 433
Carnem edere.	p. 178	Clamor lapidis ex pariore & reſ- ponſio trabis ex ligno, quid ſignificant?	p. 419
Caſus Antichriſti ex variis ſcriptu- ræ locis probatus.	p. 205. 206	Cognitio uberior in regno ecclesiæ probata.	p. 207
Ejusdem judicii ratio.	p. 206	Cognoscere gloriam Jeħova.	p. 437
Celsa pro munimentis.	p. 606	Ad eam pertinet ſui manife- ſatio, ut ſolum ecclesiæ ca- put.	ibid.
EA calcare.	p. 607	Collum depreſſio.	p. 552
Terræ quid notent?	p. 51	Comedere, quid improprie ſig- nificet?	p. 592
Chaldaei futuri poſſeflores Monar- chizæ.	p. 255. & ſ.	In occulto, pro clandestinis artibus conuovere.	ibid.
Eorum gens quænam?	p. 254	Commoſio ventris ut adjunctum mi- ſericordiaz.	p. 595
Instrumentum judicii diu. à prophetis prædictum.	ibid.	Confidere ſibi ſuper ſimulachro.	p. 474
Truculentii.	p. 255	K k k k 3	Con-
Expediti.	ibid.		
Eorum eveſtio non infert ex- tinctionem cultus & populi.			

# INDEX RERUM

- Confugere ad rupem.* p. 168  
*Conjugum ad simulachra vim ire.*  
 Dei includit. p. 476  
*Conservatio populi in deserto.* p. 48  
*Consilia principum vana contra Dei*  
 contilium. p. 264  
*Consolatio fidelium in regno ecclie*  
 sive maior. p. 207  
*Consumptio telorum Dei.* p. 106  
*Contentio pro reprehensione pro*  
 pheticā. p. 239  
*Conversio Iudaorum & gentium* 41  
 universalis cum regno ecclie  
 futura. p. 207, 208  
*Cornua exercitus quid?* p. 535  
*Corripere deo dicitur.* p. 294  
*Cortina terra Madian.* p. 555  
*Cunctari Christo tribuitur ex o*  
 pinione hominum. p. 327  
*Cuschan, ejusque tentoria.* p. 554
- D.
- D**emones, quinam? p. 63  
*Denudare ad collum usque*  
 f. 579  
*Denudatio fundamenti ad collum usque*  
 ibid.  
*Derelinquere Deum, crimen Israe*  
 lis. p. 59  
*Destatis Filii negatio, crimen est*  
 errantes ex regno Dei exclu  
 des. p. 118  
*Deus alienus qualis dicatur?* p. 51  
 Meus. p. 290  
*Salutis, ut argumentum gau*  
 dii consideratus. p. 604  
*Sanctus, est. Dux populi.* p. 531  
*Solus vitæ & necis arbiter.* p. 309
- Ultionum.* p. 180  
 Dei loco esse, quid & quo  
 sensu dicatur? p. 269  
*Dies angustia, cui opposita salus*  
 Christi. p. 596  
*Iris & vindictæ cum anno ac*  
 ceptationis conjunctus. p. 528  
*Diu ante ignoti & novi.* p. 63, 64  
*Directiones.* p. 388  
*Dissimilatio gentium.* p. 551  
 Iesus consequens fuit disjectio  
 montium æternorum. ibid.  
*Dissipare ecclesiam.* p. 591  
*Dissimilatio finis creationis hominis* 3  
 fine creationis piscium maris.  
 p. 299, 300  
*Doctor mendacii.* p. 472  
*Domus Dei vocatur templum.* p. 412  
 Typus ecclie N. T. ibid.  
 Eam suam facere notatur  
 ut summum crimen. ibid.  
 Improbi. p. 579  
*Ductus Dei, beneficium Israeli*  
 impensum. p. 50.
- E.
- E**brietas, quid? p. 456  
 Ejus effectus in spiritu li  
 bus. ibid.  
*Eccœ.* p. 434, 438  
*Edere carnem.* p. 478  
*Efferre nidum.* p. 453  
*Elenchus.* p. 317  
*Enarrari dicitur de opere consum*  
 mato. p. 252  
*Equi Dei quid?* p. 594  
*Equites, quinam laudati?* p. 252  
 Enpi

# E T V E R B O R U M.

<i>Eripi ex manu Dei.</i>	p. 414	<i>Fiducia carnalis, propriis incumbens vitibus, crimen lugendum?</i>	p. 168
<i>Everriculum.</i>	p. 301	<i>Finis populi Iudaici prædictus.</i>	p. 97
<i>Eurus in Babylonia ventus extensus.</i>	p. 262	<i>Pro ultimo dierum.</i>	p. 326
<i>Excommunicatio à communione ecclesiæ appellatur abscissio.</i>	p. 416	<i>Fluvii, pro gentibus remotioribus.</i>	p. 556
<i>Excubias agere.</i>	p. 316	<i>Se contra populum Dei effundentes, quarum gentium sint symbolum?</i>	ibid.
<i>Exire verbum, pro publicari.</i>	p. 241	<i>Eorum inundationes, symbolum gravioris persecutionis.</i>	p. 569
<i>Expeditio Christi ducis per equitationem in equis expressa.</i>	p. 557	<i>Fæneratores.</i>	p. 386
<i>Expiatio terre &amp; populi: specimen operis Christi, quo se assertorem &amp; rupem ecclesiæ probat.</i>	p. 187	<i>Forum Iudicum olim corruptum.</i>	p. 243
<i>Exultatio, qualis motus corporis.</i>	p. 603	<i>Frustratio laboris.</i>	p. 435
<i>Exultare in Jehova.</i>	p. 604.	<i>Fuga gentium, signum magnitudinis rupis.</i>	p. 186
F.		<i>Fundare Deo attribuitur.</i>	p. 294.
<b>F</b> <i>Actes Christi.</i>	p. 547	G.	
<i>Dei ejusque occultatio.</i>	p. 96	<b>G</b> <i>Enervatio distorta vocantur Judæi infideles.</i>	p. 97
<i>Jehovæ.</i>	p. 508	<i>Gens perdita consiliis, quænam?</i>	p. 116
<i>Fames inter rigida Dei judicia.</i>	p. 106	<i>Stulta audit, quæ vexaret Judæos.</i>	p. 101
<i>Ficus symbolum pii hominis.</i>	p. 601	<i>Gentium adductio ut bonum N. T. considerata.</i>	p. 306
<i>Quomodo dicatur non florente?</i>	p. 600	<i>Coniunctio cum Judæis.</i>	p. 181
<i>Fides justificans.</i>	p. 352	<i>Deprædatio.</i>	p. 389
<i>Quomodo se habeat ad justitiam &amp; vitam.</i>	p. 349	<i>Substitutio loco Judæorum.</i>	100
<i>Ejus explicatio.</i>	p. 352	<i>Vocandæ antea non populus.</i>	ibid.
<i>Ejus cum vita spirituali nexus.</i>	p. 358. 359	<i>Gladius pro omni armorum genere.</i>	p. 108. 109
<i>Negatur esse in Judæis.</i>	p. 98	<i>Dei,</i>	

# INDEX RERUM.

- |  |             |   |             |
|--|-------------|---|-------------|
| Dei, quid?   | p. 176      | di.   | p. 293      |
| Ejus fulgor.   | ibid.       | <i>Jeschurun</i> , cur dicitur Israel?  | p. 57.      |
| Gloria pro decoro Majestatis.  | p. 461      | <i>Ignis</i> symbolum zeli Dei.   | p. 102      |
| Gog author angustiae populi dicitur.   | p. 598      | Succensus in nabo Dei.  | p. 103      |
| Contra quem Christus, Rex ecclesie, oportunitate id exigente, *movebit exercitum.                                      | ibid.       | Exardere dicitur usque ad orum inferiorem.  | ibid.       |
| Quæ assertoris propagatio consideratur ut medium finiendæ angustiae.   | p. 599      | <i>Imagines</i> (ut vocant consecratas) nullum habere Spiritum sibi assistenti evincitur.   | p. 478      |
|  |             |   | &c.         |
| H.   |             |   |             |
| <b>H</b> abakuk propheta: cuius propo-<br>sopographia.   | p. 212      | Valere quidem ad rei edictæ memoriam conceditur; ast cum sint tantum utilitatis politicæ, demonstratur Pontificios male eas transtulisse in ecclesiis, ubi tantum verbum Dei prædicandum & audiendum. | p. 494. 495 |
| Vitæ genus.  | p. 215      | <i>Imbris</i> cessatio.   | p. 571      |
| <i>Hereditas</i> mundi plenaria aliquam-<br>diu impedita, & in fine certamen conserenda, quo sche-<br>mate exprimatur? | p. 132      | <i>Inclemencia</i> , indicium tyranni.  | p. 306      |
| <i>Hamus.</i>  | p. 301      | <i>Inclusus</i> & <i>derelitus</i> qualis?  | p. 167      |
| <i>Hasta</i> Dei.  | p. 575      | <i>Incorrigitiles</i> <i>Judei</i> antiqui.   | p. 240      |
| <i>Hiroſolyma</i> <i>Spiritualis</i> objectum<br>violentiae.   | p. 392. 393 | <i>Incrassari.</i>  | p. 59       |
| <i>Homo</i> egenus quis?   | p. 592      | <i>Inebriari</i> <i>Sanguine.</i>   | p. 178      |
| Cum reptili collatus.  | p. 300.     | <i>Infidelitas</i> <i>Judeorum.</i>   | p. 285      |
| I.   |             |   |             |
| <b>I</b> ehova, Deus exercitum.  | p. 433      | <i>Inflammare</i> fundamenta montium.   | p. 104      |
| Certain in Deitate personam<br>designans.  | p. 504      | <i>Inimicus</i> , pro Diabolo.  | p. 179      |
| <i>Dominus</i> , strenuitas hominis.   | p. 605      | <i>Inimici</i> ecclesie.  | p. 152      |
| Solus gubernat imperium mun-   |             | <i>Itinera</i> seculi notant continuos pro-<br>gressus.   | p. 553      |
|  |             | <i>Jubilum.</i>   | p. 182      |
|  |             | Illud concitare.  | p. 181      |
|  |             | <i>Jude</i> tribus apostatica sub templo<br>primo.  | p. 76       |
|  |             | <i>Judi-</i>  |             |

E T V E R B O R U M.

<i>Judices.</i>	p. 153	<i>Schemata.</i>	p. 220
<i>Judicium pro judicij instrumento.</i>	p. 293	<i>Scopus.</i>	p. 221
<i>Contortum, seu perversum.</i>	p. 243	<i>Argumentum.</i>	p. 222
<i>Hostium Servorum Dei tribuitur rupi Salutis.</i>	p. 187	<i>Divisio generalis.</i>	p. 222 & s.
<i>Quale cultores imaginum maneat.</i>	p. 501	<i>Lignum,</i> pro tabulato ex ligno facto.	p. 418
<i>Vindictæ, cur argumentum latitiae?</i>	p. 183	<i>Lucrifacere sibi lucrum notat studium hominis avari &amp; quæstui dediti.</i>	p. 413
<i>Juramenta tribuum.</i>	p. 558	<i>Pro maximo vitio habetur in episcopo.</i>	ibid.
<i>Justitia Dei retributiva.</i>	p. 161	<i>Quod vitium prophetæ describunt ut principium corruptiōnis ecclesiæ N. T.</i>	ibid.
<i>Justus.</i>	p. 242. 354	<i>Lupi vespertini.</i>	p. 258
<i>Fide ejus.</i>	p. 354. 355		

L.

<i>Altis copia in terra Canaän.</i>	p. 55
<i>Latari &amp; exultare.</i>	p. 302
<i>Lapides domus Dei pro hominibus creditibus.</i>	p. 419
<i>Latibulum, qualis locus.</i>	p. 547
Roboris Christi.	ibid.
<i>Legatus faciei Dei, qui olim dux populi, ut caput novi populi descriptus.</i>	p. 550
<i>Legistatio ad prudentiam faciens.</i>	p. 48
<i>Leprosus, quomodo incedat?</i>	p. 180
<i>Libamina in litera &amp; spiritu.</i>	p. 169
<i>Libanus pro templo ex cedris Libani confecto.</i>	p. 462
<i>Liberatio ecclesiæ per paucos.</i>	p. 149
<i>Libri prophetici Habakuki authoritas.</i>	p. 216
<i>Editionis tempus.</i>	p. 217
<i>Occasio ad argumentum.</i>	p. 219

M.

<i>Agister symphonie in fidibus.</i>	p. 607
<i>Majestas Christi ut Regis.</i>	p. 544
Dei.	ibid.
<i>Manus symbolum virium.</i>	p. 115
Elata, quo sensu dicatur?	ibid.
Dei.	p. 174. 176. 414
<i>Populi Dei abiens.</i>	p. 156. 166
<i>Mari tributa quid sit.</i>	p. 572
<i>Mare pro imperio aliquo universali.</i>	p. 556
<i>Medium annorum.</i>	p. 526
<i>Mel pro mellitis fructibus.</i>	p. 53
<i>Ejus copia in terra Canaan.</i>	p. 52
<i>Memor misericordia quomodo Deus dicatur?</i>	p. 529
<i>Memoriae cessatio.</i>	p. 112
<i>Mensuratio terre.</i>	p. 550
<i>Mentiri nescius dicitur Christus.</i>	p. 326
<i>Messias, cur causa justitiae?</i>	p. 356
	Num

# I N D E X R E R U M

- Num futurus merus homo,  
an etiam verus Deus? p. 67. 73
- Metus de adventu Christi* præscin-  
dendo aut differendo per con-  
trariam promissionem aufer-  
tur. p. 333. 334
- De Religione Mosaicâ per e-  
vectionem Chaldaeorum ex-  
tinguenda, promissione de  
visione perpetuendâ tollitur.  
p. 333
- Molestia* labor frustraneus delas-  
sans sine fide. p. 235
- Molitio Iehova.* p. 524
- Monarchiarum initium à vi præter  
jus illatâ.* p. 261
- Montes & colles* emblema regno-  
rum & nationum. p. 551
- Æterni.* p. 552
- Eorum disjectio.* ibid.
- Terror à conspectu Dei. p. 570
- Mors* emblema inferni. p. 378
- Spiritualis.* p. 291
- Eius remedium est gratia Dei  
sanctificans. ibid.
- Eius oppositum est vita. ibid.
- Eius periculum, cui & quomo-  
do püs per Chaldaeos imini-  
nuerit? p. 291. 292
- Moyses* actor in Cantico. p. 2
- Multiplicare non sua.* p. 383
- Munimentum.* p. 315
- Munimenta fortissima* vana Deo po-  
pulum tradente. p. 264
- N.
- N**ebucadnezar improbus cur  
vocetur? p. 298
- Rupes quomodo dicatur? p. 294
- Nidus* pro tuto habitaculo. p. 413
- Eijs phrasis unde desumpta. ibid.
- Notificatio operum Dei.* p. 527
- Quod ad erectionem regni  
Christi maxime necessaria.  
ibid.
- Nudata* pro pudendis revelatis.  
p. 457
- Nuditas*, Symbolum abnegatæ  
justitiae Christi. p. 458
- Eam conspiciendam præbere  
quid? ibid.
- Nutatio pedis hostium*, quid? p. 162
- O.
- O**blivisci Deum. p. 65
- Quomodo Deo attribua-  
tur? p. 529
- Obsignatum* in archivis. p. 160
- Occultatio faciei Dei* à Judæis,  
quale judicium? p. 96
- Ode erratica.* p. 512
- Olea*, Symbolum pii hominis.  
p. 602
- Oleum*, copiâ ingenti in terra Ca-  
naan. p. 53
- Operire*, quid significet in causa  
judicii, & quorū metapho-  
ra relipiat. p. 463
- Cœlos.* p. 543
- Opes* per rapinam & injustiam  
acquisitas esse instabiles pro-  
batur. p. 383
- Oppresso* judicū iniquitate veram  
constituere ecclesiam. p. 186
- Orbare*, pro orphanos facere pa-  
rentum ablatione. p. 109
- Oforis*

# E T V E R B O R U M.

Ostes Dei.	p. 177	tur?	p. 165
Oves symbolum fidelium virium minorum.	p. 602	Piscatura hamo, sagenâ & evericulo symbolum variorum modorum subigendi gentes & populos.	p. 310. & seq.
E caula excisa.	p. 601	Populus pro majori principatu.	p. 434
		Pro variâ populi Dei tribu.	p. 389
<b>P</b> arabola.	p. 380	Christi, divisus in tribos ad exemplum Israëlis antiqui.	p. 589
Partis veloces.	p. 258	Christianus ex Judaeis & gentibus sub Christo militans describitur ut ingens multitudo.	p. 381
Partes, unde constratur?	p. 417	Dei.	p. 164
Parturire populum Israëlis Dei est.	p. 65	Salus ejusdem, quid?	p. 577
Pascua lauta in terrâ Canaan.	p. 55	Egressus Dei ad eam.	p. 578
Peccare in animam alicujus.	p. 417	Expiatio per fidem.	p. 184
Peccatum sub nomine mali.	p. 296	Regni Dei ut instrumentum retaliationis.	p. 390
Peccata populi adventum Christi differre non potuisse, pluribus probatur.	p. 329. &c.	Portatio Israëlis opus Dei seu Angeli foederis.	p. 50
Pedes instrumenta itineris, sunt pedes Evangelizantium.	p. 605	Potare alium in malam partem quid sit?	p. 454
Horum pedes cum pedibus certarum comparati.	ibid.	Potator socii, quis?	p. 453
Perfidia ut summum in homine temulento vitium notatur.	p. 376	Potestas gentium delenda.	p. 149
Perfidus, qualis sit?	ibid.	Potus scortationis emblematicè proponitur.	p. 454
Pestilentia ut præambulo judiciorum Dei & index appropinquantis adventus inter gentes.	p. 548	Præputium nota gentilissimi.	p. 460
Pestis inter severa Dei judicia.	p. 107	Cordis, quid?	ibid.
Petra ecclesie præ petrâ hostium.	p. 151	Ostentare.	ibid.
Ejus mella fluunt in terrâ Canaan.	p. 52	Prestolari.	p. 328
Penitente, quo felsu Deo adscriba-		Promissio cognitionis amplioris sub N. G.	p. 435
		Ea comparatur cum aquis mare operientibus.	p. 436
		LIII 2	p. 436

# I N D E X R E R U M.

- P**ropheta quis olim dictus fuerit? p. 215, 226, 227  
**P**rotellio Dei. p. 171  
**P**rovenius terra, quomodo negetur vitibus? p. 600  
**P**rovenius agri edere est quietis & pacis. p. 52  
**P**rudentia gentibus & Pseudo-Christianis negata. p. 117  
**P**udor. p. 415  
**P**ulverem colligere, quid in arte militari? p. 265  
**P**upilla oculorum symbolum rei charissimæ. p. 48  
**P**uritas Dei in quo consistat. p. 295, 296
- Q**uarto interrogativè possum, causam viarum Dei denotat. p. 299  
**Q**uousque, vis vocis eruitur. p. 384
- R**.  
**R**ecalcitrare tribuitur Israëli. p. 58  
**R**ecordatio oblivioni opposita. p. 529  
**R**eques ecclesia ultima. p. 207  
**R**espondere clamanti. p. 418  
**R**eo adscribitur. p. 317  
**R**esurreccio mortuorum. p. 173, 174  
**R**etributio justizæ div. seu talionis. p. 161, 177  
**R**ex Chaldeorum positus in iudicium. p. 292, 308  
**R**omanum imperium pro universali
- habitum. p. 395. &c.  
**R**upes ecclesiæ præ rupe hostium. p. 151  
**H**ostium. p. 149, 151  
**S**uos vendens. p. 149  
**S**alutis, sospitator populi. p. 59
- S.**
- S**acrificia post mortem Christi à Judzis oblata, fuerunt abominationes. p. 84  
**S**agena. p. 301  
**E**am evacuare. p. 305  
**S**uz sagena sacrificare. p. 302  
**S**agitta Dei. p. 177  
**S**alus quæ tantopere flagitatur vate, est salus per Christum adducenda. p. 330-334  
**S**anare Deo attribuitur. p. 174  
**S**anctitas Dei involvit iustitiam. Dei vindicativam. p. 197  
**I**sraelis. p. 291  
**M**ajor in regno ecclesiæ ailestra. p. 207  
**S**anguis, pro reatu sanguinis. p. 391  
**A**dam pro crimine cædis Christi à Judzis & gentibus perpetrato. p. 464  
**S**ervorum rupis. p. 182  
**E**um uicisci, Deo tribuitur. p. 183  
**U**va, cur vinum dicatur? p. 56  
**S**apienia neglectus, quid in gente malesanā. p. 145  
**S**atiari ignominia præ honore. p. 459

# E T V E R B O R U M.

Sauisare dicitur Deus.	p. 174	bare foliis.	p. 545
Scenam tertiam Cantici Mo <sup>s</sup> is		Spoliatores ecclesie in prophetiis de-	
spectare tempora certaminum		scripti, ut credentibus ut spo-	
& triumphi ecclesie N. T.		lientur traditi.	p. 390
Ejus scopus.	p. 140	Stare super custodiam.	p. 316
Poëtica fictio.	p. 141	Statio, cur custodia vocetur?	p.
Scriptura est medium multiplicandi & conservandi rei memoriae.	p. 318	Statutum tempus pro tempore adventui Christi destinato.	p. 321
Semen Abrabami, objectum misericordiae Dei.	p. 529	Strepitus persecutorum contra regnum Christi indicat tempus silentii nondum adesse, sed imponendum post judicium Anti-Christi.	p. 510. 511
Ejus misericordiae opus effecta.	p. 529. 530	Stupor.	p. 250
Servi Dei, quinam audiant?	p.	Subducere se.	p. 346
Silencium orbis varia supponit.	165	Sublatio manus jurantis ut sit?	p.
	p. 507. & seq.	Surgere.	p. 387
Silere, Deus quomodo dicatur?	p. 298	Quo sensu Deo attribuatur.	p.
Simulacri descriptio.	p. 471	T.	
Sub ligno & lapide immoto propositum.	p. 475	Abula.	p. 318
Simulachra inania & muta.	p. 474	Tela Dei Symbolum calamitatum.	p. 105.
Ea populum docere non possunt.	p. 477.	Lucida.	p. 575
Eis utendum non esse ut doctioribus probatur.	p. 491.	Templum, Symbolum ecclesie.	p. 505
Sodoma & Gomorrha.	p. 155	Jehovæ.	p. 504
Speculator quis dicatur?	p. 315	Sanctitatis Dei.	p. 505
Spes, ejus natura.	p. 327	Tempus male tractati Christi inter Assazonorum felicia tempora & ultimum Recip. Jud. exterminium positum.	p. 82.83
Spem populi in Babyloniam non evenuisse probatur.	p. 311. 312	Terra, pro qualibet terra regio-	
Spernere populum contumacem, quo sensu dicatur Deus?	p. 94	ne.	p. 392
Splendor Christi collatus cum ju-		Pro universi orbis hominibus sine	

# INDEX RERUM

- sine discriminine. p. 506  
 Pro Palæstinâ. p. 184  
 ibid.  
 Eam expiare. p. 391  
 Pro terrâ Canaan. p. 391  
 Quæ monumentum furoris  
 gentium per contaminationem  
 cultus Idolatrici. p. 391  
 Commendata à fructibus a-  
 gua, scil. fico, vite & oleâ.  
 p. 599  
 Eadem descripta ut abundans  
 melle. p. 52  
 Oleo. p. 53  
 Lacte & butyro nec non pa-  
 scuis & tritico. p. 55  
 Vino. p. 56  
 Terror. p. 102  
 Theman, ejusque situs. p. 533  
 Thesauri ingentes à tyranno ini-  
     que corrali, cum æris alieni  
     copia comparati. p. 385  
 Timere, quo sensu Deo tribua-  
     tur. p. 113  
 Timor. p. 522  
 Trabes tabulata fulcientes sunt ym-  
     bolum protectorum ecclesie.  
 p. 419  
 Transire notat trajectum flumi-  
     nui. p. 267  
 Tritici copia in terrâ Canaan. p. 55  
 Triuratio gemium effectum iræ div.  
 p. 577  
 Triumphi antiquorum cum irrigo-  
     ne ducum. p. 263  
 Tyrannus comparatus æris alieni  
     acceptori. p. 385  
 Piscatoribus comparatus. p.  
 300  
 Inter Judæos piiis imminentes.  
 p. 238  
 V.  
**V**anitas, p. 383. 414. 455. 476  
 Vanitas idolatriam, imper-  
 itationem, & religiopem falsam  
 notat. p. 235  
 Vanitates sunt ceremonia post ad-  
 ventum Christi. p. 99  
 Velleitas in Deo male probata ex-  
     optativo dicendi genere. p.  
 146  
 Vendete suos, ut rupes hostium di-  
     catur? p. 149. 150  
 Venenum serpentum poena. p. 108  
 Venire de Christo. p. 328  
 Venuisse venire significat varius ad-  
     ventus gradus. p. 329  
 Ventus symbolum impetus hostilis.  
 p. 266. 267  
 Vexatio seu persecutio, quam à fra-  
     tribus patarentur discipuli  
     Christi, prædicta. p. 95  
 Causa spreti populi & nota ju-  
     dicii imminentis. ibid.  
 Vicinæ symbolum spiritualium  
     oblationum. p. 169  
 Videre, quo sensu Deo tribuat. p.  
 93. 97. 165  
 Malum pro experti. p. 236.  
 316  
 Quonodo Deo adscribatur &  
     de Deo negetur. p. 296  
 Vines, symbolum pii hominis.  
 p. 601  
 Viuum, symbolum doctrinæ. p.  
 197  
 Pro

# E T V E R B O R U M

Pro viro vino dedito.	p. 374	Viro in eternum juris-jurandi div.
Viri superbi descriptio.	p. 376	formula. p. 175
Vir Libani pro subversione templi.	p. 462	Ultio divina. p. 160. 177
Visio futura.	p. 320	Ultionem sumere. p. 180
Varia ejus significatio.	p. 319.	Unctus Dei. p. 578
	320	Vomitus ignominiae. p. 461
Prophetica quænam fuerit? p.	215. 216	Uva venenata symbolum malo-
Vita Christi è mortuis, ut opus Dei		rum doctorum. p. 157
considerata.	p. 524. 525	Urarum usus. p. 600
Spiritualis per excellentiam vi-		Vulnerare dicitur Deus. p. 174
ta vocatur, & quomodo? p.	357	Z.
Ejus spes facta justis per si-		Zelus Dei, quid? p. 61. 62
dem Christi.	p. 358	Eum concitare per non
Ytius symbolum populi Dei.	p.	Deum. p. 98
	155. 601	Ad zelum provocare quen-
Sodomæ symbolum falsæ ec-		quam. p. 6
clesiæ.	p. 155	Ad zelum provocandi Judæi
		per non populum. p. 99.
		100.

I N.

# INDEX HISTORICUS.

## A.

**A**bscensio faciei Dei à Ju-  
dæis Christum non  
recipientibus. p. 123  
*Angelitæles magnitudinis*  
Christi facti in ejus resurrec-  
tione & adscensione in cœ-  
lum. p. 81  
*Angelolatriæ rei sunt Judæi*, in  
Christum refractarii. p. 86. 87  
*Antichristi manifestatio*, ecclæsiæ  
ejusque saluti damnoſa p. 585.  
586. moderata denudatione  
colli ejus. p. 586. 587  
*Apostasia* decem tribuum. p. 76  
*Ariana* hæretis ortus & progres-  
sus. p. 194. & s.

## B.

**B**abylonica monarchia primor-  
dia posita in Nebucadne-  
zare primo. p. 276  
*Babylonis spiritualis fundamenta*  
fuisse in cædibus & injustitiâ  
collocata, ex historiâ Papatus  
evincitur. p. 441. 442  
*Bellum Iudaorum cum Romanis.*  
p. 123

## C.

**C**aptivitas Babylonica incipiens  
ab anno Jojakimi quarto  
cum abduktione nobilium, &  
quorundam vasorum templi.  
p. 277  
*Caroli Magni studia* pro instau-  
randis literis, & conservatione  
cognitionis theologicæ. p. 583  
*Chaldaeorum Regis* studia contra fidem  
ecclesiæ judaicæ in ere-  
ctione colossi aurei. p. 311.  
*Christum* veniendo venisse pluri-  
bus probatur. p. 337. 338  
*Christians* ut tempore Constantini  
fænereatores facti depinguntur.  
p. 409  
*Cælitæ sub morte Christi testes*  
magnitudinis ejus facti. p. 81  
*Cognitionis incrementum*, ut per o-  
mnes terras obtinuerit? p. 127  
*Conservatio reliquiarum gentis Ju-  
daicæ.* ibid.  
*Credentes* ex Judæis & gentibus  
in unum populum collecti. p.  
363. Ex Judæis, judicio di-  
vino in obstinaces exempti.  
p. 369. 370  
*Cultus dæmoniorum* inter Judæos.  
p. 84. *Deitas*

# INDEX HISTORICUS.

D.

**D**eitas filii non agnita à pseudo-Christianis, hāc in parte Judaizantibus. p. 116  
**D**amonum cultus, quomodò obtinuerit inter Judæos posteriores. p. 84  
**D**iscipulorum Christi vilitas ex vi-  
te genere. p. 77. ratio scandali in Judæis. p. 80

E.

**E**cclesiæ reformatæ libertas resti-  
tuta. p. 202. liberanda à per-  
secutionibus: cuius spei funda-  
menta afferuntur. p. 613. 616  
**U**ltima periodi quies à perse-  
cutionum molestiis probatur.  
p. 207  
**E**piscoporum ambitio & luxus descri-  
buntur p. 421. Horum studia in  
sedibus exaltandis p. 424 pro-  
fluentia ex consilio se eripiendi  
ex potestate secularium.  
p. 425 & s. Temeritas in ex-  
communicandis dissentienti-  
bus. p. 427 Unde piorum ge-  
mitus. p. 428

**E**uangelium regni Christi sub Mo-  
narchiâ quartâ iactum sumpsit.  
p. 394. Ejusque promotionem  
gentes impedire non potuerunt.  
p. 563

**E**x purgatio populi Judaici per Chal-  
dæorum immisionem promo-  
ta. p. 281.

F.

**F**ides Christo & euangelio à  
Judæis negata. p. 285

G.

**G**allica persecutio nostri tem-  
poris iniquior clerum fa-  
cit judicem: & ejus pravæ ar-  
tes. p. 610  
**G**emini vocatio ad fidem euan-  
gelii. p. 125 utque Judæorum  
pertinacia ei ansam obtulerit.  
p. 126. Adductio cum Judæis  
in unum corpus. p. 379.  
**G**entes infideles Constantini tem-  
pore fugere coactæ. p. 189  
**J**udicio Dei sub Licinio & Ju-  
lianico sublatæ. p. 193. 194

H.

**H**eroës, Antichristum sub  
reformatione terrefaciens.  
p. 611, 612  
**H**ierosolymatum expugnatio & sub-  
vercio prima, per Chaldaeos  
facta. p. 279  
**H**ungarica persecutio nostri tem-  
poris. p. 609

I.

**I**dolatria in variis mundi pla-  
gis extirpata. p. 585  
**J**esus in tempore ut Christus ve-  
nit. p. 337 & s. quoad vi-  
tam irreprehensibilis. p. 78  
 ejus opus perfectum: quippe  
qui peccatores convertit, le-  
gem implevit, peculium re-  
demit, atque variis gratiæ do-  
nis consummavit. p. 77. Com-  
probatur verus Dei filius, &  
rupes salutis. p. 76 à Judæis  
male exceptus. p. 82, 83  
**C**onvictus petitus; & coram

M m m

ju-

justice accusatus, p. 79. Imò ad necem per modum supplicii raptr. p. 80. 81 Adductor salutis. p. 282 &c. Justificatus sub ejus resurrectione testimonis cœlitum. p. 81. 82

*Jesuitarum* pessima dogmata, de sola religione Romana tolerandâ: & pacitis protestantibus non servandis. p. 203. 204 perpetui principum incitatores ad bella protestantibus inferenda. p. 610

*Imagines* demonstratae, ut quæ ecclœ nunquam utiles fuerunt, sed noxiæ. p. 487. 488

*Incredulitas* Juxtorum. p. 285

*Insinuatio populi in Canaan* collati cum introductione novi populi in hæreditatem mundi. p. 534

*Ira Dei* in Judæos, ut misericordia locus detur, non nihil dilata. p. 547 per prolongationem seculis inter Romanos & Ju'eos p. 541

*Inde* ab Angelo steteris suscepiti in deserto, ducti, cibati, defensi & educti. p. 74. Interram omnibus instrutum bonis introduci. p. 74. 75 Eorum status variè crescens, sub triplici conditioне, sub tabernaculo, templo primo & secundo. p. 75 Ingratitudo sub iudicibus & Regibus, peccans in cultu celorum & idolorum. p. 75 à Nebucadnezare subacti, & abducti. p. 277 &c. In Aegyptum profugi ferè omnes detecti paucis triumpho servatis. p. 280 In Babyloniam ad idolatriam tentati. p. 281 Ex eâ per Cyrum sunt liberati. p. 282

*Increduli* Jesum non acceperunt: stulti, & gens perversa, cum Sodomitis comparata. p. 78. 79 Cum stupore viderunt opera Christi. p. 283. 284 Se Christo subducentes

à corpore ecclesie separati sunt. p. 364 Ita reiecti, ut eorum vice gentilium facta sit assumptio. p. 100 Omni gratia bonis fructibus substituti sunt. p. 367 Apostasias & impietatis poena dederunt. p. 368 Reliquæ cernuntur per orbem plantæ. p. 125 &c. Cur potius ita dispersi, quam funditus deleti sunt? p. 114 Seculo secundo duce Barcochab tumultuantur, & Christians perseguuntur: sed ab Hadriano caeli milere percunt. p. 564. 565 *Judicium Dei* exectioni mandatum in Gentes, & thronum imperii Romani. p. 407. 409 In Judæos cum primâ euangelii expeditione. p. 561 &c. s. p. 541.

*Judaizantes* heretici luere Ebionites &c. p. 129.

*Juramento* tribuum Constantini tempore assumpta in dictum militare. p. 567

*Justi ex fide*, per dona spiritus sancti probati, ut sint viæ spiritualis participes. p. 265 fuerunt genuini Christi discipuli. p. 261 cam justitiam rejecientes facti sunt inimici Christi. p. 362

L.

*Liberatio* populi Iudei ex captivitate Babylonica. p. 282.

M.

*Martyris* in variis mundi partibus & regionibus à Christians passa. p. 200. 201 *Maxentius* à Constantino superatus. p. 190

*Maximinus* à Licinio superatus. p. 191

*Monarchia* quartæ crimina, vindictam Dei provocantia. p. 404 &c. *Mohammed* quando ortus fuerit? & quid ejus sectatores de Christo sentiant? p. 196

N.

# HISTORICUS.

N.

**N**ebucadrezzus primus (qui Nabopolassar) regnum Chaldaeorum suscepit & contra Scythas defendit. p. 276 per filium Ægyptum ad Cercusium superavit, atque intra triennium Syriam adiunquæ Ægypti occupavit. p. 277 Secundus, qui & magnus, prioris filius, parenti succedens, Scytharum expulsione, Ninivis expugnatione, & Assyriæ cum Medo divisione fundamenta jecit monarchia Chaldaicæ p. 277. 278 Judeos rebellantes planè subegit. p. 278.

O.

**O**economus fastuosus post gentium fugam per avaritiam questrus faciens, ostenditur in episcoporum artibus ad opes corradendas, p. 420 &c. Ordines in papatu superiores & inferiores fulcrum sibi cathedram Romanæ? p. 444 P.

**P**apam Romanum esse Antichristum, ex historiâ papatus demonstratur. p. 439. ejus elatio supra omnem potestatem mundanam. p. 440. sub specie vineze introduxit doctrinam trinitatim. p. 197. Idololatriam nefandam. p. 198. & tyrrannidem in conscientias haud ferendam. p. 199.

**Pax ecclesiæ** sub Constantino, absorbita per persecutionum fluvis. p. 580 Periodus N. T. prima incipit à gloriam Christi ebuccinatione in pentecoste. p. 559. cum summa luce euangeli. p. 560. & expeditione Christi ad subjectionem mundi. p. 560. quæ facta est in exitu Apostolorum, orbem inter se dividentium. ibid. continet quo-

que expeditionis successum, Christo credentes contra omnes machinas defendantem. p. 560. 561

— **Quarta** tenebras invexit in ecclesiam. p. 581 sub quâse extulit Antichristus in ecclesia. p. 582 aliqui lucis tamen fuit conservatio apud varios. p. 582. 583 **Persecutio**, quam passa est ecclesia prima à Judais. p. 122 alia passa à gentibus. p. 128 & ab' Antichristo. p. 199. 610 **Ultima**, quoisque se sit extensura. p. 203

**Poculum Jeorstatonis**, ut obtulerint Clerici in Papatu & praesertim Jesuite suis artibus, quibus conantur protestantes reducere ad Papismum. p. 465 Quibus operam navant vi externâ politici. p. 466 Crimen exaggeratur. p. 467 &c. iudicium in eos venturum assertur. p. 468

**Pontificem** habere jus in omnia regna mundi, hypothesis Jesuitica est multas metathinationes parvæ. p. 204. 205

**Populi** pro sede pontificiâ olim frustrâ belligerantes & cum suo domino recententur. p. 444. 448.

**Prædicatio euangeli** salutis. p. 284 **Præfigia** excidio Reipl. Jud. præmissa. p. 130.

R.

**Riformatio** cognitionem gloriæ Dei restauravit, quâcum potestas Papæ immunita & multis in locis abrogata est. p. 449. 450

**Reformati** ex Babylone spirituali egressi, in variis quasi tribus distincti sunt. p. 608

**Egnii**, seu auxilio mundano destituti, multa gravia à papatu ferunt. p. 609

**Religio Pontificia** ad lucrum injustum

# INDEX HISTORICUS.

- comparata. p. 442 &c. faciens ad luxum & pomparam. p. 444  
**R**espublica *Judaica* ultimum excidium à Romanis passa. p. 124  
**R**esurreccio Christi verè facta probatur. p. 539 & quidem in medio annorum. p. 538  
 Innotuit omnibus salvandis, & si de suscepta; que ex auditu nota divinæ innititur auctoritati. Ibid.  
 Varios habet fructus, respectu Christi. p. 536. 537 respectu salvandorum. ibid.  
**I**ndicium ejus est *Judeo* D̄sum ad iram provocasse. p. 542  
**R**omanii *Judei* fuerunt alieni Amasii. p. 83. gloriam debellata gentis *Judaicæ* ad Jovem Capitolinum transserentes. p. 128 Acerbisissimi religionis *Christianæ* persecutores facti. p. 128  
**P**rinicipes, variis virtutis notati, quibus ut characteribus signantur. p. 400-403 &c.  
**R**omanum imperium gentilium retinacrum Antichristi. p. 427  
 Ejus latitudo. p. 394 nec non divisio sub Diocletiano. p. 581 quibusque simulationibus & bellis ea divisio ansam dederit? p. 581  
 S.  
**S**alus, quomodo per Jesum adducta? p. 282 &c.  
 Sedere ad dextram D. N. J. C. quibus argumentis cœdant Christiani. p. 539  
**S**edes Romana papalis quassata per reformationem Lutheri, aliorumque. p. 449  
**S**eparatio facta cum euangelio inter *Judeos* carnales & spirituales. p. 286  
**S**imulacra in primitivâ ecclesiâ non admitti nisi apud haereticos. p. 481 *Pictura* non admissa vel in usum historicum, nisi inter Ponticos & Cappadoces, historias martyrum apud eorum monumenta pictas, representantes: quod cum transiret ad historias biblicas & quidam transferrent ad ecclesiâ suos habuit contradicentes. p. 492. Cultus imaginum tacite irreperens contra monita prudentum. p. 482. 483  
**H**istoria de triplici circa simulacra controverbia seculo octavo natâ. 483-485. Sententia de adoranda simulacris à Pontificiis susceppta. p. 485. 486. Sententia de admittendis *istidem* pro libris laicorum, & ob multimodas alias utilitates in ecclesiâ discutitur. p. 486-500

T.

- T**emplo primi defligratio. p. 279  
 secundi detecio. p. 129.  
**T**emporis præstigiis initium ad Reipublicæ *Judaicæ* finem vergere. p. 336

V.

- V**ires propriæ in *Judeis* damnatae. p. 268-270  
 Viso sub captivitate *Babylonica* & sequentibus status Judæi conciliionibus, conservata & emergens. p. 334-336

- V**ita ex mortuis Christo restituta, argumentum infinitæ potentiae, & constantius amoris Dei. p. 535. 536.

- V**ocatio genium. p. 125 & quomodo *Judeorum* pertinacia ei ansam dederit. p. 126.

Z.

- Z**edekia Regis oppositio contra Chaldaeos, ejusque eventus tragicus. p. 278. 279

F I N I S.

SALOMONIS VAN TIL  
THEOL. DORDRAC.

# DISSERTATIO

PARADOXA  
HISTORICO-CHRONOLOGICA


De

ANNO MENSE ET DIE NATI CHRISTI.

Quâ , quæ hactenus de

## ÆRA NATI CHRISTI

Argumentis parum solidis prolata sunt, discutiuntur: annus, mensis atque dies mortis Herodis eruuntur: nec non verum nati Christi tempus (ad ÆRAM vulgarem reformatam) ex ipso euangelio statuminatur, cumque omnibus characteribus comprehenditur.



# P R A E F A T I O.

A D

## L E C T O R E M.

**E**pmetri loco Phosphoro nostro Prophetico  
subjicimus hanc nostram dissertationem para-  
doxam , Theologico-chronologicam , de verâ  
nati Christi Ærâ , seu de nativitatis Christi ve-  
ro anno , mense , & præter propter dic , deliberantem .  
Indagatio sanè haud inutilis : quamvis enim hujus questio-  
nis decisio non sit de fide , & Christiano homini satis sit cre-  
dere Dominum nostrum Jesum Christum in plenitudine  
temporis à patre missum , sub Augusto natum , sub Tib-  
erio crucifixum , omnes implevisse charæcteres , quos  
scriptura Prophetica in futuro Messiâ postulat . Nihil  
lominus ad accuratiorem hujus problematis definitionem  
& fidei nostræ assertionem , ejusque adversus infidelium  
criminationes defensionem , haud parum facere putan-  
da est : ea enim vivitur ætas , quâ Scepticorum (nisi  
reëlius dixero Scopticorum ) hominum turba , ad ve-  
ritatem euangelii labefactandam , aut impiis sugillatio-  
nibus gravandam , ex dissentientium cruditorum velita-  
tionibus arma mutuando , omnes nodos avidè arripit ,  
& tanquam debellati euangelii spolium ostentat . Proin  
hand supervacaneam eos collocare operam existimo : qui ,  
quo fides inoffenso pergeret pede ; omnia istius generis  
offen-

## P R A E F A T I O

offendicula è viâ tollunt : & quæ variis Dottrinorum disceptationibus magis implicata quàm soluta erant dubia , à nodosis istis implicationibus liberant : ac præ primis historiam sacram cum publicâ conciliant.

Quæ hæc tenus circa Epocham annorum Christi adduxerunt viri doctissimi , & pro variantium ingeniorum acumine varie efficta sunt , hanc quæstionem tot nodis implicarunt , ut multi accuratam ejus decisionem rem deploratam censuerint ; observantes innumeræ quæstiones ex hâc unicâ esse natas ; subtilissimosque scriptores post magnum impletarum paginarum numerum letatores suos incertiores dimittere , quam erant antea . Vir Cl. Frid. Spanhemius in suâ ad historiam N. T. introduktione de hâc quæstione ita loquitur . Nativitatis Christi observamus modo tres characteres ex euangelicâ historiâ , quibus tempus ejus circumscribitur : sed communes illos , nec satis ad Æram Nativitatis designandam , distinctos : quarè tutissimum est ἐπέχειν ; nihil definiti scripturâ , diu etiam de Natali Christi certante vetere ecclesiâ . Eadem Abrahami Sculteti & Cl. Gisberti Voetii est sententia : qui omnes insufficientiam argumentorum , hæc tenus ad quæstionis decisionem allatorum , nobiscum agnoscunt : quod etiam in primâ hujus dissertatione plenus adstruximus . Hinc Cl. Calvinius , Chronologus celeberrimus Isag. Chron cap. 46. in hanc erumpit querela . Nonne jam ignominiosum prope est nobis Christianis (inquit) de hâc Christi ðæudrþw  tam necessariâ epochâ , à quâ annos salutis nostræ numeramus , diversis opinionibus dissidere , & qui verus tandem natiuitatis Christi annus sit ignorare ? Fateor , iniqua esse eorum hominum judicia , qui ob minus distincte definitam reigescere circumstantiam , historiam alias manifestam in dubium trahere ausint : cum juxta

## AD L E C T O R E M.

juxta hanc methodum infinita in historiis pro incertis relinquenda forent, quæ jam nemine hæstante admittuntur communiter. Nemo tamen respuet hic eorum diligentiam, qui in majorem veritatis triumphum etiam hanc Tentatori occludunt rimam, & definitionem certioram in difficultate materiâ in medium producunt.

Agnosces itaque, Benevoli Lector, haud intemperie esse nostrum laborem, quo laboranti succurrere veritati statuimus, à quo in eas nos incidiſſe cogitationes putamus, quæ rei quæſitæ & desideratæ ſatis faciunt. Ostendimus nos humanæ incuria atque inadvertentia ſolum tribuendum eſſe, quod in iipſis ſacris literis non animadvertant viri, alias sagaciſſimi, quæ annotata omnem cauſam decidere poſſent. Ommis noster labor in eo versatur, ut diem Ieſu natalem ostendamus componi cum diebus Herodis ultimis, finitis cum ultimo peregrinationis Christi Ægyptiacæ termino: & primum reditus Christi ex Ægypto ad ſuscipiendam inhabitacionem Nazarethanam diem cum primo regni Archelai dic concurrere ad amuſim. Quibus poſitis, ad paradoxam quidem, ſed tamen ut exiſtimamus veriſiſſimam ſententiam, fit tranſitus, quâ tuemur ſacrificium purificationis Mariæ (oblatum XL à nato Christo die) nullo alio ſolutum fuifſe temporis intervallo, quam quod inter infantis ex Ægypto eductionem, & ejusdem in civitatem Nazareth translationem intercessit; Herode jam recens mortuo, & Archelao ex patris testamento vixdum declarato regni Successore. Idque conſenſum euangeliorum Matthæi & Lucæ, atque ipſas historiæ euangelicæ cauſas & rationes poſtulare parte diſſertationis tertiarâ adſtruximus. Ex hoc principio facile erit ablatis auferendis menſem definire & præter propter diem, quos nativitas Christi ſibi ante emortualē Herodis diem poſtulat.

Reſtat

## P R A E F A T I O.

Restat igitur, ut accurasier in annum, mensem, atque diem emortualem Herodis suscipiatur inquisitio: cum tota quæstio in istius propositionis resolutione fundetur, quæ postulat dato anno, mense, atque die mortis Herodis invenire annum, mensem, atque diem nati Christi. Prius illud in lucem protrahere conati sumus secundâ disquisitionis nostræ parte, partim ex Josepho, partim ex antiquissimi tractatus compendio, cui titulus **מגלה תענית**. Additis ubique etiam aliis argumentis, eandem rem confirmantibus.

Concoquerè haud prissimum B. L. viros maximos, qui Herodianæ vitæ terminum ex levioribus hypothesisibus loco moventes, in Josephi autoritatem impotenti insurgent animo: alis textum ejus corridentibus, castigantibus, atque pro ingenio suo refingentibus; non aliam ob causam, quam quia eam inveniebant hypothesisibus suis contrariam: Harduino Jesuitâ, nupero Chronologo, etiam totum illud opus supposititum declarante, atque homini ignato & temerario ista figmenta attribuente. Si in causas tantæ fiduciae inquiras? pietatem obtendunt, quâ sibi plus euangelio credendum asserunt, quam testimonio humano: supponentes utrumque testimonium conciliari haud posse. Cum potius culpanda veniat hominum ἀβλεψία & inconsiderantia, ad modum conciliationis non satis attentens. Nos utramque historiam facile conciliari ostendimus, atque adeò gratis assumi talem suppositionem evicimus evidenter. Opus illud, quod sub Josephi nomine legimus, suppositum esse, nem̄ ante Harduinum, quid scio, suspicatus est. Tota antiquitas fere illud sub Josephi nomine legit atque excusulata est. Nihil fraudis hic suspicatus est Eusebius, qui tam parum ab isto tempore, quo subornatum fuisse vult Harduinus, absuit. Imo hujus operis

## A D L E C T O R E M.

operis testimonia non solum ut genuina adduxit, verum etiam totum illud ab agnitu Josephi apud Romanos fidelitate, & collatis illi ob exhaustum laborem honoribus, maximopere commendat: Scribit enim Hist. Eccl. libr. III. cap. 9. Josephum non solum apud Judaeos proprios contributes fuisse virum ἐπιδοξήτατον, verum etiam apud Romanos, ὃς ἀντὸν μὲν ἀναθέσει ἀνδριάντος ἐπὶ τῆς Ρωμᾶσσαν τιμῆναι πάλεων, τὸ δὲ σπουδαστέντας ἀντῷ λόγῳ βιβλιοθήκης ἀξιεῦντας. Ita ut statuæ erectione in ipsa Romanorum civitate honoratus fuerit, & diligentia laude elaborati ejus sermones bibliothecæ inseri digni habitu sint. Etiam Porphyrius libr. IV de abstinentiâ ejus laboribus ut genuinis usus est; qui cum homo gentilis fuerit, id non fecisset, si eos supposititium fuisse opus credidisset.

Qui verò pro genuino Josephi opere agnoscunt, nec scio quâ fronte ei fidem derogare ausint in rebus istius temporis, à quo parum absuit, quique ex libris Nicolai Damasceni (contemporanei rebus Herodis scriptoris) nec non publicis cum gentis suæ monumentis, tum Romanorum actis petere potuit, quicquid de Herode literis consignavit: nullas habens fallendi causas, cur annos vite mutaret, aut orbi tam pudendum in modum impuneret. Ipse publicè gloriatur se primum libros suos de bello Judaico Vespasiano & Tito obtulisse, quod eorum judicium minimè expavesceret; atque Titum ipsum ex solis isti peti voluisse ejus belli historiam: quem manu sua isti labori scripsisse refert, & ut in bibliothecâ publicâ affermaretur jussisse. Addit se eosdem libros Regi Agrippæ ostendisse, atque ab eo LXXII accepisse literas, quibus, quam verisimile à se exaratam esse historiam, planum fiat.

In quantum Josephi fidem confirmant, omnemque histo-

P R A E F A T I O.

historiam illustrent veterum nummi, & Romanæ historiæ collata testimonia, videri poterit in ipsa disquisitione.

Mirum, quantum turbati sint rigidi isti Josephi censores, atque de ponte dejecti, quando ante paucos annos nummus producebatur Herodis Tetrarchæ, in quo annis regiminis ejus XLIIII conjungebatur cum aliquo anno non Caii imperatoris: quem genuinum esse non solum peritissimorum excusiv evicit: verum id ipsum etiam collatio alterius, quem ex Gazophylacio Ampl. viri D. de Wilde instructissimo produximus, confirmat. Neque vim argumenti effugere potuit Harduinus, nisi nova producendo somnire, quibus effinxit Herodem Magnum non fuisse Galilææ regem: nec Herodem, Tetrarcham Galileæ, ejus filium, & in parte domini Successorem; que in ipso opere p. 92. refutavimus. Postquam igitur ex Josepho demonstravimus annum Herodis emortualem incidisse in annum æræ attiacæ XXVIIII; nec non in eam anni istius partem, que aliquot septimanis festivitatem Judaicam paschalem antecedat: simil etiam demonstravimus, Jesum in eadem anni parte ex matre virgine natum fuisse.

Hinc commodè progredientes, occurrebat nobis aliud opus, volumen scilicet scriptoris Judaici, in quo dies jejuniorum & letitiarum consignati occurserunt, dum per omnes anni Judaici mensis etiam dierum qualitates definit: in quo opere Herodis mors ad VIII mensis Cisleu alligatur. Hoc testimonio assumpto constabat annus, mensis, & dies mortis Herodis; quos characteres ad Questionis seu problematis supra memorati solutionem desiderabamus: atque ita ex duorum Judaicorum scriptorum auctoritate, collatis utrinque testimoniis, efficiebamus Herodem è vivis sublatum fuisse, anno Ju-  
daico

A D L E C T O R E M.

daico 3758 mensē Cisleu , die vii . concurrente cum  
anni Jul. XLII . per Jul. 4710 . die 25 Novembris .

Ast postquam hæc nostra dissertatio typis descripta es-  
set , incidit in manus nostras viri doctissimi D. Bernar-  
di Lamy in harmoniam euangelicam commentarius , in  
cujus apparatu chronologico eandem pertrahaturus  
quaestione multa adduxit , quæ sententiam nostram de  
anno Herodis emortuali , & Christi natali confirmant :  
statuit enim vir eruditionis & modestie laude haudqua-  
defraudandus , Herodem defunctum anno AE. Attiacæ  
quidem XXVIII . sed eâ anni parte , quæ cum anno  
Jul. XLIIII . concurrit , circa diem Martii quintum deci-  
num : negans ultra duarum septimanarum spatiū intra  
diem Herodis emortualēm , & Archelai in templū ad  
festiva paschalia ascensum postulari : cum statim à si-  
nitis VII diebus luctus , absoluioque epulo funebris Hiero-  
solymas profectus , templumque ingressus fuerit Arche-  
laus . Hinc retrò cedens D. N. Jesum Christum na-  
tum An. Jul. XLII . die 25 Decembris afferit : et que  
interstitium ponit inter Christi natalem , & Herodis e-  
mortualēm dierum 81 .

Quæ nos ex Megillath Thaänith adduximus , cum  
contra mortem Herodis ad mensis Cisleu diem vii alli-  
gent , oppugnantur à viro Doctissimo , ut minus solidā  
authoritate suffulta ; negat enim illud , quod hodie sub  
eo titulo possidemus , opusculum , esse genuinum , & in-  
dubia fidei : imò potius ad imitationem antiqui operis à  
Judeo nugatore effictum conjicit . Concedit quidem  
(quia ob testimonii Thalmudici evidentiam , quod extat  
tract. de jejuniis c. 2. §. 8. negari nequit) antiquitus  
exitisse volumen , sub titulo Megillath Thaänith , quo  
dies jejuniorum & gaudiorum , olim à Judæis observa-  
ti , continentur . Verum ne ejusdem fidei agnoscatur ,

P R A E F A T I O.

qui hodie sub eo titulo venit, & eidem auctori adscribitur liber, varia objicit. 1. Quod auctore Maimonide antiquum opus sit perditum; atque adeò à scriptore novis, qui filio rabbinico usitum, non potuerit allegari. Ast pace viri Doctri repono, id nusquam dixisse Maimonidem: sed tantum observantiam omnium istorum dierum non amplius esse in usu, atque ita leges illas esse abrogatas. Rationem abrogationis dierum latriæ addit Lundius, quia tempore templi stantis dies illi, in volumine dicto citati, cum latitiâ festivitateque celebrari poterant, ob gaudium, quod Judæis ejus temporis suppeditabat abunde: jam vero destructo templo, ob luctum Judæis communem isti dies ne quidem à luctu interdicti putantur, exceptis festis Purim & Chanuca dictis, quæ hodiernum etiam à luctu remotissima esse solent. Sane plurimum differunt, quoad observantiam dierum librum aliquem esse abrogatum, & eundem esse perditum: quid ni conservarint Judæi librum istum ob usum historicum, in quo rerum, sub templo secundo gestarum, inveniebant diarium. 2. Crediderim quidem ex fragmentis antiquum librum linguâ Aramæa fuisse conscriptum, & quem nos legimus, quadantenus sapere stilum Rabbinicum: Sed exinde nihil confici potest, nisi quod hodiernum opusculum sit antiqui translatio & forte etiam contratio, monente id quoque Cl. Seldeno. Cumque noster antiquum volucrem alleget, & suo auctori attribuat, potius concludendum foret, eum antiquum volucrem habuisse ante oculos: neque ulla video tale quid singendi causas; cum sic imponeret suis tantum contributibus præter rationem; & dictorum fidem faciat suâ ad antiquissimum scriptorem provocatione. 3. Negat quidem vir doctus hanc allegationem, quâ diem Herodis emortualem cum VIII mensis Cisliu componit, consistere posse;

## A D L E C T O R E M.

posse; èò quod pro die luctas fuit habitus, ob combustum à Rege Joakimo volumen, quod Baruch conscriperat Jer. 36: 23. Cumque simul flere & ridere, lugere & latari non potuerint Iudei; atque diebus jejunii luctui dicatis se ab omni gaudio abstinere tenebantur iidem, rogat, quomodo hunc diem lacrimam agere potuerint Iudei ob mortem Herodis? Verum nescio quo auctore dicat vir diligentissimus in diem luctus ob combustum Jeremiæ volumen, à Baruch conscriptum, fuisse impensum vii Cisleu: id sane eo die factum fuisse non commemorat historia Jeremiæ: neque illibi lego Iudeos eundem luctum huic diei alligasse. Omnes, qui nobis calendarium Iudaicum exhibent, jejuniū ob combustum à Rege Jojakimo volumen Jer. 36: 23. ponunt ad diem 28 mensis Cisleu, aut ad ejusdem mensis diem quintum. Hinc Cl. Joh. Meyerus in suâ de festis diatrie pag. 364. scribit: Die 28 (mensis Cisleu) jejuniū indictum ob volumen combustum per Jehojakimuim. Discrepant Doctores circa diem figendum. In **הַלְכֹת נָרוּלוֹת** ponitur octavus dies. In **כָּל בּוֹ** quintus dies mensis Cisleu. Procul dubio hæc discrepantia orta est ex literarum **ח** & **ח** & **כָּחֵן** confusione. Quibus notatis planè corruit, quam movet vir Doctus, difficilias. 4. Quartum, quod contra hunc auctorem movet, dubium, est, quod obtendit Josepho majorem habendam esse fidem, quam huic scriptori; contra cuius fidem allegat Josepho auctore Herodem paulò ante pascha mortuum: quod vel inde colligit, quia Josepho auctore Archelaus statim à finitis diebus luctus templum ingrediens pascha celebraverit: nec ea, que à morte Herodis usque ad Pascha Archelaus fecit, longiori egere tempore quam duarum septimanarum afferit. Nos contra statuimus utrumque auctorem facile conciliari posse.

P R A E F A T I O.

se. Nuspian dicit Josephus Herodem paulò ante pa-scha mortuum : neque intervallum temporis definit; neque , quæ ab Archelao gesta sunt , ita inter se con-neicit , ut nullum potuerit intercedere interstitium. Tria notat ab Archelao gesta ; primum ad curam fune-ralium spectat : alterum ad sacra in templo habita sub acclamacionibus populi , & ad lata convivia pertinet : ter-tium ad stragem , inter rebelles editam , primo die azymo-rum. Jam verò nihil prohibet , quo minus inter absolute funeralia , & diem apparitionis in templo , ut votivas of-ferat hostias Archelaus , aliquid temporis intercesserit. Neque diem sacris hostiis celebratum confundi debere cum die stragis , seu primo azymorum , evidens est ; ut etiam hic satis amplum temporis interstitium admitti queat , quo Josephus cum allegato scriptore in gratiam redeat.

Nec valet argumentum , quo ingeret nos , dicens ; ea , quæ à morte Herodis usque ad Pascha Archelaus fecit , intra duas septimanas comprehendendi posse : cum à posse ad esse non valeat consequentia. Ad sententiarum conciliatio-nem sufficit , quod etiam plus temporis inter varia gesta intercedere potuerit. Imò vix probabile est sola funera-ha intra duas septimanas absolvi potuisse. Attendamus quæso ad apparatum sepulturæ , elationem cadaveris , dies luctus , & epulas ferales , & videbimus illa plus temporis postulasse. Solent apparatus in funeribus regiis esse sumptuosi , justumque requirere tempus , quo omnia absolvantur. Fuit sane iste apparatus majoris molimini. Postquam indicata fuit mors Regis , congregata fuit in Hierichuntinum amphitheatrum omnis militia , lectaque sunt Herodis literæ in istâ conceione (ad milites scriptæ) quibus gratias egit pro fide , & Archelaum fi-lium , regni successorem , commendabas. Dein lettum fuit

## AD L E C T O R E M.

suit testamentum, & facta acclamatione milites eandem fidem & operam pollicebantur. Post haec funus parabatur Regi; Archelao curante, ut exsequie patri fierent quam splendidissimae: & omnem ornatum profrente, ut in pompa comitaretur mortuum. Præsertim accersendi erant aliunde Principes & milites quaruncunque nationum: sequebantur enim post cognatos funus milites, per nationum genera distributi; primum satellites, deinde Thraces, post hos Germani, & deinceps Galli, omnes instructi velut ad prælum. Deinde exercitus multitudo armata sub Ducibus ac Centurionibus. Putasne hunc apparatum absolvi posse intra unum septiduum? Sequebatur funeris elatio, deducendi & leteicam gestandi in castellum Herodium, uti factum est teste Josepho, qui libr. 1. cap. 21. de bello Judaico scribit; corpus per ducenta stadia portatum est in castellum Herodium, ibique secundum ipsius Regis mandata sepulatum est: situs autem castelli alibi a Josepho describitur, quod contra montem arabici lateris propugnaculo munatum fuerit. Sanè difficulter se movet tanta hominum multitudo: & decentia elationis, ut lento gradie pergant, qui leteicam gestabant, exigit: proin ducentorum stadiorum via ab iis non nisi plurimum dierum ambitu absolvri potuit; quia requies a molesto onere & itinere hinc inde interponenda fuit, & dies singularis humationi concedendus: adde, quod redeuntibus etiam iustum concedendum sit tempus, quo Hierichuntem revertantur: & illud vix intra septiduum perfici potuerit. Secuti sunt septem dies tulus publici, atque octavus pro epulis feralibus, prolixè populo exhibitis. Hinc colligo solis illis funeralibus mensem plus minus esse tribuendum.

Si quoque attendamus ad ea, que Archelao obji-

## P R A E F A T I O.

ciuntur coram Cæsare , evidens est , quod oporteat ea facta esse post funeralia : objiciunt enim ei , mutatos auctoritate propriâ quosdam duces militiae ; quodque sedisset in regio solio , & tanquam Rex quosdam caussas determinasset , annuissetque postulatis populi . In libr. de bell. Jud. 2. representatur hoc caput accusatoris . Taic μὲν λόγοις ἀμφισβητεῖν ἄρτι περὶ βασιλείας Αρχέλαιου , τοῖς δὲ ἐργοῖς NB. πάλαι γεγονέναι βασιλείας Ge. quod verbis quidem nunc contenderet de regno , verum re ipsâ NB. jam dudum rex esset factus , & apud aures modo Cæsaris cavillaretur , quem Judicem successionis exspectare noluisset : nam post Herodis mortem , quibusdam ut diadema sibi imponerent subornatis , Regis eum more in solio aureo residentem , partim ordinis militiae permutasse , partim condonasse promotiones : & insuper omnia annuisse populo , quæ velut à Rege impetranda petiisset . Si vix ante Pascha ex testamento heres regni fuisset declaratus , non video quomodo dici potuerit , quod πάλαι jam dudum incepit Regem agere : cum statim Romanum abierit festivitate inhibitâ , & à Cæsare ab appulsi fuerint exaudiiti ( antequam fama de tumultu à Sabino moto ad acres Cæsaris delata erat ) Archelaus & comites .

Præprimis notandum , quod dies comparitionis primæ in templo ( à cuius meridiè Zelotarum casum deflentes ad pœnas postulabant consilii auctores , unâ cum Pontificis ab Herode creati ex auctoratione ) alius fuerit à die cædis illatae , qui differtur ad multitudinis accessionem ad festum : dicit enim de prioris diei gestis Josephus in libr. de B. J. neque si numero aucti fuissent , oocioli fore videbantur . & lib. de A. J. quod ausuri fuissent aliquid , si major accessisset numerus : ut evidens sit ad prioris querelæ repulsionem non ausos fuisse aperto marte congregati & invade-

## AD L E C T O R E M.

re legatos , sed tunc temporis ociosos abiisse , vindictæ animum in aliud tempus differentes , quandò numero au-  
eti forent : quod haud factum antequam major homi-  
num copia , ad festi celebrationem Hierosolymas ingressa  
fuit . Jam vero fieri potuit , ut inter utrumque terminum plures intercesserint dies , quos in apparatu ad iter Romanum faciendum impendit Archelaus ; quæ res e-  
tiam suum flagitabat tempus , propter nobile , quodcum  
Archelao discessit , comitium : nil obstat igitur , quo  
minus quatuor menses integros ante solemnia hæc pascha-  
lia animam dederit Herodes .

Porro mihi notandum est dissentire D. Lamy à Shel-  
stratio , quoad eclipsin lunarem , quam uterque factam  
ait , anno Jul. XLII. die V Septembri . Dissensus est ,  
quoad horam oppositionis , quæ apud priorem ponitur 2:  
5. à meridie , apud posteriorem 9<sup>1</sup>: uterque provocat

ad calculum astronomorum , quorum implorarant ope-  
ram . Ut proin inter dissentientes definirem quid mihi  
amplectendum esset , laborem calculi astronomici in me  
suscepi , atque mihi plane compertum est , erroneum  
mathematici calculum Shelstratum fefellerisse ; quem ta-  
men nimis avidè arripui . Quare , quæ de ecclipsi anno  
per . Jul. 4710 die quinto Septembri assumpsi , lubens  
deleo . Sufficit mihi , quod & Doctissimus D. Lamy  
demonstret nullam eclipsin naturalem huic Josephi testi-  
monio posse applicari , quo lunam defecisse nocte ait ,  
cujus die præcedente aquilæ aureæ raptore pœnas de-  
derant : ut proin illa obscuratio lunæ inter stupenda  
Dei opera censeri debeat . Neque ab istâ hypothesi no-  
stra pendet sententia , quæ de anno , mense , atque  
die mortis Herodis quid sit statuendum ? satis validis  
confirmavit argumentis : & cætera ex euangelio demon-

stra-

P R A E F A T I O

stravit. Hec in antecessum monenda duxi, ut teneat  
orbis eruditus, quām parati simus nostros castigare er-  
rores, sicubi aliundē nobis veriora adducantur; quippe  
hæc unica stat nobis sententia veritati litandum esse: sa-  
nè paratus sum melius me docenti mineral dare & inge-  
nuâ retractatione revocare, quæ postmodum demonstra-  
buntur minus recte à me esse posita. Imò quæ ipse ob-  
servavi nimiâ festinatione, à nobis haud ex vero notata,  
inter errata correxi. Tu igitur B. L. si quid novisti re-  
ctius, candidus imperti, si non his utere mecum.

Dordraci p[re]dicti Cal. Maji  
A. D. M. D. CC.

D I S-

DISSERTATIONIS  
CHRONOLOGICÆ  
S A C R A E  
P A R S P R I O R

*De Demonstrationum adfigendam justam natu  
Christi epocham hactenus allatarum  
insufficiētiā.*

C A P U T I.

*Traditionis, annum Christi natalem definientis, insuffi-  
cientia.*

§. I.

**B**Tiam si æra vulgaris (quæ à nato Christo usque in hunc diem annos 1698 præterlapsos computat) à quibusdam ex traditionum quadam veneratione ut satis accurata & vera suscipiatur, & ob ecclesiæ Romanæ authoritatem (quæ eam suscepit) mordicus defendatur: nihilominus inter ipsos Pontificios invenias, qui eam cum rei veritate minus consentire ingenue agnoscunt. Deliberatur sanè in istâ ærâ (ut traditionis apostolicæ titulo gaudeat) requisita antiquitas: qui enim hanc æram

A pri-

## DE ANNO, MENSE, ET DIE

primus introduxit, fuit *Dionysius*, abbas Romani Imperatoris Justiniani etate circa annum 530 celebris, ut eruditus, atque in circulis paschalibus componendis occupatus; qui primus volut eliminata æra Diocletianæ, necesse cyclis suis æram novam, ab incarnatione Christi annos numerantem. Audiamus Bedæ libri de ratione temporum cap. 45. *Temporum inquit ordinem Graeci calculatores a Diocletiano Principe annis obseruavere.* Sed *Dionysius* veurabilis Abbatu Romanu monachus, & utriusque latae, Graecæ uidelicet & latine omnib[us] prædictis scientiæ, paschalis scribens certos, noluit eis, sicuti ipse testatur, memoriam ipsius & persecutoris inneltere, sed magis elegit ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi annorum tempora prænotare, quatenus exordium sibi nostræ notiæ nobis existaret, causa reparationis humanæ, id est passio Redemptoris nostri, evidentius eluceret. Qui in primo suo circulo DXXXII dominice incarnationis annum in capite pascendo, manifeste docuit secundum circuli annum ipsius esse, quo ejusdem sacrosanctæ incarnationis mysterium caput esse. Hinc ipsa sententia ejus novitas, quippe sexto demuni seculo nata, eam redit suspectam. Addo quod ejus definitio non nisi fero admodum recepta fuerit, atque jam olim ut privati hominis sententia relieta, minusque curata. Ante Carolomanni tempora non videas adhibite istius ære exemplum publicum, qui seculo octavo imperavit, quippe cuius Synodus demum adorrum initio scribitur coacta anno 742. 11 Kal. Martii. Imo recepta vix dicitur sub Eugenio IV. Papâ, qui ccepit A. Dom. 1431. Sanè quod, qui tam diu in rei principio fuerunt remoti, haud apti hâc in causa fuerint arbitri atque Judices, agnoscendum est.

S. 2. Neque satis adhuc constat de mente istius hominis

minis, qui nobis æra istius fuit auctor: alii volenti-  
bus eum natalem Christi posuisse ad diem 25. Decem-  
bris anni anterioris (qui ærae Jul. erat **XLV.**) alii vero  
defendentibus illum haud quam dedisse nobis nativi-  
tatis, sed incarnationis Chrilli æram, cuius annus  
primus etiam comprehendebat tempus conceptionis  
Domini, aequo ac nativitatis; quippe cuius 25 Martii  
eum conceperit mater, quem 25 Decembribus peperit.  
ut anno primo hujus ærae ad finem vergente (qui cum  
**XLVI** Juliano, *Cajo Cesare & L. Emilio Paulo cost.*)  
primam demum lucem adspexerit. Hi Bedam volunt  
male perceptæ mentis *Dionysii* causam, atque inde  
eum accusant. Probant autem hanc *Dionysii* mentem  
fuisse; quia tunc demum cum anni characteribus eo  
tempore creditis & assumptis consentanea posuit. 1. Pri-  
mus ille character est, quod Christiani crediderint na-  
tum suile fer p*ro*p*ri*h*i*, ut ex *Hippolyti* fragmento, *An-  
gustino* & *Sexto Synodo* notant viri Docti: cumque dies  
25. *Decemb* quo haralitia Christi celebrabant, note-  
tur litera B, annus ille querendus erat, cui litera B  
erat dominicalis, quod non convenit cuiquam anno-  
rum proxime coherentium, nisi anno Jul. x. vii cuius  
cycles solis est 10 lit Dom. B 2. Alter ille char-  
acter anni erat, quod tunc creditatur (ut ex *Chryso-  
stomo* constat) *Zacharium* juxta ephemerum suam  
sacra fecisse **XXVII**. Septembribus ludi x. mensis Tisri:  
quem promissum & conceptionem oluit eadem die ut  
obtineant Christiani conceptionem 25 Martii, natum 25  
Decembribus. Jam vero nullus annus est inter controver-  
sos, in quo **XXVII** Septembribus concurrit cum 10 mensis  
Tisri Judaici, nisi annus Jul. **XLV.** quo novilunium ac-  
cidit **xvii** Septembribus mane, ut ab ejus vespera videri  
potuerit: unde sequitur neomeniam Tisri celebratam

#### 4 DE ANNO, MENSE, ET DIE

XVIII Septembris, atque decimam ejus lunam apponendam diei XXVI ejusdem mensis. Proin oportet, ut ex hac hypothesi Dominus noster anno sequenti Jul. XLVI. & conceptus & natus fuerit. Eam fuisse tunc Doctiorum mentem ex Fastis consularibus à Cuspiniano editis patet, cuius auctor ad consulatum Cæsaris & Pauli scribit, *Loc consile Christus natus est VIII Kal Januarii.* Dicit autem ille character nos ad annum Jul. XLVI. qui æra vulgaris primus est.

§. 3. Hinc merito conjicimus Dionysium illum Abbatem annūn illum non posuisse ex traditione, sed ex calculo suo; atque sibi persuasissime, quod ex characteribus receptis invenerit verum annum natalem Domini; aut si alii ante eum id dixerint ex similibus causis, eum horum sententiam calculo suo approbasse: ut non ex traditione, sed ex calculo nata sit illa sententia. Verum, cum traditio de die natali Christi, ad 25 Decembris alligando, non sit constans & fide digna, perit primus ille character, atque annum nati Christi designare non potest. Alter vero character etiam falsa refutatur hypothesi (nempe quod Zacharias die magni expiationis sacra operatus fuerit) ut videbimus postea suo loco: atque adeo inveniendo anno Christi natali nihil auxili adserre potest. Unde concludo sententiam partim incertis, partim falsis fundamentis superstructam plane omni auctoritate & fundamento destitutam esse atque temere calculo Dionysii Christum anno Jul. XLVI natum esse credi.

§. 4. Saltem, si fides de nato Christo anno Jul. XLVI traditioni nitatur, fatendum non universalem esse eam traditionem, & primæ antiquitati incognitam, atque adeo incertam. Omnes enim, qui quatuor primis seculis aliquid de tempore nati Christi annotarunt, haec

etram anticiparunt. 1. Anticipavit eam etram *Justinus Martyr*, qui in sua ad *Antoninum Pium* pro religione Christiana Apologia scribit πρὸ ἑτῶν ἐνατον πεντηκοντα γεγεννήσθαι τὸν χριστὸν ἐπὶ κυρίων, ante annos i. 50 *Christum natum fuisse sub Quirino*; nisi ejus traditionem ad sera nimis tempora protrahere velimus; ostendunt enim viri docti hanc apologiam non fuisse secundam, sed primam *Justinī*: atque eum martyrium fuisse passum paulo post alteram affirmat *Tatianus*, ejus discipulus. In hic apologia vocat bellum *Adriani* contra Iudeos τὸν νῦν γεγενέμενον πόλεμον. Ego ad ludos decennales atque seculares, habitos anno v. c. 900 refero (anno AE. v. 147 correspondente) quando gentes pro more suo insultabant in Christianos, qui suis apologetis animos Imperatorum in tempore emollire conabantur.

2. Saltem anticipavit hanc etram *Irenaeus*, qui libr. 3. cap. 25. scribit natum esse Dominum nostrum circa annum XL I. imperii Augusti: quounque modo annos Augusti sumas, sive à nece Cæsaris, sive a triumviroatu Augusti inito.

3. Idem fecit *Tertullianus*; qui libr. contra Judæos cap. 8. scribit, quadragesimo primo anno imperii Augusti nascitur Christus, & supervixit idem Augustus, ex quo nascitur Christus, annis quindecim.

4. *Clemens Alexandrinus* Stromatum libr. I. scribit. εγεννήθη ὁ κυριος ἡμῶν τῷ ὄγδῳ καὶ ἑμοσῷ ετεῖ. . . ἐπὶ Αὐγύστου: natus est dominus noster anno vigesimo octavo, sub Augusto: qui annus juxta morem Alexandrinorum putandus est ab Alexandriā captā, atque incepit ab autumno anni Jul. XLIII. Hec illustrantur ex sequentibus, ubi subjungit post pauca. Γίνονται δὲ ἀφ' ἦδο κύριος ἐγεννήθη ἔως Κομισθεὶ τελευτῆς τὰ πάντα ετη ἐνατὸν ἐννέακοντα τέσσαρα, μὴν εἰς, ἡμέραι τρι. Fuerunt itaque ex quo natus est Dominus usque ad Commodi exi-

## 6 DE ANNO, MENSE, ET DIE

tum omnes anni 194. Mensis unus, dies tridecim  
 Commodum autem in hortis Vettianis à Narciso atque  
 letà Romæ strangulatum fuisse pridie Kal. Januarii,  
 ipso vii & P. Heliodoro Pertinace coss. anno v. c. 945  
 A. v. 192. confirmat historia: unde patet ex munere  
 Clementis non solum anticipandam esse æram vulgarem  
 integro biennio, sed & mense uno, atque diebus too-  
 decim, ut natalis Christi ponatur anno Jul. 43 13 Kal.  
*Decembris*. ita enim invenias demum mensem illum  
 unum cum diebus tredecim justo loco insertum: quod  
 propter ea diligentius notandum est, quia vix ullus est,  
 qui ejus mensis, & istorum dierum, in exponenda Cle-  
 mentis sententia rationem habuit. Si habuisset *Paginus*,  
 vir doctus & diligens temporum scrutator, non dixisset  
 Clementem putasse Christum die sexto Januarii fusi-  
 natum anno Jul. xliv quo aliquando Iepiphaniæ saecula  
 celebrata sunt in Ægypto: nec dixisset *Basnagi*, sic  
 eruditissimus, nullum diem Christi natalibus a Clemente  
 certum fuisse constitutum, nedam Januarii sententiam.  
 Qui retro numerando à morte Commodo seu ultimo  
 decembr. anni v. c. 945 prater 194 annos a ferre jubet  
 mensem unum & 13 dies ille etiam jubet autem  
 Decembris & ejus Kalendas anticipare dies 13: illuc  
 ergo certum diem constituit? qui xiii Kal. Decem-  
 bris tam evidenter indicat? in anno ante æram commu-  
 nem tertio v. c. 751? E. Jul. xliti? 4. Alijne  
 quoque æram illum vulgarem sub quarto seculo I. *Ephe-  
 bius*, qui in historia sua ecclesiastica libr. i. cap. 5. an-  
 num nati Christi cum annis Augusti juxta dupl. ejus  
 æram dupliciter componit: scribit enim, ἡ δια-  
 δεύτερον καὶ τεστα χρονὸν ἔτος τῇ Αὐγύνει βασιλίῳ, αὐ-  
 γυπτη δὲ υποτάχῃ καὶ τελευτῇ Αὐτοῖς οἱ Κατάδει-  
 εῖς ἦν ύστατην ἡ κατὰ Αἰγυπτου τῶν Πτολεμαίων κατέ-  
 νεστην.

ναστιν, ὅγδοον ἔτος καὶ εἰλοσὸν, ὅπηνια ὁ Σωτὴρ καὶ κύριος  
 ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς τότε πρωτης ἀπογραφῆς ἡγεμο-  
 νευοντος Καίηπια τῆς Συρίας, ἀκολύθως ταῖς περὶ ἀυτὸς προ-  
 φητείαις, ἐν Βηρυτῷ μὲν γεννήται τῆς Ιεδαίας. *Annus igitur*  
*nam agebatur secundus & quadragesimus imperii Augu-*  
*sti, à subiectâ autem Egypto & ab interitu Antonii*  
*& Cleopatrae larus & trigesimus, ad quam ultimam*  
*que Protonum um fuit Dynastia in Egypto conti-*  
*nuit, quando Salvator & Dominus noster Jesus*  
*Christus sub primâ descriptione, Syriam administrante*  
*Quirino, convenienter vaticinatis de ipso, in civitate*  
*Judeæ Betlehēm natus est. Videas, ut ille annum*  
*XLII. Augusti cum anno XXVIII. æra Alexandrinae*  
*componat: qui annus ær. Alex. XXVIII. concurrit*  
*partim cum anno Jul. XLII. partim cum XLIV. Du-*  
*birant quidam, num annum Augusti XLII. putet à necc*  
*Julii Cæsaris? & tunc nativitatem Christi collocaret En-*  
*sebius inter mensem Augustum exeuntem & ultimum*  
*Decembris ann. Jul. XLII. C. Corn. Lentulo & M.*  
*Valerio Messalina Coss. Num verò à consulatu Hir-*  
*tii & Panæ? & tunc natalem domini poneret inter*  
*Kalendas Januarii & Augustum exeuntem anni Jul. XLIV.*  
*Augusto XIII. & M. Plauto Coss.? Dum cap. 9.*  
*libr. i. H. E. dicit Eusebius Augustum regnasse annos*  
*57. videri possit à nece Julii computare annos Augusti:*  
*atque tunc natalem Christi poneret ad annum Jul.*  
*XLII. Verum cum in Chronico Augusto tribuat an-*  
*nos 56. menses 6. & nativitatem Christi referat ad con-*  
*silatum Augusti XIII. & Plautii, evidens est eum*  
*putare annos Augusti ab anno Julianō tertio, cumque*  
*pro anno Christi natali habuisse annum Jul. XLIV. ut*  
*proinde & ille, æram vulgarem antevertens, eam satis*  
*superque excludat. 5. Pergamus ad Epiphaniū: qui*  
*libr.*

## 8 DE ANNO, MENSE, ET DIE

libr. 2. H̄er. 51. de nativitate Christi loquens apertis verbis dicit, ταῦτα δὲ ἐπράγματευθή ἐν ὑπατεῖᾳ Οὐκτωνίᾳ Αὐγύστῳ τρισκαιδεκάτῳ, καὶ Σιλανῷ ὑπάτῃ. *Hec facta fuisse sub consulatu Octavi XIII. & Silani Consuli,* qui est annus Jul. XLIV : alibi quoque cum anno Augusti quadragesimo secundo componit. Statuit autem ille, Aegyptios secutus, natum esse Dominum die 6 Januarii : ut proinde etiam ille æram vulgarem antevestit fere biennium, aut triennium pro variâ æra vulgari acceptance. 6. Inter eos qui quarto seculo æram vulgarem anticiparunt, etiam numerandus est *Sulpitius Severus*, diligentissimus priorum temporum historiographus ; qui scripsit H. E. libr. 2. cap. 39. *Christum natum fuisse Sabino & Ruffino Coss.* ac proinde anno Jul. XLII, prout Fasti consulares indicant : ante æram vulgarem ponens triennium, aut si Christum velis natum exēcunte anno Jul. XLVI quadriennium. Neque ullus est Veterum, qui quatuor prioribus seculis vixerit, atque hujus rei mentionem fecerit, quem non habeat auctor ærae vulgaris sibi contradicentem. Quare pro traditione Apostolicā haud quamquam agnoscenda est æra illa, quæ nec antiqua, nec universaliter in primitivâ ecclesiâ recepta fuit ; sed potius erit de novo ad cálculum revocanda, atque per scripturæ characteres planè infallibilis exploranda.

§. 5. Sancti, quotquot sunt viri erudití, qui Josephum non planè rejiciunt, atque ex eo *Herodem* ante pascha anni Jul. 45. 43. aut 42 mortuum, nec non *Archelaum* anno Tetrarchiaæ nono, ante annum dominicum XXXVII. (quo *Sulpitius Quirinus* omnia ejus filio addicta vendidit, gentemque Iudaicam ad censum descripsit) relegatum fuisse credunt ; æram illam, ut non manifesto erroneam rejicere coguntur ; imo ut scripturæ

pturæ

pturæ contrariam repudiare, quippe quæ affirmat Christum sub diebus Herodis natum, atque ipso die mortis ejusdem Herodis ex Ægypto in patriam revocatum fuisse: quæque initia Archelai cum Christi in terram Israëlis reditu & principio habitationis Nazarethanae componit? Si enim in principio anni Jul. 45. decepsit Herodes? falsum est Christum anno isto exeunte, aut anno Jul. 46. die xxv. Decembris natum esse, cum ejus nativitas mortem Herodis tantum antevertat, quantum dies ejus natalis antevertit diem revocationis ejus ex Ægypto. Multo magis si Herodem mortuum statuas anno Jul. 42. Si Archelaus telegatus est anno actiaco 37. Tetrarchiae nono, aut pro æræ diversitate decimo (prout æram ejus putaveris, seu à morte Herodis, seu à sententiâ Senatus) atque adeo incepit anno actiaco 28, concurrente cum annis Jul. 42. 43.? falsum quoque est Christum juxta æram vulg. anno 45. aut 46. exeunte natum fuisse: quippe qui nativitate suâ principium regiminis Archelai à morte Herodis tantum antevertit; quantum ante redditum suum ex Ægypto orbem ingressum fuisse dicendus est. Cum autem inter se non conveniant antiquissimi Patres, atque adeo de cetero non sit constans traditio; tota res ex ratione dijudicanda est. Imò Patres de nativitate Christi non adeo ex traditione, quam ex loco *Luc. 3: 23.* statuisse; atque annos illos 30 ætatis Christi inter *Augustum & Tiberium* ex æquo dividendo, quindecim eum præter propter annos ante mortem Augusti natum esse dominum conclusisse, res evidens est. Unde, quid illa sic statuendi ratio valeat? suo loco inquirendum erit. Nos, ubi illos omnes à vero aberrasse demonstrabimus, qui post annum Jul. 42. natum ajunt Dominum, simul erroris fontem indicabimus; quod verum exitus Herodis

## 10 DE ANNO, MENSE, ET DIE

tempus neglexerint, aut non satis examinarint; quo adhuc superstite, & cruentam illam scenam adornante, natum fuisse Christum testatur euangelium: ut omnis labor in eo versari debeat, quod dato vero anno, mense, & die mortis Herodis, inquirendum sit, quantum temporis Herodis excessum antevertat natalis ille Christi, quem desideramus, dies? qui calculus verum annum Christi natalem indicabit. Sufficit hanc vice ostendisse; quod, cum Herodes ante æram vulgarem mortuus sit, per hoc argumentum evicerimus eam erroneam esse, & haud quaquam legitimæ traditionis titulo admittendam.

§. 6. Adjiciamus verba Petavii in libr. de doctrina temporum xii. c. 7. *Nemo (inquit) ex omni antiquitate repertus est, qui non ut minimum triennio ante (æram vulgarem) natum Christum prodiderit: plerique quadriennio. Qui coiff. his, & anno ærae Christianæ primo, Christum natum ederet, ante Bedam, hoc est, septimum ante seculum, repertus est nemo. Sc. Petavius vel ipsam Dionysii Exigui mentem longè aliam fuisse existimat, de quâ re ipse videndus est: ut proin fere universali doctissimorum Chronologorum consensu æra ista vulgaris hodiè rejiciatur.*

## C A P U T I I.

*Traditionis, mensem & diem nati Christi definitis,  
insufficientia.*

§. I.



Ue traditiones Patrum & ecclesiarum Romanarum de anno nati Christi plerique deserunt, atque ex pervertenda interpretatione loci *Luc. 3: 23.* quasdam ortas censem; non tamen propter ea omnes traditionem ecclesiae Romanae de die 25. Decembris Christo natali derelinquunt: imo multi pro eis tanquam pro aris & focis decertant: quasi certior esset traditio mensis ac diei, quam anni: quod illi maximè velint, qui diei natalis Christi observationem ab ipsis derivare apostolis cupiunt. Nos præter Pascha & Pentecosten nulla in primitivâ ecclesiâ festa fuisse celebrata existimamus. Festum autem, quod Theophaniæ & Epiphaniæ apud Græcos postmodum audiebat, quodque in memoriam manifestationis Christi in carne fuit celebratum, quarto demum seculo obtinuisse pertendimus. Pro antiquitate observationis festi natalitii Christi videoas quidem adduci Theophilum Antiochenum, sextum ecclesiarum Antiochenarum episcopum, qui ab anno 170 floruit; Hujus adducunt commentarium allegoricum in iv Euangelia, qui latinè extat in tomo 1. Bibliothecæ Patrum. Verum quidem est Hieronymus tempore commentarium extitisse in Euangelia sub nomine Theophili, ex quo ille nonnulla citat in Matthæum. Ast monet idem Hieronymus in suo de scriptoribus ecclesiasticis libro, quod ille commentarius nec elegans,

tiam , nec stylum Theophili referat. Adde versiones latinas sæpè multa interpolare , quæ in textu Græco non extant : quapropter hujus latinæ editionis authoritas tan-  
ta non est , ut tuto liceat in eâ acquiescere. Sæpius etiam sub Veterum nominibus talia postmodum efficta & subornata sunt : imo & olim ab hæreticis composita , ut suis hæresibus patrocinium inveniant. Nolim inficiari forse tertio seculo privatorum zelo (non autem ex universalis ecclesiæ decreto) à quibuldam occasione in  
fuisse quæstam Γενέθλια Christi commemorandi ; hoc enim si ex universalis ecclesiæ decreto profluxisset , aut Apostolorum instituto , omnes eundem diem ejusdem rei memoriarum addixissent : cum è contra constet inter omnes , ut in ecclesiis Asiaticis , Syris , & Ægyptiis vi Januarii , in ecclesia vero Occidentali xxv Decembris in eum finem fuerint observati. Verum à privatis æmulatione gentilium (quibus in more erat Γενέθλια Deorum & Heroum celebrare , lætisque prosequi carminibus ) tale quid primitus molitum fuisse non dubito : quæ æmulatio Christianos exstimulavit , ut etiam q̄iem aliquem (verum ignorantes) elegerint , sacris laudibusque nati domini impendendum. Hoc , cum certam sequerentur alii , factum est , ut potius oportunitatem , quam justum tempus elegerint Christiani , ad rei lætitissimæ memoriam colendam. Romani gentiles Saturnalibus multos impendebant dies , & vanitatum cludebant theatra xxiv Decembris , cum die sequenti Christiani ejusdem urbis (xxv sc. ejusdem mensis) memoriam nati domini colere incipiebant : non quod putaverint eo die natum fuisse Dominum , sed quod gentiles ad digniora invitarent incunabula expendenda : ut oportunum censuerint homines istis nugis infatuatos ad nobiliora transferre spectacula , piâ mente contemplanda ; quip-

quippe qui hic spectarent salutis humanæ origines, solidiori tibicine fultas, & omni receptione dignas. Neque negari potest jam olim Christianos tales cum gentibus agendi quæfivitc occasiones, ut eos ad fidem allicerent, atque impios idololatras ad faniorem mentem transfrerant. Aut potius dicendum (quod me Eruditorum ἀλφα Cl. Grævius in notis ad *Lactantium de mortibus persecutorum* docuit) Romanos gentiles ad viii Kal. Januarii celebrasse solis invicti natalem: atque Christianos id arripiuisse, ut solis iustitiae ortum commemorent. Adscribo totam viri maximi animadversionem, quæ in editione Trajectinâ occurrit pag. 185. „ Quæ viri „ doctissimi de natali Constantini, ut ita dicam, Cæ- „ sareo hic notarunt, sunt in promtu. Nolim de illo „ cum eis contendere. Hoc salem mihi persuadere „ non possum, in Kalendario vetere Herwarti, in „ quo VIII. Kal. Jan. adscribitur *Natalis Invicti*, „ intelligi hunc Constantini natalem; non tantum „ ideo quod cum trium natalium Constantini in illo „ Kalendario fiat mentio, semper dicitur *Natalis* „ *Constantini*, non *Invicti*; sed in primis, quod VIII „ Kal. Jan. vulgo sit appellatus *Natalis Solis*, & *Sol* „ *novus*. Chrysostomus homiliâ de nativitate Joannis Baptistaræ extremâ: *Quod dicunt Solis natalem esse, est Sol Justitiae, de quo Malachias Propheta dicit, & quæ sequuntur.* Credebat enim hac die VIII. Kal. Jan. quam habebant pro Christi natali, dierum lucem augeri, noctium tenebras minui, & propterea Solem ex Antichetonum hemisphærio ad nos remittere incipientem quasi renasci. Eucherius Lugdunensis, sive is sit Eusebius, homilia 11 de nativitate, *Hodie enim (VIII Kal. Januar.) noctis* „ *damna in diei transeunt lucra. Hodie nox deficien-*

## 14 DE ANNO, MENSE, ET DIE

„ tibus tenebris minoratur, & dies additus luci (for-  
„ te legendum: addita luce) producitur: ut nascen-  
„ te lucis auctore, omni illa, quæ totum mundum  
„ operuerat & texerat, infidelitatis nocte discussa,  
„ fides nostra velut dies luceat. Inferius: omnium  
„ seculorum antecessor et conditor hanc diem sibi, in  
„ qua nasceretur, elegit: ut sicut proficiebat luce,  
„ proficeret etiam dignitate. Propter quam causam  
„ haec dies quoque apud gentiles erat in magna di-  
„ gnitate, ut & apud nonnullos Christianos, non so-  
„ lum propter natalem Christi, sed & Solis. Leo  
„ Magnus Sermone II de nativitate Christi: In fide,  
„ qua fundati estis, permanete, ne idem ille tenta-  
„ tor, cuius jam à vobis dominationem Christus exclu-  
„ sit, aliquibus vos iterum seducat insidiis, et haec ipsa  
„ præsentis diei gaudia Juæ fallacie arte corrumpat,  
„ illudens simplicioribus animis, de quorundam persua-  
„ sione pestiferà, quibus haec dies sollemnitatis no-  
„ stræ, non tam de nativitate Christi, quam de no-  
„ vi, ut dicunt, Solis ortu honorabilis videtur. Quo-  
„ rum corda tenebris obvoluta & ab omni incremento  
„ veræ lucis aliena sunt; imbuuntur enim adhuc stultis-  
„ simæ gentilitatis erroribus. Dictum autem hunc  
„ diem Solem novum Ambrosius Sermone XVI docet,  
„ & Censorinus de die natali c. 21. Aëris novo Sole,  
„ id est, bruma &c. incipere annus naturalis videtur.  
„ Brumam vero in hunc diem incidere, multi vete-  
„ rum statuerunt. Plinius lib. xix, c. 25: Omnes  
„ ea differentiae (æquinoctiorum, solstitii, & bru-  
„ mæ) sunt in oëtavis partibus signorum. Bruma  
„ Capricorni ad VIII Kal. Jan. fere. Servius ad I  
„ Virgil. notavit, brumam finiri VIII Kal. Januar.  
„ Bruma, inquit, finitur VIII Kalend. Januarii die.

Hoc

„ Hoc igitur die gentiles natalem Solis , quo Christi  
 „ ani plerique secundo & tertio seculo epochæ Christia-  
 „ næ natalem Servatoris nostri celebrabant , quod  
 „ etiam nunc faciunt. Hinc in illo veterc Kalendario dici-  
 „ tur *Natalis Invicti sc. Solis.* Hoc enim perpetuum  
 „ ejus epitheton , ut in antiquo lapide , qui penes  
 „ me est , *Soli Invicto , Apollini.* Vide Amplissimum  
 „ Cuperum. Haec tenus *Grævius.* Hanc sententiam , licet  
 in notis ad *Lætant.* non admisisset *Ill. Cuperus* , tamen  
 se corrigens , dubiaque sua solvens in *Ep. ad P. Voet*  
*van Wintzen* , ait „ se nunc nec quicquam causæ vide-  
 „ re , cur non sententia *Petavii* , *Natalem Invicti in*  
 „ antiquo calendario ex orat. *Iv. Juliani* ad *Natalem*  
 „ *Solis* applicantis , quam etiam *Harduin* in anthir-  
 „ retico amplectitur , sequenda sit : cum dies illa *na-*  
 „ *talis solis* non immerito dicatur , quia sol tunc pri-  
 „ mun ad Septentrionem ab Austro cedit , uti *Julia-*  
 „ *nus* ipse orat. *IV* docet , & arbitratur *Harduin* ,  
 „ in hunc diem natalem Christi Roma primun translata  
 „ tum esse ; ut dum gentiles profanis ritibus vacarent ,  
 „ sacris suis Christiani libere operam darent. Candidè  
 sanc ab homine Pontificio ; ut proin haud inique fe-  
 rendum sit , si & nos ex *Petavio* ad orat. *IV Juliani* ,  
 & ex *Pagio* ad ann. 306. in eâ sententiâ confirmemur ,  
 quod *VII* *Kal. Jan.* sub titulo *Natalis invicti* dies  
 fuerit à gentilibus *soli* dicatus ; & cum Doctris *Harduino*  
 concludamus Romanos natalem Christi in hunc diem  
 transtulisse , ut suo scopo oportunum. Proinde haud  
 recte procedunt , qui ex antiquâ istius diei observatione  
 confidere conantur , primos ejus institutores credidisse  
 Christum eo die natum fuisse , aut constitutionem istius  
 diei ex antiquâ aliquâ traditione de Christo , eo die  
 nato , profluxisse.

§. 2. Qui Romanam consuetudinen sub traditionis Apostolice titulo commandant, & Dominum nostrum Jesum Christum die 25. Decembris natum verè volunt, illi *Clementis Romani*, Euodii Alexandrinæ sedis vicarii, & Hippolyti Thebanæ autoritatem obtendunt. 1. Legimus equidem in *Clementis Romani*, ut audiunt, *constitutionibus Apostolicis* libr. 5. cap. 13. præceptum de die isto xxv Decembris memoriam nati Christi observando. Τάς ἡμέρας τῶν ἑορτῶν Φελάσσετε, ἀδελφοί, καὶ πρωτηγε τὴν γενεθλίου, ἥτις μῶν ἐπιτελεῖσθαι ἐναῦτι πέμπτη τῇ ἐνυπάτῃ μηνός. *Dies festos obserwate, fratres, ac primum quidem diem Domini natalem, qui vobis celebretur vigesimo quinto noni mensis.* Appellat hic mensem, qui Romanis est *Decimus*, atque inde December dicitur, *nonum*, quod ei in hoc opere familiare est: sicut etiam auctor operis imperfetti ad Matth. 24: 22. *Duodecimi mensis incipiunt paulatim reperire aeres per singulos dies usque ad tertium mensem: & dies fieri noctibus longiores: item ab æquinoctio autunnali mensis septimi incipiunt paulatim iterum frigescere aeres per singulos dies, & noctes fieri longiores diebus usque ad mensē nonum,* NB. quando celebratus Christi natalis. Verum harum constitutionum nulla est authoritas: de *Constitutionibus* (inquit ipse Bellarminus de Script. Eccl.) idem fere *judicium fieri debet, ac de Recognitionum libris.* Multa sunt in us utilia & à Græcis veteribus magni sunt, sed in ecclesiâ latinâ nullum fere nomen habent, & ipsi etiam Græci posteriores in concilio Trullano can. 2. improbant has *constitutiones*, ut ab hereticis depravatas. Prodit se auctor vel interpolator, quando Verum æquinoctium dicit incidere in diem 22 mensis, qui appellatur δυσρὸς sive Martius. Cum Christi & Aposto-

postolatum seculo æquinoctium fuerit xxv, non xxii  
 Martii nisi post Concilium Nicenum. Vide libr. 5: 17.  
 imo & hanc constitutionem sublestæ fidei esse, atque  
 olim in his libris non exstissem Epiphanius temporibus,  
 vel inde colligit Cl. Beveregius ad codicem Canonum,  
 quod Epiphanius sine ulla hesitatione diem epiphaniæ  
 faciat natalem Christi, & saepius dicat vi Januarii na-  
 tum fuisse Jesum, contra atque ex constitutionibus ho-  
 diernis adduci cernimus. Quis vero (inquit vir Do-  
 cissimus) ista tam asseveranter locuturum existimave-  
 rit fuisse Epiphanum? Si in constitutionibus (quas  
 ipse ut vere ab Apostolis profectus identidem laudat)  
 invenisset, quod supra expressum legimus, diem Do-  
 mini natalem xxv mensis noni (id est Decembris) cele-  
 brandum; atque epiphaniam post hunc in honore ha-  
 bendam die vi mensis decimi, qui huic authori est Ja-  
 nuarius.

2. Invenimus quidem apud Euthymium Zygabenum  
 ad cap. Joh. 3. & Nicephorum H. E. libro 2: 3. Euo-  
 dium allegari, atque ut Petri in episcopali sede Ale-  
 xandrinâ Vicarium commendari, qui hoc ipsum in quili-  
 dam epistola tradiderit, quum lumen inscriptissè fertur:  
 ibi autem de Maria verba faciens, scribit epistolæ au-  
 ëtor, peperit autem mundi ipsius lucem annum agens  
 quintum decimum, die Decembris vigesimo quanto.  
 Verum hæc gerris sicutis annumeranda. a.) Quis cre-  
 diderit Euodii scriptum fuisse, quod tam sero in lucem  
 protrahitur, nulli Patrum anteriorum ante hos auto-  
 res aut visum, aut ullo verbo commemoratum? Cum  
 que similia pseudepigrapha, à Græculis efficta, longo  
 extent catalogo, non tane statim ad auditum nomen  
 Euodii affurgendum est: sed ut genuinam esse eam  
 epistolam, genuinum Euodii fœtum, quem sic ex an-

gulo producunt, demonstrent oportet, qui à nobis fidem exigunt. Nondum innotuerat hæc epistola *Chrysostomo*, viro maximo, qui sane hujus auctoritatem non neglexisset, si istius argumenti opusculum cognovisset, quippe qui hanc sententiam omnibus viribus pugnare in se suscepserat. b.) Si genuina sit ista epistola? dic aye cur Ecclesia Alexandrina hujus Præfusus Alexandrini sententiam non fuerit secuta? quæ natalem Christi vi Januarii celebravit, ut ex *Epiphonio* discimus. c.) Omitto jam, quod à criticis notatum, tot absurdis refertam esse istam epistolam, ut forex se suo prodat baritu. Hujus auctoritate si standum sit, multa fabulosa sublestæ planè fidei pro veris essent adop-tanda.

3 Tandem *Hippolytum Thebanum* ostentant, cuius compendium historico-chronologicum *Emanuel Scholstrate* ex nova MSS. collatione edidit, qui de natali Domini scribit, ἡ τοῦ Αὐγούστου μεγάλη γέννησις εἰν τοῦ πατρὸς μαρτυρίῳ Δεκαπενταύγουστῳ K. E. Sub Signo Rege natus est, Dominus noster, in speluncâ mense Decembri die xxv. Verum, dicant nobis in antecessori, quisnam fuerit ille *Hippolitus Thebanus*? ut ejus auctoritati aurganius; an *Hippolitus Martyr*? qui tertii seculi fuit doctor, atque *Origenis* dicitur æmulus? an aliis? & quomodo probant hæc boni committis esse, ut fidem inveniant in ea non potius illi affecta fuisse. Quomodo quælibet nihil horum venit in manus *Eusebii*? qui alias talium diligens collector non neglexisset ista adducere & his inscrere historiis. Quomodo ille Thebanus mentis appellavit nominibus Romanis, & non Ägyptiacis? Aut si inferioris seculi fuit scriptor, sane nihil valet ejus auctoritas ad traditionem apostolicam probandam. Vir maximus & academiæ Lugduno-Bat-

tavæ quoad viveret decus, *D Stephanus le Moine* in suis ad varia sacra notis pag. 1080. Hunc *Hippolitum Thebanum*, chronicī illius auctorem, seculo demum undecimo scripsisse notat: arque animadvertisit, quod citet *Gregorium Nocomedensem*, iūno & *Georgium Chronologum*, quem vir doctus cundem existimat cum *Georgio Syncello*, chronologo eximio, qui multa, iūno ferè omnia ex *Julio Africano* descriperat: quisque ex eunte seculo octavo, *Constantinopolitanum Patriarchatum* administrante *Tarasio*, vivebat; atque forsitan ejus *Syneillus* erat. *Caulan* absolvit, quod adducat *Simeonem Metaphrasten*, qui non tempore *Theodosij aut Heraclii*, nec seculo nono, sed dūnum undecimo vixit, utpote quem oratione funebri proleccutus est *Michael Psellus*, auctor seculi undecimi haud ignobilis. Cujus fuisse *Hippolytum nostrum contemporancum* probat. *Primus* qui *Thebani Hippolyti* fecit mentionem, saltem quod constat (ait porro) fuit *Michael Glycas* annal. par. 3 qui vixit seculo duodecimo. Author incertus Chronicī, cuius titulus *τα ιερά ταῦτα οὐκούνι*, publicatus à *Lambecio & Cambessio*, qui vixit seculo xii, ingerit etiam *Hippolyti mentionem*. Idem *Hippolytus Thebanus* laudator etiam seculi xiv à *Nicephoro Callisti*, sed fredo errore: nam quæ sunt hujus *Hippolyti Thebani*, illa turpi anachronismo tribuit *Hippolyto Romano*. Quibus sic notatis ruit omnis illius chronicī in rebus antiquissimis authoritas. *Petravins* in opere de doctrina temporum libr. 12: 7. antiquitatem traditionis probaturus ad *Christi hominem* provocat, qui in illa homilia, quæ est *Tomi de diversis N. Testamenti locis trigelima prima*, juxta editionem *Frontonis Ducei*, in hunc modum loquitur. *Ἄλλα ἦτε καὶ μὴ ἀπίστει, ἵτι πάρα τῶν ἀκριβῶς ταῦτα εἰδότων, καὶ τὴν*

πόλιν δικαιωταν παλαιον την θυμετον οι πολιτειας διατηρουσιν ειναιεν, και ει παλαιας παραδοσιας αυτης τιτανεται, αυτος γην αυτης πηλη την γην την αετον. Κεραυνον  
auditis, neque fum abegit, quoniam ab eis, qui probabili a norunt, illius urbis habitatoribus dimicamus accipimus. Nam quas in ea degunt urbe olim, & in antiqua traditione sole sem illum diem habentes, non  
denuo eis nobis nostrum impertierunt. Fateor, dixit ille Romanos olim & ex antiqua traditione diem il-  
lum obseruisse. Sed qua fide hoc accepit? eorum qui  
haec probe & accurate norunt? Quid norunt? scilicet olim  
celebratum fuisse diem illum inter Romanos. Credo  
etiam, & fere jam a duobus seculis tale quid obtulisse  
inter Romanos. Sed norunt ex antiqua traditione  
fuisse diem illum celebratum. Ast unde hoc scire pos-  
tuerunt? id non ex eorum autoritate, sed ex eorum ar-  
gumentis & documentis evincere debuit. *Crescens* En-  
riques contra eos, qui novitatis titulo rejicibant diem il-  
lum atque eum in finem documenta illa producere &  
allegare debuisset. Nihil frequenter obtinet, quia  
si quid a viro aliquis existimatius tradidit fuit, nec  
consuetudine molevit, id alii frequentes absque examina  
recipiunt: quando autem postmodum rationes exigen-  
tur, non sunt in promptu; proclives sunt homines ad  
suo candum, magnos viros predecessoris nil finaliter  
admississe, sed procul dubio ex majorum traditione si-  
mile quid hauisse, quod tradunt.

§. 3. Alii hanc Romanorum constitutionem de nasci-  
Chriti die xxv Decembris celebrando ex inspectis  
prioribus archivis Romanorum aliisque rei veteris mo-  
numentis derivantes, eam facile sub hoc titulo exterriti  
persuaserunt. Creditum est Titi Imperatoris tempore  
Romam allatas fuisse ex spoliis Judaeæ atque orienti tibi-  
bus.

bulas aliquas publicas, atque inter eas descriptionis œcumenicæ, Augusti editio celebratæ, ex quibus in occidente tantundem edisceretur, licet Orientalibus serius innotuerit. Hoc argumento in eam sententiam pertinacius putatur Chrysostomus, & alios etiam pertraxisse ex homiliâ in natalem Christi. Ex Evangelista Luca Christum primæ descriptoris tempore natum esse liquet; & cum veteres historiarum codices, qui Romæ publicè asservantur, lectitare libeat, perfacile etiam tempus hujus descriptionis accuratè distingue potuerit. Ceterum, quid hoc ad nos, dicat aliquis, qui illic nec sumus, nec sumus unquam? ausculta; neque dicas, si ab illis, qui exactam hujus rei cognitionem habent, quique urbem illam inhabitant, hunc accipimus diem: nam illi ipsi, qui illic commorantur, multo ante, & ex antiquâ traditione, ibam diem celebrantis, ad nos usque illius notitiam nunc transmisserunt. Neque enim Evangelista simpliciter nobis illud temporis manifestat, sed ita, ut etiam una hunc diem natus manifestum redderet & exploratum. . . Qui dies cum ab exordio iis, qui in Occidente habitant, cognitus fuerit, nunc ad nos demum non ante multos annos transmissus, N.B. repente ita crevit, talemque ruit fructum, quem nunc cernere licet. Sciri. 31. tom. 5. operum Græcorum dicit Chrysostomus: καὶ τέ γε οὐδὲν δικαῖον εἰν ετοῦ ἐξ ὅδων καὶ γνωρίσθαι αὐτὴν οὐδὲποτε πεπιστεῖται. Nondum decimus annus est, ex quo hic i se dies manifeste nobis innotuit. Ad hanc causam firmandam lepida fabella est, quam ex Mss. codice profert Doctissimus Cotelerius in suis ad Const. Clementis annotationibus, quam ex ejus versione hic adscribimus. Prior tempore Christiani uno eodemque die celebrabant Christi nativitatem & lumina. Scriptit autem Patriarcha Hierosolymitanus

Juvenalis ad Julium Papam Romanum à de re possum una die conferre me ad Bethlehem & ad Ierusalem. Etenim Jordanes distat ab urbe Hierusalem ad Orientem milliaribus 25. Sancta vero Bethlehem australis civitatis milliaribus sex : nec possumus eadie anno festa peragere. Rogo itaque sanctitatem tuam, Pater, ut scruteris commentariu & des nobis narratā disquisitione per scriptum tuum (Venerande) rei notitiam, quo die natus sit Christus Dominus? quo die baptizatus? probe enim sicutur, comment ab instio libros ex Hierosolymis Romanū dedita sunt per Titum & Vespasianum. His literis acceptis Julius Papa Rome investigavit commentarios, inquitque, quod xxv Decembris natus sit Dominus noster Jesus Christus, & post annos 30 a nativitate sua baptizatus sit a Johanne ille Jordane uvio vi mensi Januarii. Juxta hanc ergo investigationem cum patre festum divisissent, inter multos ortum est murmur. Etiam autem tunc temporis Constantinopolitani Gregorius Theologus, nec parum murmurabant circa quasi in eam quae festum dicitur; ceteraque - Nam dicitur, Deorum multi uiderunt nos excepisti. Id o Gregorius Orationem hunc composuit. Ritus Christum festi celebrans precebo, non genitilium misteria, valet quae sunt & falso confusa, ea que fabulas appello, neque omnes vir prudens. Aque loco dicitur Gregorius Theologus ita tradidit, manifestum quod suum soleritatem, tum ignorantiam locutum, quod fabulis & portentis attendarent, et uirbra dicere errorem que sum in gloriam perderemus liberent. Siquidem: notandumque etiam illam laicinam homiliam operibus Chrysostomi latinis insertam non esse Chrysostomini, sed auctoris cuiusdam latini, ut facetur Constantinus.

Vetus

Verus *Chrysostomus* ; dum dicit nondum esse decimum annum à quo dies ille innouuit , nobis argumento est , ecclesiam Asiaticam , quæ Johannem Euangelistam habuit primi ordinis auctorem , aut saltem approbatorem , ea traditione destitutam fuisse : unde alterutrum statuendum est , aut diem illum Johanne superstite usque ad Trajanæ tempora in Asia non fuisse celebratum , ut nos puramus : aut primitivam ecclesiam ex Apostolorum institutione pliū observasse diem , quam xxv Decembris. Imo ex *Basilu Seleuciensis* laudatione S. Stephani allegat *Cotelerius* loco citato , a *Juvenali* , Patriarche Hierosolymitano ( qui quinto vixit leculo , atque anno 457 mortuus dicitur ) *natale Dominicum* celebrari *captum fuisse* : quod vir Doctus accepit de observatione istius diei separata à die Epiphaniorum. Quicquid sit , valde lubricum est illud fundamentum , quod *de archivis & tabulis censualibus a Julio Papa* ( qui ab anno 336 ad annum 352 ecclesiæ Romane praefuit ) *insestitis fuisse* : cum haud credibile sit tam diu tabulas illas fuisse superstites , aut tantâ cura fuisse conservatas ; cum Augusto solum ad commentarios regni conscribendos inservierint. Non dubitandum quidem , longis illis non solum professorum catalogos in descriptione illa oecumenica confessos ad usum fuisse revocatos , ut inde *Augusti rationarium* conficeretur. Verum incertum est , an singuli suis in locis & civitatibus fuerint repositi ; ut corum compendia solum ( ex summariis numeratorum constantia ) in levamen molestioris operis ad Angustum fuerint missa ? num vero integri ad Cæsarem fuerint delati ? aut apostographa fuerint constructa , & in singulis locis relecta ? *Tertullianus* , de euangelistarum temporibus sermonem faciens , dicit Christi familiam cognosci potuisse de recentibus *Augustianis*

## 24 DE ANNO, MENSE, ET DIE

statim censibus, adhuc tunc fortassis pendentes. Ali illud fortassis ostendit virum magnum ex conjecturis, non ex certa scientia. Qui fingunt ita arcana, istasque tabulas censuales ex Judaea per Titum Romanum suisse translatas, fingunt plenarias singularem provinciarum tabulas in uniusque gente mansisse, & Judaeorum postmodum tanquam Ipolium ampliata à Romani Domum suisse deportatas: quasi inservient illæ chartarum sarcinæ aliquis preti suissent habite à Romano. Neque perpendant, in Hierosolymatum expugnatione omnia ferro & igne sub Martis furoribus huius excisa & vastata. In specie testatur Josephus Romanos archivum & Aerem, & Curiam, & quoniam cur Ordo succendit: ignis quo fuisse propter umquam ad Iudeam regiam, qua in via erat Ara; nec minus statim mortuis plena nos domusque ardeat. Quis credat? in talium rerum perturbatione milites in coniunctum cum hostibus occupatos res istiusmodi curasse, non superpus superfluisse ad tantæ chartarum molis comparationem? Aut pone in singulis civitatibus asservatos sufficere civium numeratrum catalogos? sic age, quo factum, ut civium Betlehemiticorum tabule hyenam ex terra clade servatae, & in pretio habite apud Christiani neumannis hostes? Jam Scart & Zelata oinque civitati sancte vicinum territorium a te depopulavante, de quo Jesus aliquis sermonem ad Idumæos tribuit apud Josephus cœquenter. Postmodum Romanis omnia invertierunt. Verum, sumus liberales, atque concedamus universas illas sarcinas aut ab initio Romanis suisse militare, aut saltim iudicicas tabulas tanquam spoliis suis in urbem deportatas; non tamen videntur daturam suisse, a quo ea, velut post Vespasianum reformatam incendio sicut abuptum, quod latum ab ejus nomine fortasse

fortuito casu factum est, sicut & Domitianus restituit. Sic Suetonius in Domitiano. Plurima & amplissima opera incendio absympta restituit, in quae & Capitolum, quod rursus arserat. Haud multi intercessere anni cum insignem iterum cladem accepit, ut Paulus Orosius in rebus Commodi. Flagitia Regis pœna urbis insequitur: nam fulmine capitolium scutum, ex quo facta inflammatio Bibliothecam illam, majorum studio curaque posuit, adesque alias juxta sitas rapaci turbine concremavit. Quæ iisdem penè verbis apud Eusebium legere est in Chronico ab Hieronymo translato. Si istæ tabulæ Romæ fuerint servatae? ubi quæcunque alter, quam in capitulo, ejusque tabulariis, talia assertabantur? Quod si istud pluries fuerit conflagratum, etiam cum Bibliothecâ? quomodo non justa est dubitatio, an istæ tabulæ censuales tam diu remanserint? Quicquid sit; hoc saltem verum est, quod de inventioneistarum tabularum nemo auctorum Latinorum quidquam annotarit, aut observarit, qui procul dubio hoc non neglexissent, si Julio Pape, aut cuiquam alteri talis inspectio tabularum contigisset. Imo quid nisi istæ tabulæ fuerint à Christianis Romanensibus asservatae? si hoc seculo, quo Christiani Imperatores Ecclesiæ nutriebant, suillent inventæ; quoniam exinde gentiles de veritate religionis Christianæ convinci poterant. Sed Græcia mendax, & obscurus homilæ auctor, quod oprabant, fingebar, ne auctoritate destituta videatur sententia; quam ex Apostolica traditione derivare non poterant.

§. 4. Veras causas subitanæ propagationis istius diei invenias in argumentis, quæ ferè demonstrationum loco habebantur à Veteribus. Prima recipiendi illum diem & tam avide arripiendi causa fuit & ratio, quod crederent Jo-

hannem de se & Christo testificantem (dicendo Joh. 3:30. Oportet eum crescere, me autem minui) respexit anni rationem: cumque dies à xxiv Junii, confecto sidere solstitii aestivi, decrescant, & à xxv Decembris sole attingente solsticium hybernum accrescant, hic allusisse Johannem existimantes eum natum dicto Junii, Jesum vero xxv Decembris dic colligebant. Hæc perpendens, pudet me eorum, qui tam levibus se incitari passi sunt ratiunculis. Præcaria sane est illa hypothesis, quæ Johannem dicto allegato solsticio respexit assunit, cuius scopus tantummodo fuit monere, ut tempus instaret, quo ejus opera collecti discipuli prope diem in Christi castra transire oporteat, atque ipse, defuncto prodromi munere, cum morte auferendus, omnes Christo colligendos relinquenter: cum è contra Christi disciplina, nullâ arte extingueda, totum per vaderet orbem. Quis inde vel per millesimam consequentiam eruat, Johannem solsticio aestivo, à quo dies decrescent, Jesum autem solsticio hyberno, à quo dies accrescent, natos fuisse? Qui ex fictis istiusmodi allusionibus quicquam dogmatizare sibi in animum inducit, ne ille capax est, se mille modis decipere, & nescio quid non sibi persuadere.

§. 5. Altera causa erat, quod Veteres crederent *Zachariam*, Joh. Baptistæ genitorem, sacra peregisse eodie, quo expiatio fiebat pro peccatis universi populi, atque Pontifex cum sanguine expiationis ipsum ingrediebatur adytum: qui cum tantum semel in anno ad decimum *Tisri* compareret, nisi sunt viri optimi sibi fundamentum invenisse, quo apodictice demonstrent Jesum mense Decembri natum fuisse. Ita nugantur inter Græcos *Chrysostomus* & *Theophylactus* Inter latinos *Ambrosius* & *Hieronymus*. Ast quem non pudet etiam

etiam tante in viris optimus ἀβλεψίας & ignorantiae? neminem jam vel ex intimis subselliis latet, nulli Sacerdoti classico sanctum sanctorum subingredi licuisse, quod unicè Pontifici maximo relictum, atque lege Moysaica concessum fuit. Jam vero *Zacharias* nullibi in Pontificum catalogo comparet: imo Lucā auctore classis Abiæ fuit sacerdos, ad hanc thurificationem sortilegio electus; atque proinde ut sacerdos gregalis ἐφεμέ-  
πλαν suam ministrans. Quis non videt? incensi hujus oblationem, quā fungebatur, quando divinum illud in templo recepit alloquium, nil quicquam ad magnum illum expiationis diem, sed solum ad sacrificium, quod quotidianum postulat incensum, manè & vesperi in aureo sanctuarii altari cremandum, spectasse. Ut sententia tam levibus suffulta ratiunculis sponte corruat, quippe auctoritate primitivæ ecclesiæ & rationibus planè destituta.

§. 6. Fuit hæc Romanæ ecclesiæ constitutio jam olim ob novitatem rejecta. Sanè postquam Constantinopolii & alibi in Oriente transmissus ille dies fuit receptus, multi illi contradicebant, novitatem objicientes, quod non dissimulavit ipse *Chrysostomus* in homilia de natali Christi. Πολὺς μὲν περὶ τῆς ἡμέρας τάυτης πανταχοῦ λόγος τῶν μὲν ἀντιομένων, ὅτι νέα ἐστι, καὶ πρόσφατος, καὶ νῦν ἐστενύνεται. *Multus ubique de hoc die sermo, partim incusantium, quod novus sit & recens, atque nunc demum invenitus.* Videtur sub *Gregorii Nazianzeni* patriarchatu Constantinopolitano, decem annos ante habitam illam *Chrysostomi* homiliam, ecclesiis Græcis & Asiaticis obtrusus: & sub *Juvenalis* patriarchatu Hierosolymitano! seculo quinto ab ecclesiis isti sedi subjectis receptus: ita tamen ut Ecclesia *Alexandrina* adhuc restiterit; quippe quæ etiamnum *Cassiani* seculo,

epiphaniæ die , nati Christi memoriam colebat. Sic Cassianus collat. 10. cap. 2. Intra Ægypti regiones mos iste antiquâ traditione servatur , ut peracto Epiphaniorum die , quem provincie illius sacerdotes vel dominici baptismi , vel secundum carnem nativitatis esse definiunt ; & idcirco utriusque sacramenti solennitatem non bifarie , ut in occiduis provinciis sc. sed sub una die hujus festicitatem concelebrant. Vixit ille auctor seculo quinto , mortuus circiter anno 448. Qui in sententia istius principia inquirunt , non inveniunt ejus ullam mentionem fieri ante Ambrosium , sive medium seculi quarti , ut Romana ecclesia eam demum suscepere rit , à quo Liberius Marcellinam , Ambrosii sororem , die xxv Decembris velavit : qui ab anno 352 usque ad 366 aut 367 sedem Romanam tenuit : post annum verò 374. Ambrosius (serm. 12. 13. 14. 15. nec non 63. 64. 65.) in suâ diœcesi , prout quoque Damasus Romæ , & forte Gregorius Nazianensis Constantinopoli eam constitutionem partim propagarunt , partim introduxerunt. Sane ante hoc tempus apud scriptores Ecclesiasticos altum fuit de die xxv Decembris Christo natali silentium. Adducunt in contrarium acta martyrum de anno Christi 301 , quæ testantur jam tunc Christianos celebrasse festum natalitiorum Christi : & subjungit Doctiss. Keplerus , quo alio die quam viii. Kal. Jan. quippe eodem , quo & post annos proximos centum , tempore Chrysostomi. Martyrologium intelligunt , quod notis suis illustravit Baronius : nec non Martyrologium Romanum à Rosweydo editum. Historiam Martyrologi latini habent ex J. meone Metaphraste ; aut Nicephoro , qui libr. 7. 6. historiam persecutionis Maximianæ describens , ejusque principium , monet Nicomediæ ad natale Salvatoris fe-  
lum

stum multa millia Christianorum ēv xpianū convenisse:  
 atque Tyrannum re compertā januas ecclesiae occludi,  
 ignem circumcirca parari , tripodemque cum thure an-  
 te fores poni , & per præconem magnā voce proclama-  
 ri fecisse , ut qui incendium vellent effugere salvi exi-  
 rent , sed eā lege , ut thus adolerent . Verum unā om-  
 nium vocem fuisse , se amore Jesu sui mortem luben-  
 tissimē obituros . Quo dicto omnes vivicomburio sub-  
 latos ait : eoque die in cōlis nasci meruisse , quo  
*Christus pro eorum salute natus fuerat* . Quid hinc  
 concludas? diem illum fuisse viii Kal. Januarii? hoc  
 non dieit historia : & contra monuit *Chrysostomus*  
 eum diem tunc nondum in oriente cognitum fuisse.  
 Adde jam longè aliter hanc rem enarrare *Laetantius*  
 in libro de mortibus Persecutorum cap. xii. qui tem-  
 plum illud magnum Nicomediae refert non combu-  
 stum , sed securibus & ferramentis destrūctum fuisse:  
 neque inventum hominibus refertum , sed fuisse rebus  
 sacrī spoliatum : neque id factum ait Anno 301 ad na-  
 tale Christi , sed anno 303 ad vii Kal. Martias , ipso  
 terminalium die : ita enim se habent ejus verba . *In-*  
*quiritur peragendæ rei dies aptus & felix , ac potissi-*  
*mum terminalia diliguntur , quæ sunt ad septimum*  
*Kalendas Martias , ut quasi terminus imponeretur*  
*huius religioni . . . qui dies cum illuxisset , agentibus*  
*consulatum senibus ambobus octavum & septimum re-*  
*pente adhuc dubiâ luce ad ecclesiam profectus , cum*  
*ducibus & tribunis & rationalibus venit : & revulsis*  
*foribus simulacrum Dei queritur . Scripturæ reperte*  
*incenduntur , datur omnibus præda . Rapitur , trepi-*  
*datur , discurritur . Ipsi vero in speculis (in alto e-*  
*nim constituta ecclesia ex palatio videbatur) diu inter*  
*se concertabant , utrum ignem potius supponi oporteret.*

## 30 DE ANNO, MENSE, ET DIE

Vicit sententiā Diocletianus, cōvens ne magno incendio factō pars aliqua civitatis arderet: nam multæ & magnæ domus ab omni parte cingebant. Veniebant igitur prætoriani acie strūtā cum securibus & aliis ferramentis, & immissi undique, tamen illud editissimum paucis horis solo adæquarunt. Dicant jam cui potius fidem adhibeant? Nicephoro, qui post elapsa sex ab eā persecutione secula de num scripsit? num vero Laetantio, viro prudenti, rci gestæ coævo? & eam rem ex professo recentique memoriā pertractanti?

§. 7. Sanctè non est illa traditio universalis, ab omnibus ecclesiis in primitio recepta. Saltem Clementis Alexandrini ætate ne quidem cognita fuit illa traditio, quia justo in loco ejus ne quidem facit mentionem: & Chrysosthomu auctore haud ita diu demum in oriente innotuit; cum tamen haud credibile, anteriores patres mores & consuetudines ecclesiarum Romanarum non tenuisse. Clemens tantum quinque sententiarum facit mentionem. 1. Curiosorum quorundam Stromatum libr. 1. Sunt (inquit) qui περιεργότερον curiosius natali domini non solum annum, sed etiam diem addunt, quem dicunt XXVII anni Augusti, in XXV πάχων. Εἰ δὲ οἱ περιεργότεροι τὴ γεννήσει τὸ Σωτῆρος ἡμῶν ἐμένον τὸ ἔτος, ἀλλα καὶ τὴν ἡμέραν προσίδευτες, ἦν Φασὶ ἐταῖς καὶ Αὐγύστου ἐν πεμπτῷ πάχων καὶ ἐπάδι. Jam vero constat, quod mensis Pachon Ægyptiorum Romanorum mensi Maii respondet in calendariis: atque dies xxv Pachon respondet XXII (an xx<sup>2</sup>) Maji, quod dogma tamen ut περιεργότερον rejicit. 2. Altera sententia fuit Basiliidianorum, quos dicit baptismi diem celebrare xv Mensis Tybi, quoad plurimam partem respondentem Januariu. 3. Tertiam sententiam facit eorumdem hominum, quos dicit baptismi diem referre ad xi mensis Tybi: quam secuta est

est postea tota fere ecclesia Orientis , dum hunc diem  
vocat epiphaniæ , quo simul nativitatis & baptismi Chri-  
sti memoriam celebrans , festum agit . Epiphanius Tom.  
1. libr. 2. Undiquaque undecima Tybi mensis , hoc est ,  
ante octauum iduum Januarii , quæ est in carne nati-  
vitas . 4. Quarta sententia est ejusdem sectæ , de quâ  
sic Clemens . Quin etiam dicant ex iis aliqui , eum  
natum esse xxiv vel xxv Pharmuthi , qui mensis Æ-  
gyptius pro maximâ sui parte respondet Romanorum  
Aprilis . 5. Quinta vero sententia est ipsius Alexandri-  
ni , quam licet non expresse tradat , tamen suo calcu-  
lo indicat , dum à nativitate Christi usque ad Commodo  
mortem ( in ultimum Decembres incidentem ) præter  
annos 194 putat adhuc mensem unum & dies trede-  
cim , unde jam supra confecimus virum illum magnum  
natalem Christi collocasse ad XIIII Kal. Decembres ,  
qui est XVIII Novembri anni Jul. XLIIII . 6. Adde Do-  
ctiss. Huetium in suis ad Origeniana notis ex Epiphanio  
animadvertisse , quosdam veterum vi iduum Novem-  
bris- natum Christum statuisse : quod etiam ante cum  
Spanhemius Pater notavit in dub. Euang part. 2. Fol.  
209. Vide , quantum fuerit in antiquâ ecclesiâ etiam  
ante cognitam ecclesiæ Romanæ constitutionem senten-  
tiarum divortium . Imo in toto Oriente dics Epipha-  
niæ ante receptam Romanam illam constitutionem cre-  
debatur esse verus nati Christi dies , qui ex traditione  
Jacobi Apostoli & ecclesiæ Hierosolymitanæ profluxisse  
cessebatur , quod ex Johannis Archiepiscopi Niceni  
quæstione ( cuius librum Combeffsius edidit ) constat ,  
qui scrupulum suum animo ejus eximendum ad Zacha-  
riam mittens , ita scribit . Καὶ περὶ ποιῶν ἀτίας NB. ἡ  
ἀποσολικὴ διάταξις Ιάνωψ τὸ σύνγραμμα Ιάνουαριος 5 περίεχον  
τὸ τέλειν τὴν γένησιν καὶ τὸ βάπτισμα &c. Qua de cauf-

## 32 DE ANNO, MENSE, ET DIE

sæ quanquam constitutio apostolica (qua' Jacobi conscriptio est) habeat ut navitas & baptisma celebrentur vi Januarii, nos tamen, mundu'que ipse totus, invicem conspiravimus, ut sicuti populi omnes celebremus xxv Decembris. Vide ut diem Epiphaniæ natalem Christi dicat ex traditione Apostolici, & quidem Jacobi, qui episcopus fuit Hierosolymitanus. Imo etiam auctor homilie de nativitate Christi, Chrysostomi operibus latinis insertæ, satis innuit, non solum ecclesiam Hierosolymitanam natalem Domini celebrasse ante viii iduum Januarii: sed & Orientales, qui iti ecclesiæ assentiebantur contendisse nulli ecclesiæ potius fidem adhibendam esse, quam ipsi, ex quâ verbum veritatis exiit (à quâ totum Orientem, & Ægyptum eam constitutionem recepisse cendum est) cum quibus ille suo more disceptat. Addamus etiam, ne receptam quidem fuisse illam consuetudinem à toto occidente: quod satis constat ex glossâ ordinariâ in Hezb. 2. ubi legitur de mensi Tebeth: *is apud Latinos est Januarius, in quo Dominus est incarnatus, à Magis adoratus &c.*

§. 8. Tandem ad eam accedo demonstrationem, quæ ostendet faciem temporis fictæ isti traditioni contradicere, & rigidam illam anni tempestatem haud quamquam admittere; duæ sane in enarratione euangelica sunt circumstantiæ, quæ medium brumam hic à nostra historia fatis excludunt. UNA EST quod pastores nobis describantur pecora sua altâ nocte sub die condentes. quodque stabulum, in quod se pariendi causa receperat Maria, inventum fuerit vacuum, atque ita partui accommodum, ut infans, bestiis sane non obiciendus, in præsepe reponi potuerit. Hæc non brumam spirant, quæ suis molesta frigoribus, homines jubet se cum grege & jumentis sub tecta recipere, atque adversus

sus aeris injurias umbonem querere. Novi quidem vi-  
 ros quosdam doctos reponere, quod pascua & subdia-  
 les pernoctationes quandoquidem in frigidioribus obti-  
 neant oris, sicuti floridi interdum sunt Decembres, un-  
 de hoc multò magis in Palæstinā fieri potuisse urgent,  
 quippe sub clementiori Climate posita terra. Calorem  
 conceptum testantur verba Kepleri, quando scribit.  
 „ Quod vero pascua nobis & subdiales pernoctationes  
 „ ex euangelio objiciunt, quasi hæc hyemem non ad-  
 „ mitrant, ridiculum est: cum ne in Germania qui-  
 „ dem desint interdum floridi Decembres, ut Itali-  
 „ am, ut solis ardores Romæ mense Januario præter-  
 „ eam. Imprimis vero in Palæstinā major pleruinque  
 „ est serenitas Decembri, quam postea Februario &  
 „ Martio. Ast, præter causam sibi ridendi argumen-  
 tum spondet vir Doctus. Non est in questione, an  
 non aliquando floridi Decembres, & bruma clemen-  
 tior sub climate Palæstinæ tolerabilem reddant aërem,  
 ut vel subdiales pernoctationes ferre possint pastores?  
 Verum dicimus ob brumæ incertitudinem non esse mor-  
 ris inter ejusdem climatis gentes, tervos & pecora sua  
 exponere vicissitudini temporis; cum omnis subita  
 mutatio sit periculosa: inconstans est illa anni rem-  
 pestas, & in omnes horas mutabilis, ut non soleant  
 rustici peculium concredere serenitati brumæ fallaci.  
 In ipsa Africâ caulis inclusæ latent pecudes, quando  
 circa solsticium versatur hybernum sol à nobis remotior.  
 Saltem si Calphurnius ut putatur, suas ibi scriptis eclo-  
 gas, quas Nemesiano Carthaginensi dicat; ille nobis  
 testis erit, dum canit

*Sed non ante greges in pascua mittite clausos  
 Quam fuerit pacata Pales.*

E

*Virgi-*

## 34 DE ANNO, MENSE, ET DIE

Virgilius quoque libr. 3. Georg.

. . . Stabulis edico in molibus herbam

Carpere oves, dum mox frondosa reducitur aestas.

*Columella lib. 8: 3. Hyeme & vere matutinis temporibus intrà septa contineantur, dum dies arvis gelidia detrahit.* Vin scire? quid in Palestinâ obtinuerit? quid moris fuerit inter Judæos? audi R. Judam in Misnâ loquentem tract. Thalm. BEZA F. 40: 1. *Pecora eremi, inquit, prodeunt pastum circa tempora paschatis, & pascuntur in campis, & demum redeunt ad pluviam primam.* Monentque Gernaristæ ad eum locum pluviam illam primam cadere communiter circa finem incensis secundi, qui dicitur *Marchesvan*. Videas ob pluviam in terrâ montosâ, vallibusque refertâ (qui aquarum copiâ implentur & haud salubria præbent pascua) incolas cogi, ut pecora ex campis reducant in caulas, iisque includant. Adde, quod frigora brumæ in terris calidioribus plus danni inferant gregi: licet enim oves præ cæteris omnibus animalibus sint vestitæ, frigor tamen ob molliorem indolem sunt impatientissimæ: utque aër in Judæâ æstate longè calidior est, quam in Europâ; sic etiam hyeme dum animalium poros subit, sensum sui longe facit actiorem objectu contrarii: adeò ut viatores, qui diu sole torrebantur, sanguis, experientiâ teste, noctis inclemenciâ torpeant. Sub solstitio hyberno ad omnem aëris mutationem magis metuendum est frigus, quam cum sol ad æquinoctium vernum accedit, quo tamen tempore Pontificis ministros frigori per prunarum coacervationem remedium quæslivisse legimus. *Joh. 18: 18.*

§. 9. Altera circumstantia, quæ solstitium brumale à tempore nativitatis Christi excludit, est *descriptio illa*, tunc vigens:

vigens: non enim credibile est *Augustum* adeò difficultatem nominum professionem à gente liberâ, populoque Romano amicâ exigere voluisse, ut omnes coegerit fervente brumâ tam rigida suscipere itinera, dum quilibet ex edicto tenebatur in suam proficisci civitatem, ex quâ erat oriundus. Paucis quidem se ab hoc expedire argumento conatur *Keplerus*, dicendo. *Pudeat verò & descriptiones nobis objicere: quæ non alià tempestare anni commodius sunt quam hyeme, cessantibus operibus rusticis.* Quali vero greges & armenta in caulis & stabulis non occuparent rusticos, & non agri venirent pastinandi, aliaque curanda. Verum aliud est, quod perpendere deberent viri docti. Expendant quæso nobiscum terræ rationem, eamque perspiciant perpetuis fere montibus & vallibus constitam; undè viæ cum primâ pluviâ itinerantibus reddebantur ineptæ; quæ quotannis eorum in gratiam veniebant resarcienda, qui sese ad solennia paschalia celebranda componebant. Hinc inter causas intercalandi anni, ob quas quandoquidem decimum tertium mensem inter *Adar* & *Nisan* inscrebat *Synedrium*, & hæc numeratur, quod viæ nondum ab aquarum copiâ liberatae & exsiccatae, propterea nondum potuerint præparari, aut festa petentibus restitui: quâ de re videndus est Cl. *Coccejus* in notis ad *Sanhedrin.* pag. 16. b. Huic incommodo si addas brumâ rigorem, multaque aëris incommoda, cuivis etati aut sexui haud facile perforanda, augebunt difficultatem adeo, ut non tempestivum censi debet populum liberum atque clementer habendum, edicto urgere, ad tot difficultates subeyendas. Indò, non adeo fuisset ille rigor *Augusti*, quam *Herodis Regis*, & *Senatus seu Synedrii magni*: non enim consentaneum erat, ut hoc editum executioni mandaretur in regno *Herodis* per

alios, quam per *Herodus* delegatos, accedentē Syne-dri arbitrio, tempora, modum, atque progressum defi-niente: undē si quid huic exsecutioni duri subesset, id totum potius suis attribuendum esset principibus atque Regi, quam Augusto. Quid *Augustus* factum vellet, edictum definiebat: ast modus & reliquæ circum-stantiaæ una cum opportunitate, quas observare oportedat, ad eorum spectabant curam, qui populo primâ authoritate praeerant. Cum autem nemo in Iudeâ *He-rode Rege* esset superior, atque ille ut *amicus imperii* haberetur; absurdum esset putare, quod in eâ materia quicquam nisi ex ejus sententiâ fieri potuerit. Quibus ita positis credendum illam nominum professionem non nisi oportuno tempore à populo Israëlitico fuisse ex-ātam, quando nec aëris incertitudo, nec viarum ine-pitudo itinera in hunc finem suscipienda molestiora reddebant, quam ut commodè ab omnibus suscipi pos-sent.

§. 10. Adde (quod infra demonstrabimus) *Her-o-deum* ante xxv *Decembris* mortuum fuisse, quippe qui anno Jul. xl 11 die xxv *Novembris* fatis cessit: atque *Iesu natalem* non nisi paucas septimanas moriem *Her-o-dis* anticipasse; quicquid in contrarium velint Traditionarii: unde evidenter colligimus, traditionem de xxv *Decembris* Christo natali sacris literis esse contrariam, atque propterea planè rejiciendam. Ad antecedentis vero confirmationem spectabit totus noster labor, quem in parte secundâ & tertîâ adhibitum videbit æquus lector: quem, ut tam diu suspendat judicium suum, do-nec eas sine ullo præjudicio legerit & excusserit, oro rogoque.

## C A P U T III.

*Ex descriptione Auguſti œcumenicā tempus nati Christi  
præcise definiri haud poſſe oſtenditur.*

§. 1.



Obiliſſimus fortean foret character , &  
ad verum nati Christi annum cruendum  
utiſſimus , quem Lucas posuit *Luc. 2:*  
*12.* quando nativitatem Christi cum œ-  
cumenicā Auguſti descriptione componit ; niſi injuriā  
temporum omnis iſtius descriptionis memoria ex hi-  
ſtoriā Romanā excidiffet. Lugent jure merito omnes  
illud dañnum , arque ſuſpiciunt non ſine peculiari stu-  
dio id eſteſſe Christianæ fidei hostes atque inimici.  
Quæ Cl. Spanhemius pater ex *Baronio de hac re* in du-  
biis ſuis Euangeliſis notavit , lectu ſunt digniſſima ſc.  
„ Monumenta illorum temporum ex historiis excidiffe.  
„ Dionis historiam à consulatu Antifii & Balbi ad con-  
„ ſulatum Mefalæ & Cinnæ per decem annorum spa-  
„ tium , quinque ante Christum natum , totidem poſt ,  
„ ē commentariis ſublatam periuſſe : & Taciti annales  
„ non niſi ab imperio Tiberii incipere deplorat : utique  
„ ſanè ( addit. Spanhemius ) illa ipſa potiſſimum *Dio-*  
„ *nis intercidiffe* , quæ ſub natale Christi accidere ,  
„ fraudiſ ſuſpicione non caret.

§. 2. Damnum illud num refarciri poſſit ex *Suetonio* ,  
per monuinentem Ancyranum illustrato videndum. A-  
git prætantissimus rerum Romanarum ſcriptor in *Au-*  
*guſto cap. 27.* de Auguſti gemitis. *Cenſum populi ter*  
*egit , priuū ac tertium cum collegā , medium ſolus.*  
Hæc ex monumento Ancyrano lucem accipiunt , ut

unusquisque ad suos revocari annos jam possit. Inscriptio[n]is fragmentum, ad hanc causam faciens, ita refert. *In consulatu sexto censum populi collegâ Agrippâ egi, lustrum post annum alterum & quadragesimum feci, quo lustro civium Romanorum censa sunt capita quadragiens centum millia & sexaginta tria . . . Cum nuper lustrum solus feci Censorino & Asinio coss quo lustro censa sunt civium Romanorum capita quadragiens centum millia & ducenta triginta tria. In consulatu Fi... cum nuperrime lustrum collegâ Tiberio, Sext. Pompejo & Sext. Apulejo coss. quo lustro censa sunt Romanorum capita quadragiens centum millia . . . iginta & septem millia legi.* Ex quo fragmento evidenter colligas primum censum fuisse actum anno ætæ Jul. 18. ultimum vero anno ejusdem ætæ 59. Medium autem, quem solus egit, actum fuisse anno ætæ Jul. 38. quo *Censorinus & Asinius* fuere Consules. Facile agnoscunt omnes, primum & ultimum censum nihil ad causam nostram facere, quippe qui nimium remori cernuntur à tempore, quam ut cum Christi incunabulis componi possent. Relinquitur vero *census ille medius*, quem solus egit; quicque examinandus, an pro œcumenicâ hâc nostrâ professione nominum haberi possit? quod si admittatur: an nati Christi annum satis exactè definire possit?

Videtur primo intutu *Tertullianus* ea protulisse, quæ rem absolvere possint; ille enim contra *Marcionem* scribens libr. 4: 9. hæc refert. *Sed & census constat aetos sub Augusto nunc in Iudaâ per Sentium Saturninum, apud quos genus ejus inquirere potestis.* Ubi *Tertullianus* *Lucæ* descriptionem vocat *census actos*, atque palam est virum magnum respicere censum illum medium, in fragmento ad consulatum *Censorini & Asiniis* alligatum; ac proinde anno 38. vigentem: additque

per

per Sentium Saturninum in *Judeâ actum*, qui in fas-  
tis proconsularibus notatur Syriæ præses ante Varum  
annis Jul. 38. 39. Audiamus etiam eundem eodem in  
libro cap. 39. sententiam suam sic exponentem. *Tam*  
*distincta fuit à primordio Judea gens per tribus & po-*  
*pulos & familiias & domos, ut nemo facile de genere*  
*ignorari potuisset, vel de recentibus Augustianis cen-*  
*sibus, adhuc tunc fortassis pendentibus: eo nempe tem-*  
*pore, quo Christus miraculis claruit locis publicis ex-*  
*positis. Putat ergo ille non à vero alienum fuisse,*  
*quod censuales tabule, tringita jam annorum etatem*  
*habentes, adhuc sub Tiberio in archivis extiterint præ-*  
*sidum & sacerdotum.*

§. 3. Graves tamen præsto sunt rationes, cur *Ter-*  
*tulliani testimonio stare non ausim. 1. Displicet enim,*  
*quod vir alias rerum Romanarum callentissimus, cen-*  
*suum cum descriptione inter se confundat; cum censu*  
*sit pecuniarum exactio, seu nominum ad tributum pen-*  
*dendum instituta professio: descriptio verò ad quoscun-*  
*que alias usus eorundum nominum recensio. Docet*  
*nos *Lucas* natum fuisse Dominum sub œcumenicâ descri-*

*ptione, quæ sanè haudquaquam de œcumenico censu in-*  
*telligenda sunt: non enim totus orbis Romanus cogi-*  
*tari potest ad censum vocatus, quoniam id à moribus*  
*Romanorum fuisse alienum, eo quod plurimæ gentes*  
*id jugum haud æquo tulissent: animo: res non ita faci-*  
*lis est universi orbis Romani opes tributi causâ censere,*  
*cum istiusmodi census haud raro graviores in populis*  
*concitarint turbas; prout sub censu Quirinii quoque*  
*Archelao relegato inter Judæos à Gaulonite, eos ad*  
*defectionem sollicitante, factum fuisse legimus, eo quod*  
*populi libertati derogaret. Vide *Joseph. Ant.* libr. 18:*  
1. Multæ nationes sub Regibus erant, à senatu con-  
cessis,

cessis, aut alio jure dignitatem regiam possidentibus; qui socii & amici Cæsaris populique Romani audiebant, quorum subditi pensa tuis solvebant Regibus; qualis etiam hoc tempore Judæorum fuit ratio, sub Herode Rege proprio degentium, quo Cæsar ut amico utebatur & socio, quique ipse ea usus est facultate, ut quosdam à tributo sibi alias pendendo solverit, ut ex Josepho constat. Quod vero Judæi in euangelio censum solvisse leguntur; id demum introductum videtur, à quo post Archelai remotionem ad primorum postulatum Judæa provincia facta, & sub Syria censitâ fuit. Ex quibus colligo non ob censum aut tributum pendendum Judæos in oecumenicâ illâ descriptione ad nominum professionem fuisse vocatos: sed tantummodo ad periciendum illud ab Augusto desideratum *rationarium imperii*, *quod magistratibus*, ac *senatus domum acceditis tradidisse* dicitur Augustus apud Suetonium in *Augusto* cap. 28. Quo rationario, ut ex Tacito annal. libr. 1. intelligas, opes publicæ continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciæ, tributa, ant vecigalia, necessitates item ac largitiones. 2. Displacet, quod per Sentium Saturninum census dicat actos in *Judeâ*, antequam ipsa Judæa provincia facta aut Syria adjecta fuerat: non enim videt, quid potestatis *Saturnino* in *Judeam* competit, Syria præsidi, quamdiu Herodes Rex etiamnum erat superstes. Sanè Herodis erat provincia suo in regno Cæsaris edictum accipere, atque subditos suos ad nominum suorum professionem evocando, & huic operi homines aptos præficiendo, executioni mandare: sicuti & ipse omnes Judæos cogisse dicitur, ut sibi regi & Augusto suam jure jurando firmarent fidem & benevolentiam, apud Joseph. ant. l. 17: 3. Quo titulo quæso

quæso ipse Rex ab hoc opere excluderetur, nominis  
*Augusti* alias observantissimus, & tanquam amicus & so-  
*cios Cæsaris* habitus? 3. Neque video, quomodo  
in tabulis a *Saturnino* confectis professa *Josephi*, *Mariæ*,  
& *Christi* nomina inveniri potuerint, qui non nisi an-  
nis Julianis 38. & 39. Syriæ præfuit; *Quintilium Va-*  
*rum* enim Syriam ejus loco ab anno Jul. 40. seu ut est  
in nummis Antiochenis ab anno Asie receptæ 25. gu-  
bernasse, suo ostendemus loco: undè sequitur, aut na-  
talem Christi ad minimum ad annum 39 esse retrotra-  
hendum, aut ejus nomen in *Saturnini* tabulis scribi non  
potuisse. Scio equidem esse viros doctos, quibus non  
adeò absurdum videbitur, si quis Christi natalem in  
anno Jul. 39 exeunte ponat. Verum si hoc obtineat,  
oportet ut anno Tiberii xv (Jul. 73.) Jesus non fuerit  
annorum triginta, sed triginta trium, proximè imple-  
turus trigesimum quartum; quod mihi videtur cum  
Lucæ verbis *Luc.* 3: 23. conciliari non posse. Mo-  
nuisse hic sufficit, quod qui ita statuerit, habeat vel  
ipsum *Tertullianum* sibi contradicentem, quippe qui  
natalem Christi compositum cum anno Augusti quadra-  
gesimo primo, seu Jul. 43. ita enim ille in libro contra  
*Judæos* cap. 8. *Abiit Cleopatra conregnavit sub Au-*  
*gusto annis XIIII.* *Post Cleopatram Augustus aliis an-*  
*nis XLIII:* nam oīnes anni imperii Augusti fuerunt  
*anni LVI.* *Videmus autem quoniam quadragesimo &*  
*primo anno imperii Augusti . . . nascitur Christus,*  
& supervixit idem Augustus ex quo nascitur Christus  
*annis XV.* *Quod tempus sane cum præfectura Saturnini*  
*non cohæret.*

§. 4. Si quis ad emolliendam *Tertulliani* sententiam  
dixerit, censum vocari per *Saturninum* in *Judea* ex-  
actum, qui sub ejus præfecturâ incepit, licet postmo-

F dum

## 42 DE ANNO, MENSE, ET DIE

dum demum , quando *Quintilius Varus* præfuit , fuerit consummatus : ille *Tertullianum* excusando simul etiam efficiet justum nati Christi annum ex isto charactere demonstrari non posse , dum saltem ex *Tertulliani* sententiâ cogetur descriptionis istius spatium , antequam ad Bethlehemitas pervenerit , in quinquennium ad minimum protrahere . Per me licet , ut per *Saturninum* dixerit *census in Iudeâ aetos* , quatenus Augusti editum *Saturnini* operâ forte cum *Herode* fuit communicatum ; ita ut tabulae istae ( professâ hominum nomina comprehendentes ) ad *Saturninum* aut ejus successorem remittendæ , atque in archivis præsidum Syriæ servandæ fuerint ; quorum foret curare ut apographum ad Augustum redeat , qui exinde *rationarium imperii* componat . Hoc tantum volo , *Tertullianum* , descriptionem ad *Saturninum* referentem , non posse adduci , ad probandum , quo anno Christus Bethlehemi natus fuerit : aut eum sub præfecturâ *Saturnini* in orbem ingressum . An interim probari possit hanc descriptionem tot annos durasse ; aut aliquo casu interveniente aliquamdiu intermissam , postea vero circa tempus Christo natale denuo instauratam fuisse , ut *Tertullianus* videatur verum dixisse ? dubito : cum nulla sit necessitas statuendi , quod *census* ille Augusti medius , cuius in monumento Ancyranô fit mentio , cum *Lucæ descriptione ecumenicâ* ejusdem editi Augustæ fuerit effectus ; quin potuis usu & fine toto discrepasse coelo assertimus , ut ex ante dictis de differentiâ *census* & *descriptionis latitatis* innotescit .

§. 5. Imò posito , quod sciri posset , quo anno editum Augusti fuerit promulgatum , nondum tamen rem haberes confessam : quoniam res solummodo à *Lucâ* indicatur , quæ plurimum esse potuit annorum : nul-

la enim necessitas est, quæ intra unius tantum anni ambitum istius decreti executionem includere jubeat. Quod causæ responderet, est definitio anni & temporis, quo inter Bethlehemitas vigebat edicti Augustæi executio, nomintumque illa celebris professio, quæ Imperatorium illud edictum secuta fuit: ut definito editi tempore adhuc incerta maneret utriusque distan-  
tia, per extremorum differentiam designanda.

## CAPUT IV.

*Locum Luc. 3: 1. 2. cum vers. 23. initia euangelii cum  
anno xv Tiberii componentem, rem accurate  
decidere non posse.*

§. I. **A**Nte omnia, quâ possimus animi atten-  
tione temporis annotationem expenda-  
mus, quocum initia præconii Johannis  
neccit Lucas Euangelista: ac dein alte-  
ro in loco videamus, ut Christi baptismum cum mini-  
sterii Johannis initio fere conjungens, ejus ætatem ut-  
cunque definiat. Prior locus ita se habet. Εγενέτη δὲ  
πεντεκαθιδάτῳ τῆς ἡγεμονίας Τίβεριος Καισαρός, ἡ εμφύενον-  
τος Ποντίου Πλάτη τῆς Ιαδαίας, καὶ τετραρχῶντος τῆς Γαλι-  
λαῖας Ηρωδε, Φιλιππα δὲ τῇ ἀδελφῇ ἀλτετετραρχῶντος τῆς  
Γτεραῖας καὶ τραχωνίτιδος χωρίας, καὶ λυσανία τῆς Αβιληνῆς  
τετραρχῶντος, ἐπ' ἀρχερεων Ανα καὶ Καιαφα, ἔγειετο βῆμα  
θεοῦ ἐπὶ Ιωάννην τὸν τε Ζαχαρία οὖτον, ἐν τῷ ἐρήμῳ. *Lucas*  
itaque principium euangelii collocat in vocatione Johani-  
nis Baptiste, ejusque proximè subsequente præconio:

de , credere , intra eum Tiberii annum incidisse Johanni vocationem & primum ejus praconium , qui dici poterat regiminis Tiberii decimus quintus ; quis enim alius Lucæ fuit scopus , quam epocham Christianismi ad principium euangelii alligare , & sic cum æra cognitâ Tiberii componere ? Alter locus extat vers. 23 ubi jam ante descripsérat , ut Christus à Johanne quoque (omnibus pietatis exhibens exemplum , & ministerio Johannis præbens testimonium ) fuerit baptisatus non solum , sed & signis cælestibus glorificatus . Unde pergens Euangelista conclusionis loco hanc subjungit expositionem , καὶ ἀντὸς ἦν ὁ Ἰησὸς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος , ὥν ( ως ἐνομίζετο ) οὐδὲ Ιωσὴφ δεc. Quæ ego ita vertenda esse existimo , & ille ipse erat iste Jesus ( quasi annos triginta natus incipiens ) existens (ut existimabatur ) filius Joseph &c. sc. confert euangelista hunc hominem sub baptismo Johannis manifestatum , cum eo , quem exspectabant ut Davidis filium , atque inventit eum ipsum , eundem esse & nullum aliud ; quippe ille erat , qui jam accedebat ad baptismum ut munus suum quoque incepturus , idque eo jure , quod esset Davidis filius & Dei . Dixerat Johannes sequorum alium , cuius ipse prodromus erat , qui majori se polleret authoritate ; dicit vero Lucas , ille ipse , qui sic glorificabatur in Jordane , erat ὁ Ἰησὸς Jesus ipse : atque sic ætatem Christi proximè cum tempore baptismi Christi composuit Lucas . Licet autem hic locus multum definiat circa tempora euangelii , tamen ad nativitatis tempus stricte definiendum id efficere non potuit , ut non in multa alia abierint interpres . Annus quippe Tiberii xv ab aliis numeratur non ab imperio Augustæ , sed ab imperio ejus proconsulari , quorum terminorum differentia alijs biennium ponitur , alijs ad quadragesimam

driennium assurgunt : hi enim ipsi adhuc dubii hærent  
 an istius æra epocha ponenda sit anno 55. 56. an 57.  
 Jul. Qui æram communem rētinent , omnes fatentur  
 æram Tiberii à morte Cæsar is esse auspicandam , qui  
 (teste omni historiâ) mortuus *Nolæ in Campaniâ xiv  
 Kal. Septembri*, horâ diei nonâ , duobus *Sextis Pom-  
 peo & Apulejo consulibus*. Obiit itaque xix Augusti  
*Augustinus* anno Jul. 59. per. Jul. 4727. Æ. vulg. xiv.  
 A quo ei *Tiberius* successor datus. Hinc sequitur stri-  
 ctè loquendo cum tantum annum esse Tiberii xv , qui  
 incipit anno per. Jul. 4741. 20 Augusti , atque termina-  
 tur in annum per. Jul. 4742. 20 Augusti. Verum ,  
 cum historici aliquando annos Romanorum intelligant ;  
 atque annus totus æra Jul. 4741. censeri possit xv Ti-  
 berii : aut etiam sequens æra Jul. 4742. potuerit denum  
 numerari ut xv. dubium illud integri biennii facit lati-  
 tudinem , & relinquit hæc tenus aliquam incertitudinem ,  
 vix ex textu definiendam. Ad alterum locum move-  
 tur etiam quæstio , quomodo verba illa , quæ vers. 23.  
 leguntur , ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος , sint accipien-  
 da ? incertum enim per vocabulam ὡσεί relinquitur , an  
 trigesimum tunc impleverit , num vero tantum egerit ;  
 imo an non aliquot annos trigesimum excesserit. Au-  
 diamus Keplerum in suâ ad Calvisii epistolam datâ re-  
 sponsione. *Omnino credibile est , vocem quasi tantun-  
 dem esse ac plus minus , ita ut hæc ætas salvis euange-  
 listæ expressis verbis , vel 27 annorum præcisè esse pos-  
 sit , ut authori æra nostræ vulgaris placuit , vel triginta  
 duorum aut trium.* Tandem etiam dubium move-  
 tur circa connexionem ætatis Christi & regni Tiberii ;  
 non enim annus ætatis Christi componitur cum anno  
 Tiberii , sed cum tempore baptisini Christi : ad xv Ti-  
 berii annum alligatur tantum initium ministerii Joha-

nis. Jam certum est aliquid temporis inter initium ministerii Johannis & Christi , ab ejus baptismo numerandi , ponendum esse , quod intervallum tamen nullibi definitum invenias , ut sic nova relinquatur incertitudo.

§. 2. Ne tamen quis putet nos ita faciles esse , ut omnium dubitationes satis validis niti rationibus propterea existimemus , eo quod viri docti litigant ; etiam omnium caussas examinare hic breviter animus est , ut sic teneamus saltem mentem spiritus sancti , principium euangeliū utcunque ad suum tempus referentis. Nimum inserviunt suis hypothesis , qui æram Tiberii vulgarem immutant , atque nescio quam aliam Proconsularem substituunt , ut sic epocham nati Christi tuto ad anteriora trahere possint. Hujus ære rationem habendam esse jussit vir summus *Jacobus Usserius* , quem secutus est vir Doctissimus *Iaacus Vossius* : eandemque sententiam etiam nuper inter Pontificios adoptauit viri celeberrimi *Antonius Pagi* & *Emanuel a Schelstrate* : qui urgent in monumento Ancyranō Tiberium Augusti diei collegam , quocum tertium condidit lustrum duobus Sextis cossi. Tacitus de elevatione Tiberii ait annal. libr. 1. *Drusoque pridem extinēto Nero solus e privignis erat , illuc omnia vergere : filius , collega imperii , consors tribunitiae potestatis assumitur , omnesque per exercitus ostentatur.* Hinc Suetonius auctor est , Augustum enim munivisse proconsulari potestate , quo provincias cum Angusto communister administraret. Seu ut Vellejus loquitur , *equum jus in omnibus provinciis exercitibusque illi esset , ac Augusto.* Hæc sane vera sunt , verum quo anno collega imperii factus fuerit ? non conveiunt inter se viri docti. Cl. Usserius id factum anno ær. vul. xii. vult. Germanico Cæsare & Fontego

*Capitone* *coss.* atque sic æra proconsularis æram Augustæ ad minimum biennium anticiparet. *Pagius* ad annales Baronii hoc factum anno ær. vulg. xi. *M. Æmilio Lepido & T. Statilio Tauro coss.* ast in dissertatione suâ hypatrica hoc factum cum anno ær. vulg. x. *Dolabella & Silano coss.* composuerat, quod etiam *Emanuel à Schelstrate* tuctur. Hæc licet vera essent, non tamen assumenda erant ad duplificem regiminis Tiberii æram introducndam. 1. Quia, licet moris fuerit apud Romanos aliquando Tribunitiæ potestatis annos in principum notare historiis & numismatibus, scendum tamen quod nunquam id fecerint à Proconsulari authoritate acceptā: & quamvis collega imperii dicetur, nondum tamen illi hinc natum fuerat jus ad successionem imperii: hoc enim si fuisset, ad quid opus erat Augusti testamento, si à Senatu jam decretos illos acceperat honores? hinc denuo Vestalium opera ad senatum deferri Augusti testamentum curaverat Tiberius. Sanè non potuisset Senatus, ut fecit Augusto jam mortuo, de hac successione deliberare, si sub collegæ titulo jam hoc jus includeretur. Imo quo titulo potuisset *Tiberius* sub recusantis specie imperii regimen à se amoliri? Hinc patescit cur nuspam in Romanâ historiâ principatus istius ratio habeatur, quotiescumque anni regni Tiberii commemorantur. 2. Nemo patrum verba *Lucæ* ita intellexit, quasi Euangelista ad talem æram respexerit: sed omnes annum Tiberii xv à morte Augusti esse numerandum praxi suâ confirmant: saltem non *Clemens Alexandrinus*, *Tertullianus*, *Laetanius*, *Eusebius*, *Epiphanius*, & *Cassiodorus*, quos omnes ad partes vocavit doctissimus *Bastapius* in exerc. Hist. Crit. pag. 224. &c. ut nil reliquum sit nisi sententia patronis, quod oportet: qui tamen illam hypo-

thesin in patrum istorum gratiam tam avidè adoptaverant, ut illi censeri possint euangelio non contrarii. 3 Neque putandum *Lucam* aliter putasse annos, ac vulgo inter Romanos & Antiochenos receptum erat, qui ipse itinerum Paulinorum etiam in urbem usque fuerat comes, & styli historici callentissimus: ad quidem rae istius insolita foret usus? cum historiam suam in orbis Romani compouisse convictionem certum sit. Præsertim notandum *Lucam* in Ecclesiæ Antiochenæ ædificationem euangeliū suum conscripsisse; ac prouide aliâ non usum æra, quam inter Antiochenos recepta consentaneum est. Jam vero in Oriente æram Tibero à morte Augusti fuisse putatam nummi cum Seleucensium tum Antiochenorum invictè probant, quotquot sub *Silano* Præside excusi sunt, in quibus primum Tiberii annum cum æra actiacæ **XLV**, & tertium ejusdem cum æra act. **XLVI**. componi videoas.

§. 3. Verum, ut virorum Doctissimorum conjecturis certam opponamus demonstrationem, quæ consulet, quicquid sit de æra proconsulari, *Lucam* fâtem eam non respexisse, sed Augustæam, velim ut veritatis amantes connexionem annorum regni Tiberii cum proportione Pontii Pilati mecum observent. Ex Josepho tenemus omne tempus regni Tiberii ferè dividi inter duos Judææ Procuratores, *Valerium Gratum*, qui in hac suâ præfecturâ undecim, & *Pontium Pilatum* eus successorem, qui in eâdem decim annos exegisse habitur. *Josephus* ant. libr. 18. 3. Scribit, *Valerius Gratus*, *Judæorum Præses* à Tiberio in Annu *Rufus* cum missus est. *Hic exactis in Judæâ undecim annis Romam repetiit*, cui deinde *Pontius Pilatus* sucessor missus est. Jam inspice, quæ scripsit idem libr. 18. 3. *Vitellius Marcello amico ad procriptionem Judææ missus*, *Pila-*

Pilatum jussit Romanam proficisci, responsurum apud Cœfarem ad obiecta per Judæos crimina. Ita ille decem annis exactis in suâ provinciâ cum necesse haberet parere Vitellio, ad urbem iter suscepit, quo priusquam per venerit, vitâ excessit Tiberius. Hinc sequitur duos istos Procuratores xxii annos integros in Judæâ populum tenuisse imperante Tiberio, qui rebus præfuit à morte Augusti annos 22 mens. 6. d. 28. Dein quantum temporis Tiberii imperium horum præfecturam excedit, tantum tribuendum *Annio Rufo*, qui ab Augusto præfectus fuerat, quando cum Tiberio collegâ lustrum condidit, & eo mortuo annum cum aliquot mensibus sub Tiberii imperio egit. Quicquid sit, saltem Valerii initium componi debet cum anno ær. vulg. 16. Jul. 61. & annus undecimus seu ultimus cum anni. *Æ. v.* 26. *Jul. 71.* Atque sic *Pilatus* populo præpositus fuit *Æ. Ær. vul. 27. Jul. 72. U. c. 780. M. Licinio Crassò & L. Calpurnio Pisone* coiff. Ut ultimus decennii (quod exegit) fuerit annus ær. vul. 36. *Jul. 81. U. c. 789.* Hæc notent æræ novæ auctores, atque discant, ut ea Lucæ verbis nunquam sit applicanda: quoniam in anno xv æræ proconsularis, undecunque illi epocham recessant, nunquam invenient *Pontium Pilatum Procuratorem* (quod Lucæ textus tamen exigit) sed *Valerium Gratum*: sive enim æram suum biennium, sive triennium, sive etiam quadriennium faciant anticipare æram Augustæam, atque ita annum xv componant cum anno ær. vulg. 26. 25. à 24., hoc efficient tempus lucrando, ut eo magis ab initio procurationis Pilati recedant, cuius præfectura ante annum æræ 27. *Jul. 72* poni non potest. Ruit proinde omnis spes, quam in ærâ Tiberii proconsulari creverant viri docti.

50 DE ANNO, MENSE, ET DIE

Ut autem lectori id ipsum evidentius & quasi ad oculum pateat, sequentem, quam subjicio, tabellam inspiciat velim.

*An. ÆRÆ Vulg. Veræ. Jul. per Jul. U. C.*

•	14	17	59	767
			Sexto Pompejo	}
			Sexto Apulejo	} coll.

*Augustus die Aug. xix. mortuus, Tiberium habuit in imperio Successorem.*

15	18	60	768	
		Druso Cæsare	}	
		C. Norbano Flacco.	}	coll.

*Tiberius annum egit 1 & 2 atque etiamnum Annus Rufus Procurator Judææ fuit.*

16	19	61	769	
		T. Statilio Sisenna Tauro	}	
		L. Scribonio Libone.	}	coll.

*Tiberius annum egit 2 & 3.*

*Valerius Gratus mittitur in locum Annii. Ann. 1.*

17	20	62	770	
		C. Cœlio Rufo	}	
		P. Pomp. Flacco.	}	coll.

*Tiberius 3 & 4 anno præfuit.*

*Valerii Grati annus 2 est.*

18	21	63	771	
		Tib. Aug. 111. ....	}	
		Germanico Cæs. II.	}	coll.

*Tiberii annus 4 & 5 fuit.*

*Valerii Grati . . . 3.*

19	22	64	772	
		M. Julio Silano	}	
		L. Norbano Balbo.	}	coll.

*Tibe-*

CHRISTI NATALI. PARS I. 51

*Tiberii 5 & 6*

*Valerii Grati . . . 4.*

20	23	65	773
M. Valerio Messalā }			
M. Aurelio Cott. } coss.			

*Tiberii 6 & 7*

*Valerii Grati 5.*

21	24	66	774
Tib. Aug. IV.. }			
Druso Cæsare II. } coss.			

*Tiberii 7 & 8*

*Valerii Grati 6.*

22	25	67	775
D. Haterio Agrippā }			
C. Sulpitio Galbā. } coss.			

*Tiberii 8 & 9*

*Valerii Grati 7.*

23	26	68	776
C. Afinio Pollione			
C. Antistio Vetere. } coss.			

*Tiberii 9 & 10*

*Valerii Grati . . . 8.*

24	27	69	777
Sex. Corn. Cethego }			
L. Vitellio Varrone. } coss.			

*Tiberii 10 & 11*

*Valerii Grati . . . 9.*

25	28	70	778
Cn. Corn. Lentulo Isaurico }			
M. Afinio Agrippa . . . . } coss.			

*Tiberii 11 & 12*

*Valerii Grati . . . . 10.*

G 2	26
-----	----

52 DE ANNO; MENSE, ET DIE

	<sup>26</sup>	<sup>29</sup>	<sup>71</sup>	<sup>779</sup>	
	L. Corn.	Lentulo	Getulico		
	C.	Calvisio	Sabino . .		coll
<i>Tiberii</i>	<i>12 &amp; 13</i>				
<i>Pontii Pilati</i>	. . . 11.	seu ultimo.			
	<sup>27</sup>	<sup>30</sup>	<sup>72</sup>	<sup>780</sup>	
	M. Licinio	Crasso.			
	L. Calpurnio	Pifone.			coll
<i>Tiberii</i>	<i>13 &amp; 14</i>				
<i>Pontius Pilatus</i>	Valerii Grati loco Procurator Ju-	dæx. Ann. 1.			
	<sup>28</sup>	<sup>31</sup>	<sup>73</sup>	<sup>781</sup>	
	M. Junio	Silano			
	P. Silio	Nerva.			coll
<i>Tiberii</i>	<i>14 &amp; 15</i>				
<i>Pontii Pilati</i>	anno . . 2.				
	<sup>29</sup>	<sup>32</sup>	<sup>74</sup>	<sup>782</sup>	
	C. Rubellio	Gemino			
	C. Fusio	Gemino.			coll
<i>Tiberii</i>	<i>15 &amp; 16</i>				
<i>Pontii Pilati</i>	. . . . 3.				
	<sup>30</sup>	<sup>33</sup>	<sup>75</sup>	<sup>783</sup>	
	M. Vinicio				
	L. Cassio	Longino.			coll
<i>Tiberii</i>	<i>16 &amp; 17</i>				
<i>Pontii Pilati</i>	. . . 4.				
	<sup>31</sup>	<sup>34</sup>	<sup>76</sup>	<sup>784</sup>	
	Cl. Tiber.	Nerone V			
	Ælio	Sejano.			coll
<i>Tiberii</i>	<i>17 &amp; 18</i>				
<i>Pontii Pilati</i>	. . . 5.				
	<sup>32</sup>	<sup>35</sup>	<sup>77</sup>	<sup>785</sup>	
	C. Dom.	Ahenobarbo			
	A. Vitellio.				coll

*CHRISTI NATALI. PARS I.* 53

*Tiberii 18 & 19*

*Pontii Pilati . . . 6.*

33	36	78	786
		Serg. Sulpitio Galba.	} cost.
		L. Sullâ Felice . .	

*Tiberii 19 & 20*

*Pontii Pilati . . . 7.*

34	37	79	787
		Paulo Fabio Persico	} cost.
		L. Vitellio . .	

*Tiberii 20 & 21*

*Pontii Pilati . . . 8.*

35	38	80	788
		C. Cestio Gallo . .	} cost.
		M. Servilio Noniano . .	

*Tiberii 21 & 22*

*Pontii Pilati . . . 9.*

36	39	81	789
		Q. Plautio Plautiano	} cost.
		Sex. Papirio Allenio . .	

*Tiberii 22 & 23*

*Pontii Pilati . . . 10.* scu ultimus finiens in principio anni sequentis

37	40	82	790
		Cn. Accerronio Proculo	} cost.
		C. Pontio Nigrino . .	

*Tiberius die 16 Martii mortuus *Cajum* accepit imperio successorem *Pilatus* ex *Judæa* redux Romam appulit Tiberio jam mortuo.*

§. 4. Dubium tamen est, & haud facile definitu, quâ anni formâ utatur *Lucas*? an *Tiberii xv numeret ab ipsius electionis die*: nuni verò cum relatione ad an-

G 3 nos

## 54 DE ANNO, MENSE, ET DIE

nos Judæorum, Macedonum aut Romanorum: quorum primi annos sacros à mense Nilan, civiles à mense Tifri incipiebant: *Macedones vero seu Seleucidae à solsticio australi.* *Romani à Januario.* Probabile quidem est, cum Lucas in usum gentium, aut credentium ex gentibus, suum conscripserit euangelium, & quidem in usum ecclesiae Antiochenæ, ejus annos esse referendos ad formam annorum Syro-Macedonum: ast id certò demonstrare, & suo charactere definire nondum possum. Saltem ex hoc dubio fieri posset, ut aliqua pars ~~annorum~~ censetur anni Tiberii decimi quinti, quia annus in sequentibus, aut aliquot antecedentibus mensibus, cum ejus decimo quinto concurrebat: Non enim solent historici istas minutias curare, contenti annum synchronis indicasse, & sic juxta communem calculum tempus definitivisse. Hinc quidam Jesum volunt baptizatum, anno æra vulgaris 28 Jul. 73. U. c. 781. *C. L.* Junio Silano, & M. Silio Nervaco*ss.* atque diem faciunt 25 Januarit ut *Lansbergius*. Verum hoc anno à Kal. Januarii ad 20 Augusti adhuc currebat Tiberius xv, quod tamen tam præcisè non esse discutiendum dicunt, quoniam ille annus ex Romanorum more totus designabatur decimus quintus Tiberii. Imo quid ni ex eadem lege dici possit, annum xiv ærae vulg. ~~totum~~ Augusto adjudicari, ut primus Tiberii demum ~~designatus~~ fuerit annus xv ærae vulgaris, atque ita annus Tiberii xv fuerit ab anno ærae vulg. 29. numerandus. & sic Christi baptismus posset isti anno includi, immo cum ad ejus ultimi referri: ut sic anni & ferè biennii clinquatur latitudo: estque longè plurium sententia ~~dubius~~ geminis *coſſ.* baptizatum esse Christum.

§ 5. Notandum porro, annum Tiberii xv non componi cum xxx annis Christi; sed cum Baptismo

munus prodromi obcundum vocatione , & ejus præconii initio ; ut haudquam censeri debeat absurdum esse ; si Christi baptismus incidat in partem anni Tiberii decimi sexti : non enim se mutuo evertunt *Johannem* incepisse munus suum anno Tiberii xv , atque eundem recepisse *Iesum* ad baptismum suum anno Tiberii xvi , modo interstitium temporis inter duo illa extrema tale quid exigat . Relinquitur proinde ab illâ parte quædam latitudo , quæ nisi aliunde restringatur , efficeret , annum Christi natalem non nisi præter propter ex hoc Lucæ testimonio definiri posse : ut sic noster locus sibi soli non sufficiat , quod nobis nunc deministrandum sumplimus . Ita rem concepisse videntur , qui æra vulgaris fuerunt auctores , sc . *Johannem* fuisse ad munus suum vocatum anno æra sua 28 , & Christum post biennium anno æra 30 , aut triennium anno æra 31 ad ejus baptismum accedentem munus suum auspicari voluisse , anno sc . *Tiberii* xvi aut xvii . Qui , nisi ex emor-tuali *Herodis* anno & die contraria producantur argu-menta , hypothesisin subvertentia , saltem ex hoc Lucæ textu refutari non possent .

§. 6. Disceptatio , quæ movetur circa sensum verborum Lucæ versi . 23. ὥστε ἐτῶ τὸ ποντικὸν αὐχένον τοσί τquidem etiam magnorum virorum ingenia ; verum ita tamen , ut quosdam etiam inservire suis hypothesisibus fatendum sit . Patres , qui ante *Eusebium* & *Hieronymum* vixerunt fere omnes , cum hic legerent Christum circiter triginta habuisse annos , idque post inceptum annum xv *Tiberii* , nullâ usi hæsitatione ætatem illam diviserunt inter *Augusti* & *Tiberii* tempora , ut triginta illud annorum spatiū putarint esse componendū ex *Augusti* annis quindecim , & alii quindecim *Tiberii* . Saltem hæc mens fuisse videtur *Clementis*  
*Alexan-*

Alexandrini & Tertulliani, natalem Christi annum cum anno Jul. XLIIII. componentium, qui Augusti erat à morte Julii Cæsaris XLII, vel ut alii loquuntur cum anno Asice receptæ 29. Alexandriæ occupatæ 28. Hos secuti sunt magno numero alii. Eusebius, Chronosthomus, Orosius, Jornandes, Beda, nec non Martyrologii Romani auctor. Inter hodiernos vero Chronologos disputatur multum, an anni illi Christi, hic designati, intelligendi sint completi? num vero solum currentes? quod vocula ὡτε videtur incertum relinquere. Keplerus exponit plus minus, & liquot annos infra illum terminum, vel etiam ultra eundem annos posse putat: cuius ratio illi videtur, quod Lucas in historiâ nati Christi definitum Herodis & Annii annum omiserat, & nunc ad ejus baptisnum venientem, notato anno Tiberii aetatem Christi coactus fuerit sine laxe indicare, eo quod articuli temporum non latus distincte à beata virgine, Christi D. N. Matre, faciente indicati, aut scriptori saltē minus curae, & ejus studio atque inquisitioni non adeo subjecti. Profiteor me inter eos, qui ab illiusmodi cogitationibus abhorrent. Vergit enim in accusationem, quæ virum Dei tangat præter caussam: illi ne articuli temporum incogniti, & minus curae faciunt? qui se omnem adhibuisse diligentiam in hoc opere testatur. *Luc.* 1: 3. 4. In puerum, & logo *Quoniam*, inquit, multi conatsunt in ordinem redgere narrationes rerum, de quibus inter nos plenâ fide, & extra ordinem dabitationis vel multitudinis aleam, liquido constat, sicut tradiderat Iacobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis, visum est mihi, asecuto omnem à principe, diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophile, sermonum, de quibus eruditus es, veritatem & tamen certi-

*certitudine cognoscas.* Nonne tempus nati Christi ita  
necit cum imperio *Augusti*, ut cum tempore vigentis  
ejus inter Bethlehemitas descriptionis proximè compo-  
nat? Oportet autem ob rei gestæ raritatem & celebrita-  
tem eā ætate notissimum fuisse illud tempus; & quem-  
libet illud inquirere inter Bethlehemitas potuisse faci-  
le, cum respublica Judæorum adhuc perstaret. Qui  
fieri potest, ut *Lucas* adhuc dubitaverit, num *Iesus*  
tunc trigesimum attigerit annum? Qui eum sub *Herode*  
aī natum? Ille ne etiam ignoravit tempus mortis *He-  
rodis*, qui ex Damasceni scriptis omnia ejus scire po-  
tuit? cuinque ille abierit anno *Jul. xlii*, facile erat  
colligere, etiamsi vix dies aliquot ante mortem Herodis  
natus fuerat *Iesus*, tamen anno xv Tiberii (*Jul.  
LXXIIII*) debuisse *Iesum* triginta annorum ætatem ad-  
implevisse: & qui hoc tenuit, quomodo quæso potuit  
in dubio reliquissime illud minus; an non forte *Iesus* fue-  
rit annum unum & alterum infra triginta annos. 2.  
Qui annorum numerum annotat, sane videri vult in  
definiendo tempore studium adhibuisse, atque pro vi-  
ribus rem communicare: quod si *Lucas* ex aliquali in-  
certitudine ita sit locutus, non debuisset tamen illam  
incertitudinem eum in modum amplificare; sciebat ex  
*Kepleri* fundamento *Iesum* jam trigesimum implevisse,  
incertus tantum quot annos, & an aliquot exceperit:  
adeoque non ei dicendum erat, *Iesum* fuisse circiter  
annorum triginta: sed plusquam annorum triginta. Un-  
de ego ferè infrete ausim illam particulam ὥστε hic loci  
redundare, sicut & *Etymologici magni author* saepe fie-  
ri notat, quando scribit ὥστε επιφέννα παρέλκον, de quâ  
re in tertia dissertationis parte plura.

§. 7. Illustris *Scaliger* è contra putabat *Lucam* adeo  
exacte justum ætatis Christi tempus definivisse, ut satis

evidenter anni partem priorem determinaverit, volens Lucam menses aliquot priores anni trigesimi primi currentis componere cum ultimis anni xv Tiberii. Hoc ut obtineat vir doctus ad linguam græcam provocat, multisque urget, ἦν ἀρχόμενος dici pro ἡρῷοτο, & sequentia ellipsis τῇ ὧν postulare, ὧν ὥστε ἐτῶν τριάνοντα. Atque sic Christi ætas, cum baptismum suscipiebat, in initio anni trigesimi primi hæsisset. Verum 1. Alienum videtur atque à sano sermone absonum tempus sic definire & laxare, sane voces ἀρχόμενος & ὥστε sic male cohærent: prior definit anni primam partem, altera laxat & minus certam ponit, qui incepit esse tricenarius in eodem effato id affirmante non potest dici quasi vel circiter annorum triginta. 2. Nec græca lingua elegancia durissimum illud dicendi genus ferre videtur: ut in erro similis phrasis exemplum in græcā aut latīnā lingua quidam postulaverint, ubi quis dicatur *quasi incipere esse triginta annorum*, pro eo, quod recte dicimus jam jam complevisse triginta annos, aut jam incipere primum supra trigesimum? Imò cum prius dixerat, erat Jesus *quasi triginta annorum*, quomodo subiecte dictum potuit in significatione temporis ejusdem ætatis? quin videatur se corrigere, & per illud *incipiebat esse* vocem *erat* delere. 3. Nimium sane, quantum ego video, viri optimi voces in textu Lucæ transponunt; verbum substantivum ἦν non cohæret cum annorum Christi descriptione, cum contra copulet vocem proxime sequentem tanquam prædicatum continentem cum suo subjecto, quod articulus sane evincit; plena enunciatio est, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησος, οὐ ille erat Jesus: quis inquires? super quem viderant in baptismi receptione cœlum ita reclusum, quiq[ue] audiebat voce e cœlo declarâ filius Dei: ille, inquam, erat ipse Jesus, quem

ex Mariâ natum vobis descripsi, existens, sicut censebatur, filius Joseph &c. Ceterum verba ὡτεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος adjiciuntur, ut intra parenthesin legenda, atque tempus quando munus incipiebat suum notantia. 4. Male trahitur verbum ἀρχόμενος ad ἥν, aut εἶναι tacitum: cum non dicatur incepisse annum: sed referri debet ad munus Christi propheticum, seu officium ei competens; ut sensus sit *quasi triginta annorum cum incepisset officium Christi*, quod in baptismo quasi ei erat commendatum. Nec dubium est, quin ea sit verbi ἀρχομαι potestas, cum id jam dudum (ex locis *Act. 1: 1. 10: 37. Luc. 23: 5.*) evicerint alii: atque hic ipse Lucas initium ministerii Christi propheticci eum in modum cum ejus baptismo componit. *Act. 1: 21.* Nullius sane apud me ponderis est exceptio quorundam, quā ἀρχομαι dicunt tale quid notare, quandō contextus de doctrinā Christi agit, ut in locis allegatis videre est, ubi manifesto ad doctrinam referuntur. Verum, quid ni etiam idem hic fieri obseruant? Nonne proximè voce ex cœlo delapsa toti populo commendabatur ut *docttor*, quem omnes deceret *audire*? Nonne *munus Prophetæ* ei per spiritus in eum descendens fuit impositum? ut fuerit impositionis manuum loco, quā in Synagogā doctores creabantur. An non *Lucas* eum ostendit ut sub ipso baptismo incipientem? quando eum exhibit ut in aditu ad Johannem futurorum sub baptismo conscient, atque adeo se ad muneric inaugurationem suscipiendam sponte offerentem? Ostenderat Lucas, Johannem, ut jam currentem tanquam Prodromum Christi; quando vero etiam ipse Christus incepit in illo stadio currere, & ea agere, quae ab ipso exspectabantur, commode monet; & huic loco, eum ad Johannem referenti, eundemque

60 DE ANNO, MENSE, ET DIE  
cum suo prodromo conferenti, inferuit atque subjunxit.

§. 8. Hisce persensis planè dicendum est, annum Tiberii xv. faccre epocham temporis euangelii; cumque proxime concurrere cum istius formæ annis, qui à noviluniis æstivis, vel autumnali primo dies suos numerare incipiunt. Dicamus ergo annum Tiberii xv fuisse æræ actiacæ **LIX**: quia primus cum Ær. Act. anno **XLV** componitur, quod ex nummis Silani novo probatur argumento. Extat unus *Antiochenus*, qui caput refert laureatum, caput inquam Tiberii, cum hâc inscriptione ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, quod notat Augustus Augusti Filius. Pars vero nummi aversa intra coronam lauream habet literam A, anni primi ejusdem Tiberii notam, atque inscriptionem habet hanc ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. E. M. cuius expositio est. *Sub Silano Antiochenum Anno XLV*: qui est annus Asiæ receptæ seu victoriae actiacæ, quam æram in Syriâ receptam fuisse jam dudum demonstratum est. Verum extat etiam aliis nummus *Seleucensium* priori similis, cum capite Tiberii: cuius pars aversa etiam exhibet literam A superpositam; & verba ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ E. M. *Sub Silano Seleucensum anno XLV*. Uterque ergò nummus annum primum Tiberii colligat cum anno Asiæ receptæ seu æræ actiacæ quadragesimo quinto. Verum majoris soliditatis gratiâ addamus tertium nummum, etiam *Seleucensium* cum capite Tiberii, in aversâ parte habens literam Γ superscriptam, cui subiungit ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. Z. M. seu *sub Silano Seleucensum A. XLVII*, ac proinde tertium Tiberii annum componit cum anno Asiæ receptæ quadragesimo septimo: ex quibus invicte probamus in numeris pergendo annum xv Tiberii esse contemporaneum.

anno

anno Asiae receptæ **LIX.** Cum hâc ærâ annos Tiberii lubentius componimus, quia se mutuo proxime commensurant: nam annus Tiberii incipit à 20 Augusti, æræ actiacæ à Septembri: pugna enim actiaca habita fuit ad 1<sup>v</sup> nonas Septembri

Verum iubet etiam hæc cum anno Nabonassaris componere, cujus calendæ circa hæc tempora die Augusti **xvi** celebrabantur. Canon Ptolomæi, qui nobis hos annos refert, & conservavit, ultimum Augusti annum cum anno hujus æræ **761** conjunxit; primum autem Tiberii cum anno ejusdem æræ **762**. Undè nova oriatur *Synchronismi* elucidatio: adeo ut annus **xv.** Tiberii fuerit æræ Nabonassaris **776**.

§. 9. Nunc restaret, ut demonstretur, cum quo anno utriusque æræ, Christi **xxxı** sit componendus? quod inquirendum, ut videamus quandiu à vocatione Johannis ad ejus baptismum excipiendum moratus sit Dominus. Annus **xv.** Tiberii, seu primus Johannis responderet annis **Ær. Act. LIX** Nabon. **776**. Si annum illum elabi permiscerit Dominus, atque proxime sequente accesserit ad Johannem, ejus **xxxı** erit parallelus **Ær. Act. LX.** Nab. **777**. Quod si biennium cunctatus fuerit prodromum sequi sol justitiæ, annus ejus **xxxı** erit **Ær. Act. I.XI.** Nab. **778.** & sic porro. Quæ licet incerta manent, hoc tamen inde confici potest, textum Lucæ non pati, ut in epochâ Christi figendâ ante annum æræ **Actiacæ 28** Nabon. **745** assurgamus: quin simul efficias ætatem Christi tempore baptismi excedere ætatem annorum **xxxı**, quod foret contra annotationem Lucæ. Verum non esse etiam descendendum, infra illum annum **act. 28.** Nab. **745.** ex hoc loco demonstrari non potest, quod tamen ex alio principio nos eadem certitudine alibi demonstrabimus, & quidem ut

62 DE ANNO, MENSE, ET DIE  
speramus, ad omnium convictionem. Dein relinquit  
nos hic locus adhuc de anni tempestate incertos, cuius  
questiōnis discussio longe aliud quoque requirit funda-  
mentum, in sequentibus revelandum. Ut proin hic  
locus ad questiōnem nostram quidem multum lucis af-  
ferat, sed solus omnem caussam non absolvat. Scriptis  
quidem Magnus ille Scaliger de emendat. temporum  
libr. 6. Unus tantum locus in euangelio relatus est,  
cujus auxilio etatem Christi & ejus natalis annum col-  
ligere datum est: quem ajit in *Lucæ cap. 3:1.* 33. in-  
veniri. Veruntamen, nisi alius esset, qui rem strictius  
definiat, & quasdam in isto testimonio latitudines cer-  
tiori calculo restringat, fatendum foret cum locum  
solum questiōni decidendæ haud parem fore.

---

## C A P U T V.

*Calculo ephemeriarum solo etiam nati Christi mensem &  
diem accuratè definiri non posse.*



Uoniam circa diem Christo natalem adeo  
inconstans est veterum traditio, dum alii  
eum vigeant *brumā* (sive 25 Decembr. si-  
ve 6 Ianuarii) alii *vernali* tempestate (sive  
25 Paebon sive Pharmuthi) alii tandem  
sub *autumno* natum voluerint: primus omnium fuit il-  
lustris Scaliger, qui in invento anno Christi natali no-  
bis spem fecit adinveniendi quoque ejusdem tempesta-  
tem, atque mensem, & præter propter diem, nati  
Christi memoriae consonum. Viri acutissimi consilium  
erat,

erat, id per ephemeriarum sacerdotalium indagare cal-  
culum, quo tempus conceptionis Iohannis Baptiste in  
lucem protrahatur. Videlicet *Luca* diligentia edocti  
sumus, quanta sit temporis differentia, quæ Christi  
conceptionem à conceptione Iohannis dirimebat: legi-  
mus enim *Luc.* 1:26. quod *angelus Gabriel* sexto (à  
legatione primâ) mense a Deo missus fuerit ad civi-  
tatem *Gallœa dictam Nazareth*, denunciatus Mariae  
instantem Christi conceptionem, quæ ex ipsa nascere-  
runtur, quod dixerit, *eum mensem Elizabethæ* (quæ  
sterilis dicta fuerat) fuisse sextum: ex quibus nexus re-  
sultat huic scopo utilissimus; qui mensem primum con-  
ceptionis Christi. jubet cum sexto mense conceptionis  
Iohannis componi, vel saltem ex parte facere paralle-  
lum: ut invento tempore concepti Iohannis pergendum  
sit ad sextum mensem, quo in tempus concepti Domini  
incidamus: à quo principio ad ejusdem nativitatem  
pervenias, si novem menses invento tempori adjicias,  
quod tempus natura mulieri utero gerenti destinavit vul-  
go. Spes maxima itaque reposita videbatur in prioris  
inventione, quæ affulsi in Ephemeris calculo: certum  
enim erat *Zachariam classis Albiæ sacerdotem* grega-  
rium vicem suam administrasse in domo Dei, cum ange-  
lus Gabriël eum alloquo dignatus moneret, uxorem  
ejus sterilem abhinc cognitam, gravidam evasuram,  
atque prophetam paritaram, qui *Messia* propediem  
venturi fieret prodomus; undè colligere licuit, proximi-  
mè ab hac apparitione futurum, ut concipiatur dig-  
nissimus iste, & populo Dei exoptatissimus filius, qui  
Christo viam prepararet: & quamvis res istæ ita con-  
necti haud possint, quin hinc inde aliquot dies interpo-  
ni queant; hoc exinde erui posse tamen videbatur, ut de  
mensc

## 64 DE ANNO, MENSE, ET DIE

mense & anni tempestate non posset dubitari amplius.

§. 2. Calculus ille exhemeriarum Sacerdotialium uritur *Cyclo*, quem illustris Scaliger *Cyclum* appellabat *hieraticum*, ex viginti quatuor hebdomadibus (seu quod idem ex 168 diebus, 24 hebdomadas conficien-tibus) compositum. Nunirum, à quo Rex David, divino impulsu spiritu, *Sacerdotum turbam* in 24 diviserat classes, jussicerat eos certā in serie ministerii vices obire, & singulas classes singulis occupari septimanis. Vide 1 Chron. 24. Hanc ratiōnē hebdomadariam, semel sorte definitam, religiose obseruare re-nabantur; qui contra fecerit, seque alterius functioni immiscere conaretur, ἐνοχος τῇ θάνατῳ censendus erat. Hæ classes xxiv, singulis Sabbathis stationes mutan-tes, ab elapsis 24. septimanis in ordinem redibant, qui circulus itaque *Cyclum* illum, quem diximus *hierati-cum*, componebat. In hoc cyclo *classis Abiae* erat Octava, atque adeo octavam cycli istius hebdomadam vendicabat sibi: *quinquagesimo cycli die* ad munus suum obeundum sanctuarium ingrediens, atque illud ipsum munus ejusdem cycli die *quinquagesimo sexto* claudens-undē rursus manifestum est, *Zachariam intra L & LVI* cycli istius hieratici diem oraculum illud de nascitu Christi prodromo accepisse, ut proximè sequenti septimanā potuerit a cognitā uxore concipi Johannēs.

§. 3. Quod proin incumbebat urice Scaligero, erat, cyclum illum hieraticum cum cuiusvis forma anno connectere, ut in annis Julianis vera ephemeridum tempora spectare liceat: dum, qua in eodem tertio convenient, inter se convenire estimanda sint. Ad nexus istius manifestationem diem assūmebat vir fagi-cissimus, quo ab Antiochi contaminationibus tem-plum purificaverat, & sacra restauraverat *Judas Mac-cha-*

*chaberus*, qui dies, suâ solennitate & populi gaudîs in gentis historiâ memorabilis, fuerat consignatus in anno Seleucidarum seu Græcorum 148. ad diem 25 mensis *Cislen*. Vide 1 *Macch.* 4: 41. 42. Statuit vir Magnus *Judam* incepisse hanc restorationem cultus à principe familiâ, quæ erat *Jasarib*, atque ejus ephemeriam inivisse munus suum die xxii Nov. anni Per. Jul. 4549. cum anno Græcorum 148. parallelo. Ephemeriam vero octavam, quæ erat *Abiae*, cepisse liturgiam suam quinquagesimo die orbis seu-cycli hieratici, incidente in 10 Januarii anni sequentis Per. Jul. 4550. Dein assumit, quod nec Ephemeriarum ordo, sic de-nuo à *Judâ* restitutus ab eo tempore, nec ενδελεχίσθη (id est, juge sacrificium) fuerint interrupti usque ad Templi excidium sub Vespasiano: quod etiam ex Josepho & Judæis probat. Cum vero vir suimus Christum natum censeret circa ultimos menses anni Per. Jul. 4711. concludit euangelismum Zacharie contigisse anno Per. Jul. 4710. quo ephemeria Abiae inivit ministerium suum die xxii Julii (nam ab anno Per. Jul. 4550 dic 10 Januarii ad annum Per. Jul. 4710. d. xxii Julii effluxerunt anni 160, dies 92, qui præcise conficiunt 349 orbes hieraticos) proin die xxvii Julii dies ministerii ejus absoluti fuerunt; à quo domum rediit, ejusque uxor concepit: unde concludit Johannem fuisse conceptum circa finem *Julii*. Hinc si pergas per quinque menses, conceptionem Domini incidit in finem *Decembri* ejusdem anni: quo posito Christus nono abbinc mense natus circa finem *Septembri* anni Per. Jul. 4711. inhabitacionis suæ inter hominibus cepit initium.

§. 4. Quamvis inventum illud sit tanto ingenii acuminè dignum; & contra varias objectiones à viro o-

## 66 DE ANNO, MENSE, ET DIE

ptimo satis superque munitum ; nihilominus una super et  
difficultas , quam Abr. Scultetus , Exerc. Euang. libr.  
1 : 46. & ex eo Theologus dum viveret præstantissimus  
Joh. Cloppenburgius adversus eam movet Disp. de an-  
no mense & die natali Christi . §. xxv. „ Verum &  
„ hæc ( inquit Scultetus ) sententia fundamento vil-  
„ de dubio nititur : supponit enim hoc , cum vices  
„ cerdotales ab Androcho interruptæ & à Judâ Mo-  
„ chabeo essent restituta , primam in ordine famili-  
„ am primo quoque munus suum inisse . Atqui pu-  
„ tuit initium facero vel illa familia , quam tetigit or-  
„ do , cum interrupti essent cultus : vel illa , quam  
„ tetigisset ordo , si interrupti nunquam fuissent , sup-  
„ putatis sc. vicibus , quæ triennii spacio exacte  
„ rant . Notandum tamen etiam huic difficultati me-  
dicam adlibuisse manum , qui de alio inveniendo non  
alicuius ephemericæ cum anno Juliano cogitarunt ,  
cyclorum hieraticorum cum anno Juliano certioriter  
eruerent cohærentiam . Sc. conjungunt Judæi vices pri-  
mae Classis cum nono mensis Ab , in anno excidi tem-  
pli cum primi , tum ultimi ( quâ de re vide post . 3.  
cap 6 ) Cumque nonus mensis Ab dies incidat id est  
Augusti , anno Æra Jul. cxv. ( Er. vulg. LXX ) quo  
ignis in templum fuit conjectus , quoque cum Sabao-  
tho ephemericam suam ingressus est classis Jojarib , nec  
ordine retrogrado ex datâ illâ connexione quam cer-  
tissimè invenire justa qualiscunque ephemericæ in quolibet  
anno anteriori tempora , atque legitimas ministrandi  
vices ; modo tot cyclos hieraticos tollamus , quæ  
differentia dierum in se comprehendit .

§. 5. Desideratur tamen in hâc demonstratione ,  
quod ne quidem anni tempestatem satis certo atque  
præcisè definiat ; quia unaquæque classis anniversarii bi-

nas sacre  
doquid  
sem :  
in var.  
eodem  
ligebat  
um illi  
madan  
ne ✓  
εΦημε  
sexta  
quatu  
bat I  
post  
Chri  
aliter  
pus ✓  
Chri  
hisce  
pus ✓  
luri i

nas sacris operandi vices observare debuit; imò quandoquidem ephemeria ter in anno certam tangebat classem: undè facile est eodem utentibus calculo adhuc in varias abire sententias. *Cl. Samuel Bochartus ex eodem hoc principio Jesum mense martio natum colligebat Hieroz. l. 2: 44.* In his, inquit, palmarium illud, quod Zacharie Job. Bapt. Patri, hebdomadario Sacerdoti εξ ἐφημερίας τῆς ΑΒΙΑ, & in ordine Αβια iερατεύοντι apparuit angelus. Abia porro ἐφημερία eo anno in Decembrem incidit, & Christus sexto post mense id est Junio conceptus est; unde sequitur natum esse circa Martium. Keplerus indè probat Johannem Baptistam conceptum anno Jul. 39. post 24. Octobris, natum anno 40 Jul. dic 25 Junii: Christus vero ejutdem anni die 25 Decembris. Alii aliter. Quare calculus Ephemeriarum solus hoc tempus definire non potest, nisi in antecessum annus natī Christi annique tempestas eruatur. Omissis proin hisce fundamentis, omni certitudine destitutis, tempus est, ut ad nova nos conseramus principia, præmisuri inquisitionem in vera Herodis tempora.


## PARS ALTERA

*In Herodis Magni tempus accuratius inquirens.*

## CAPUT I.

*De dupli regni Herodis EPOCHÆ.*

§. 1.



Uoniam ex nostrâ sententiâ una  
ca natalem Christi annum , men-  
sem , atque diem cruentis spes  
in justâ temporum Herodis defi-  
nitione relictâ est , quibus cum i-  
nitia vitæ Christi ab Euangeli-  
stis componuntur ; huic nobis  
incumbendum accuratius , ut regni Herodiani initia  
que finem in lucem protrahamus . Hoc nisi invicti demonstre-  
rur argumentis , frustaneus erit omnis copia;  
atque labor , qui ad hujus inquisitionis definitionem  
impenditur . Propterea ab hujus rei indagatione auspiciari  
animus est , nil dubitans , quin omnem circa hanc causam  
dubitatem sibi solide creptam agnosceret etius le-  
ctor , à quo nostram hanc de temporibus Herodii in-  
quisitionem sine præjudiciis expenderit .

§. 2. In antecellum tenendum Herodem illum , en-  
jus diebus nativitas Christi à duobus Euangelistis alli-  
gatur , eundem ipsum esse , quem *Josephus Anti-  
quitatem* vocat , *Antipatri* , Idumæorum principis , filium  
atque sub *Antonio & Augusto* ad regiam inter. *Iudæos*

dignit  
inter  
hunc  
Herod  
to Ga  
modo  
in ej  
HPΩΔ  
cum  
rex d  
rosolu  
liunt  
theau  
2 : 1  
cecu  
Judæ  
neus  
non  
lius  
filius  
caru  
Cuju  
fieri  
evid  
sit.

§  
mus  
plic  
à Se  
occu  
firm  
à Se  
Jua

dignitatem elevatum fuisse affirmat. Nullus equidem inter Iudeos Antonii & Augusti temporibus præter hunc regio imperavit titulo. Fit quidem etiam alterius *Herodis* *Luc.* 3: 1. mentio, qui ex parentis testamento Galilæam tenuit atque Peræam; verum is tantummodo *Tetracha* audit, cum apud *Lucam*, tum etiam in ejus numero sub *Cajo* vulgato, in quo legitur ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. Ille igitur *Herodes* est, quem cum natale Christi tempus componitur, qui *Iudeorum rex* dictus toti genti, ac præfertim Iudeæ atque Hierosolymitanis præfuit, qui que mortuus *Archelaum* filium habuit in Iudeæ imperii successorem, ut *Matthæus* notat *Matth.* 2: 22. De quo etiam *Lucas Luc.* 2: 1. asserit, quod sub diebus regni ejus *Augustus* cœcumenicam suam descriptionem exegerit. Rex proin *Iudeorum Herodes*, qui *Augusto* fuit contemporaneus, *Archelai* & *Herodis Tetrarch.e* pater, atque non longè post Christi natalem fuit mortuus, nullus aliis est, quam *antipatri*, *Iudeorum* antehac *Præfecti* filius, cuius vitam & gesta multis prosecutus est *Judai-carum rerum Historio-graphus* diligentissimus *Josephus*. Cujus *Herodis* etiam in *historiâ Romana* mentionem fieri, sequentia docebunt. Hæc res itaque tantæ est evidenter, ut jure, *postulati* loco, à nobis assumi posset.

*S. 3.* Ut proin hujus regis tempora perspecta habeamus, incipiamus ab epochâ regni *Herodis*, quam duplicum invenias apud *Josephum*: quarum una est regni à Senatu Romani huic concessi; altera vero regni armis occupati & *Antigoni* regis à Parthis creati nece confirmati. Prior regni Herodiani epocha, quæ regni est à Senatu Romano donati, à *Josepho* describitur *Ant. Jud. libr. 14: 26.* qui studia Antonii & Cæsaris ad e-

ius evictionem exponens dicit. Συναγαγόντες τέ τὴν βαλὸν Μεσσαλᾶς καὶ μετ' ἀυτὸν Ᾱτρατίνος, παρασημανοὶ τοὺς Ηρωδῖν, τὰς τε τὰ πατρὸς ἀυτὸς ἐνεργειας δικήσου, καὶ ἦν ἀυτος πρὸς Ρώμαιος εἶχεν ἔνοιαιν ὑπεμιμησκον. Κατηγοροῦντες ἄμφα καὶ πολέμων ἀποφύγοντες Ᾱντιγονον· οὐκ ἐξ ὅν τὸ πρώτον προσέπεισεν ἀυτοὶ μονον, ἀλλ' ὅτι καὶ παρθων τὴν ἀχὴν λάζοι, Ρώμαιος ὑπερίδων. Τὴς δε ἀλῆς επὶ τούτοις παρεξυμένης, παρελθὼν Ᾱντιγονος ἐδίδασκεν ἀυτοὺς, ὃς καὶ πρὸς τὸν κατὰ Παρθων πόλεμον. Ηρωδην βασιλεὺν συμφερεῖ καὶ δέξαν τέτο πάτη Ψυφίζονται· καὶ τέτο μέγιστον ἦν τῇ Ᾱντιγον περὶ τὸν Ηρωδην σπύδης, ὅτι . . . ἀυτῷ τῷ βασιλεῖαν ἦν ἐλπίσοντι περιποίησατο.

*Quando Senatum convocaverant Messala & deinde Atratinus, Herodem productum commendarunt tam patris quam ipsius beneficia & studium erga Romanos commemorantes. Simulque accusantes, & hostem declarantes Antigonum, non solum ob vetera quae commiserat crimina, verum etiam, quod Romanis contemptis a Parthis accepisset imperium. Quibus rebus cum Senatus esset offensus, tum Antoninus eum edocuit, ut etiam ad Parthicum bellum plurimum conduceret regnare Herodem. Idque mox omnium suffragis approbatum est: atque hoc sumum fuit Antonii erga Herodem studium, quod illi id hancquinquam speranti regnum adeptus fuerit. Videas proin Herodi regiam collatam fuisse autoritatem, quando de bello Parthico deliberaret Senatus. Hactenus Herodes Galilæ tantummodo Tetrarcha fuerat, ast Parthis sub ductu Pacori Asiam invadentibus, atque Antigonum, Aristobuli filium in regnum Hierosolymitanum introducecentibus, fugere coactus, Romamque petens, ibi Antonium invenit, nuper ex Oriente urbem ingressum, cuius patrocinio regnum Antigoni ex Senatus decreto recepit, quod ut occuparet Antigono*

gono ac simul *Parthis* erat opponendus. Verum, ut accuratius hujus creationis tempus teneamus, audiamus porro, quæ, post pauca interposita, apponit Josephus. Λυθείσης δέ τῆς βαλῆς, μέσον ἔχοντες Ἡρώδην Αντώνιος καὶ Καίσαρ εἴησαν, προσαγόνται ἄμα ταῖς ἀλλαῖς ἀρχαῖς τῶν ὑπάτων, θύσοντες τε καὶ τὰ δόγματα καταθητόμενοι εἰς τὸ καπετελίουν ἐίσια δέ τὴν πρωτηνήμεραν Ἡρώδην τῇ βασιλείᾳ Αντώνιος καὶ ὁ μὲν ὅπις την βασικείαν παραλαμβάνει, τυχών ἀντῆς ἐπὶ τῆς ρ' καὶ π' καὶ δ' ὀλυμπιάδος, ὑπατεύοντος Γαλ. Δομετίου Καλβίνο το δευτέρον, καὶ Γαλ. Α' τοις Πιστίνος. Ceterum dimisso senatu Antonius & Cæsar medium habentes HERODEM exiverunt, consilibus ceterisque Magistratibus eos delucentibus: atque adscenderunt Capitolium sacra ibi facturi, & Senatus consulta deposituri. Novusque rex primo regni sui die convivio exceptus est ab Antonio: atque hoc pacto regium adeptus est fastigium CLXXXIV Olympiade. Cajo Domitio Calvino II. & Cajo Asinio Pollione cons. Horum autem consulatus cum in fastis Romanorum inventiatur anno U. c. 714 alligatus (qui æræ Julianæ erat sextus, Periodi autem Jul. 4674) sequitur primam regni Herodis epocham quoque cum hoc eodem anno esse componendam.

§. 4. Hanc temporis annotationem identidem confirmat historia Romana: Dion libr. 48 Herodem anno U. C. 714 regem fuisse declaratum testatur, quo secundum Romanorum fastos consulares, C. Domitius Calvinus secundum, & C. Asinus Pollio Consules erant. Facile autem annus iste stabilitur sive Antonii, sive Pacori, Syriam Judæamque invadentis, sive etiam Ventidiu Pacorum expugnantis rationem habeamus. 1. Antonium quod attinet; nemo rerum Romanarum peritus nescit cum anno Juliano tertio v cal.

## 72 DE ANNO, MENSE, ET DIE

Decembris cum Lepido & Cæsare triunviratum dislocasse in quinquennium, atque divisione imperii facta, Orientis quas regeret provincias accepisse: anno sequenti (qui æra Jul. iv) cum Cælare *Cassum* *Brutum* delevisse: atque non nisi quinto Juliano Asiam transmississe: quam ingressus statim magnas ubi- bus pecunias extorsit, *Cleopatram* Ægypti reginam in Ciliciam ad se vocavit atque recepit, hinc Paknyrenos offendit, atque ita *Labieno* & *Parthis* ansam dedit *Syriam* ante ejusdem anni exitum ingrediendi. Hybernis constitutis in Ægyptum abiit, ubi *Cleopatrae* amore implicatus brumam transegit. Jam S. n. s. venit æra Julianæ annus, quo primo vere Tyrum re- versus, omnem regionem vicinam vidit à Parthis occupatam: interim & *Fulvia* uxoris cum *Ottaviano* subnatae lites, atque ad ejus aures delatae, incauti furentur, cur Romanam festinare decerneret: antequam Ira- liam ingreditur *Fulviam* uxorem Sicyone mortuum intellexit; inde *Cæsari* *Ottaviano* jam appulsus sororem ejus *Ottaviam* uxorem ducendo se conciliavit; conciliati Triumviri Romanam ingrediuntur, atque Senatu cō- cito bellum Parthicum decernunt, quod gerendum *Antonio* committitur. Notandum porro *Antonius*, ut demandatam provinciam promptius curaret, ante hyemem cum nova uxore *Athenas* abiisse, atque Iru- man transegisse, quā præterlapsa rursus Asiam in- gressus est. Annus itaque, quo Romæ ab Herode inventus est *Antonius*, aut suo patrocino Herodem se- natui commendavit nullus alias est, quam U. C. 71+ æra Jul. vi (Periodi Jul. 4674.) qui inter utramque intercipitur hyemem: quā primum *Alexandria* cum *Cleopatrâ*, postmodum *Athenis* cum *Ottavia* hyemauit: quo etiam C. Domitio *Calvmo* II. & C. *Arno* *Pollo-*

*Pollione* coss. lœsam ab uxore Fulviâ cum Cæsare amicitiam restituit. Nullo eq̄im alio anno *Herodes* à Parthis expulsus, & Romam ad Antonium confugiens, senatui, tanquam ad bellum Parthicum utilis, commendari potuit.

2. Quod si *Pacori* expeditionem & fata expendamus, docebit nos eadem historia Romana eundem annū æræ Jul. quinto Syriam ingressum, septimo vero ejusdem æræ à *Ventidio* viētum & occisum fuisse. Eodem die, quo Parthi antehac *Craßion* interemerant: quod mense Junio factum monet *Ovidius Fastorum* libr. vi. *Sos. phi* narratio ut credamus postulat, *Pacorum* post turbas circa pentecosten motas ab *Antigono* in Iudæam vocatum, ut litis esset arbiter: neque Iudæam reliquit *Herodes*, antequam *Pacori* erga fratrem Phasaëcum obsevasset perfidiam, cuius fato monitus clanculum in Idumæam concessit, domesticos Massadæ castello munitissimo inclusit, atque Arabiā exclusus *Alexandriam*, & indē porro Romam properavit. Proin *Herodis* fuga in annum æræ Iul. vi post pentecosten incidit: non ante, quia Parthi ante hyberna ab Antonio constituta (ipso in Alexandriam trajiciente) nondum eosque in Syriam penetraverant. Nec etiam anno sequenti; quia sub finem anni sexti *Ventidius* cœsis ad Taurum montem *Labueno*, atque ad montem Amanum *Pharnapate*, Ciliciam & Syria maximam partem Romanis recuperaverat, cuius rei fama ad Antonium adhuc Athenis hybernantem delata immensum ipsi creavit gaudium. Unde solidè colligimus *Pacorum* jam ante septimum æræ Julianæ annum Iudæa exclusum tantà post pentecosten authoritate Hierosolymis uti non potuisse. Adde quod mense Iunio anni vii *Pacorus* devictus in prælio occubuerit. Sextus proin æræ Julianæ fuit annus,

quo Pacorus Antigono regnum inter Iudeos tradidit, atque Herodes vix ejus manus elapsus Romam concessit.

3. *Ventidii tempora* hoc ipsum, quod demonstrandum suscepimus, etiam confirmant: quippe qui, cum Saxa Syriae praefectus à Parthis occisus esset, anno ætate Iuliane sexto ab Antonio in Syriam missus, anno sequenti ab eodem Antonio solutæ Samosata obsidione ad triumphum Romam remisitus fuit, postquam triplici pœnali victor, quo primum *Labienum*, secundo *Pharnacum*, & tertio *Pacorum* (profligatis eorum exercitiis) sustulerat, Parthosque retrocedere coegerat. Hunc triumphum Romæ egisse ex fastis triumphalibus apud Gruterum in inscriptionibus pag. 297 legere est: ubi *Ventidius Procorus* dicitur hoc anno v *Kal. Decembris* ex *Tauro monte & Parthis* triumphasse. Constat autem Herodem, regem Iudeorum creatum, ab Antonio illico in regnum missum, Ventidio fuisse commendatum, ut illi auxilium mitteret; eumque ante ejusdem Antonii in Syriam adventum bello adversus Antigonem aliquo usque promoto, & amplius promovendo, iam tum occupatum fuisse (quippe qui Antonio, Samosatam obsidenti, rebus suis aliquamdiu omissis, cum perditum equitumque copiis auxiliaticibus subvenit) res ipsa testatur. Oportet igitur, ut hæc anno Herodis secundo, Iuliano septimo convenienter, atque ipse anno anteriori rex à Senatu creatus fuerit.

§. 5. Verum notatur etiam apud Iosephum altera regni Herodis epocha, quæ annos ejusdem ab occupata regni Iudaici Metropoli & obtruncato Antigono numerare jubet; quæque triennium à priori differt. Quamquam Herodes regiam ex Senatus-consulto adeptus potestatem, ad regnum occupandum festinato itinere Palesti-

læstinam fuerat ingressus, non tamen illico regno potiri ei concessum fuit, *Antigonon* se ei opponente, Romanisque auxiliis haud candidè cum ipso agentibus. Hinc differre civitatis sanctæ oppugnationem usque ad tertium regni sui annum coactus, devictis jam Parthis, adjunctoque ei *Sofio*, cum Romanorum copiis, rem urgere incepit, Hierosolymas expugnavit, atque *Antigonon* captum & vinculum *Sofius* misit ad *Antonium*, cum mortis supplicio plectentem. Quod factum anno Iul. nono (*per Iul. 4077*) U. c. 717. ubi altera figuratur regni Herodian epocha. Hanc epocham ex variis, apud Iosephum notatis, characteribus ita demonstrare suscipimus.

1. Consulum nomina annum urbis conditæ indicant, quæ *Aut. Jud. libr. 14: 28.* consignantur; dicit enim Josephus hanc Hierosolymarum cladem incidisse in consulatum *M. Agrippæ & Canidi Galli*: jam inspice fastos consulares, atque videbis horum consulatum componi cum anno urbis conditæ 717: qui proinde regni Herodis ab occupatâ regni Metropoli fuit primus.

2. Addit & alium characterem *Josephus*, dunt loco citato monet eam oppugnationem civitatis sanctæ incidisse in annum *Sabbaticum*. Horum vero annorum, à mense Judaico Tisri incipientium, ratio postulat, ut credamus anni Iul. noni primam partem, à calendis Ianuariis ad mensem Tisri usque procurrentem, cum anni Sabbathici parte ultimâ fuisse compositam, ut hostiles Herodis in urbem impetus eam percosserint anno Sabbathico nondum finito. Sanè durante *Sofii* proconsulatu, qui anno U. c. 719 Romæ triumphum egit, nullus alias annus Iudeis fuit Sabbathicus; præter hunc unum, qui à mense Tisri in anno U. c. 716. usque ad mensem Tisri anni ejusdem æræ 717. fluebat. Unde

iterum evidens est , annos regni Herodis , ab occupati civitate sanctâ numerandos , epocham suam invenire in anno U. c. 717.

3. Insignem quoque characterem epochæ isti secundæ præbet annotatio temporis , quo percussus est *Antigonus* , quo usque *Herodes* à rerum positione fuit impeditus . Utrumque invenias apud *Iosephum*. Ille *Ant. Iud. libr. 15: 1.* scribit *Antigonum* , postquam à Parthorum creatione tres annos & tres menses regnasset , Antonii jus su obtruncatum fuisse . Et de bello *Iud. libr. 1: 13.* ait Herodem tertio postquam Romæ Rex declaratus fuerat anno , cessante hyemis rigore , castra civitati sanctæ admovisse , quo cam occuparet . Qui anno vi Juliano decurrente fuit rex creatus , ille immediate post hysmem nullum annum tertium poterat numerare , præter nonum Julianum , quo Hierosolymas oppugnavit , & post quinque mensium obsidionem in potestatem suam redegit . *Antigoni* initium quoque ad annum Julianum sextum , non diu post pentecosten , quo Parthi Iudeam ingrediebantur , referendum esse §. 4: 2. vidimus : unde si numeres annos completos tres cum tribus mensibus , incides in annum Iul. ix circa autumni initia : ubi proin epocha regni Herodis secunda recte à Iosepho posita est .

4. Adjiciamus hisce quartum characterem , ex quo secunda regni Herodis epocha etiam invictè adstruitur , quem videoas in collatione occupationis Hierosolymarum à Sofio factâ cum duabus aliis ; quarum prior Pompejo , posterior Tito Vespasiano attribuitur . *Ant. Iud. libr. 14: 28.* dicit *Josephus* occupationem hanc civitatis sanctæ Sosianæ factam post annos 27 , à quo Pompejus eam subgegerat . *Ant. Iud. libr. 20: 6.* verò inter Sofii & Tui debellationes numerat annos 107 .

In

In quibus locis utrobique notandum, *Josephum* pro more suo annos extremos connumerare, ut illinc vi deas annorum completorum 26, hinc 106 interstitium. Extra controversiam autem est *Pompejum Hierosolymas superasle C. Antono & M. Fullio Cicerone* *coss.* Anno U. c. 691. *Titum* verò anno U. c. 823. ut ibi sit differentia annorum 132. Unde sequitur annum regni Herodis ab occupata Iudæorum metropoli primum, incidentem in annum à *Pompeji* victoriâ xxvii, numerandum esse ab anno U. c. 717: quoniam annus U. c. 691 auctus annis solidis 26 nos dicit ad annum U. c. 717. quod erat demonstrandum. Porro, si annus occupationis *Sofiane* tempus excidii Hierosolymitani, à *Tito* peracti, antevertat annos 106 completos, sequitur iterum annum U. c. 717 esse eum, quem indagamus; quia annus 823 (deemptis annis 106) nos retrotrahit ad annum U. c. 717. quo occupatis Hierosolymis rerum potitus est *Herodes*.

5. Neque nihil est, quod *Josephus*, in historiâ *Herodis* pergens, annos regni *Herodis* perpetuo à secundâ epochâ numerando, ita cum aliis componat, ut exinde principium regni ab occupatâ urbe haec tenus assignatum, etiam solidè confirmetur. (a) Ita annus *Herodis Septimus* cum eo anno componitur, quo ad Aëtium pugnarum est, ut videre licet, *Antiq. Iud.* libr. 15: 7. Juxta *Dion* libr. 51 illam victoriam reportavit *Cæsar* sè 111 & *valerius Messalà* *coss.* die 2 Septembris. Fasti consulares autem horum consulatum connectunt eum anno U. c. 723. *Iul.* 15. per. *Jul.* 4683. Hinc sequitur, si *Herodis* vii est ær. *Iul.* xv & ær. *Aet.* i. Quod *Herodis* i sit ær. *Iul.* ix: & sexennium anticipet aeram Aëtiacam: adeo ut si *Æ. Aëtiæ* addas annos sex completos habeas annos regni *Herodis*

rodis à nece Antigoni ; sin contra ab annis Herodis ex secundâ epochâ numeratis auferas sex annos completos, habebis annos æræ Aetiacæ. (b) Meminit porro *Iosephus Ant.* *Iud. libr. 15:12.* anni regni Herodis **XIIII.** quo fames invalit *Iudeam*, & ut Herodes anno sequenti (**XIV** regni sui) *Aelio Largo*, expeditiō nem in mare rubrum facienti, copias adstituerit auxiliares ; quod anno *Iul. XXII* factum : ergo differentia octennii est inter *Æram Julianam*, & regni Herodis : ut Herodis primus sit *ær. Jul. nonus*. (c) Videas etiam *Iosephum Ant.* *Iud. libr. 15:14.* annum regni Herodis **XVIII.** exhibere ut præteritum, quando *Cæsar venit in Syriam*. Dicit vero *Dio libr. 54.* quando Augustus erat in *Syriâ*, eundem terram omnem inter Trachonem & Galileam dedisse Herodi *Apulejo & Silio coss. anno U. c. 734.* qui est *ær. Iul. XXVI* : quod si annus **XXVI** Julianæ est *Herodis XVIII.*, sequitur nonum Julianum fuisse Herodis primum. Ex quibus, nisi fallor, solidè liquet, constantem esse *Iosephum* in calculo suo figendo, neque locum esse suspicioni, ac si alicubi errorem commiserint amanuenses.

§. 6. *Josephi* historiam confirmat quoque Romanæ historiæ princeps *Cornelius Tacitus*, qui libro historiarum quinto res Iudaicas describens, seriem rerum gestarum in hunc modum exponit. *Romanorum primus GN. Pompejus* (potentiam *Iudeorum*) domuit, templumque jure vicioria ingressus est . . . *Mura Hierosolymorum diruti*, *delubrum manxit*. *Mox bello civili interno*, postquam in ditionem *M. Antonii* pr. vincie casserant, rex *Parthorum Pacorus* *Judeam* potitus, interfactusque a *P. Ventidio*, & Parthi trans *Euphratem* redacti. *Judeus C. Sosius* subegit. *Regnum a Antonio Herodi datum*, *victor Augustus sancit*. *in auxil?*

auxit? ut alii legunt. Ex his colligere est, Herodi regnum datum traditumque fuisse, à quo *Sosius* *Judeos* subegerat. Nemo dubitat *Sosium* Syriæ egistè Proconsulem, postquam *Ventidius* Syriam ad triumphum de Parthis habendum egressus fuerat. Hoc enim facile ex collatione annotationum, in fastis triumphalibus triumphi utriusque tempus adscribentium, conficitur. De triumpho enim *Ventidii* istis in falsis sic legitur. P. VENTIDIUS P. F. PRO COS IX TAURQ MONTE ET PARTHIS V. KAL. DECEMBRI AN. DCCXV. De triumpho *Sosii* sequens legitur inscriptio. C. SOSIUS C. F. T. N. PRO COSS. EX JUDÆA AN. DCCXIX. III NONAS SEPTEMBRI. Ab anni 715 fine aut principio 716 igitur *Sosius*, *Ventidii* successor, Syriæ præfuit ad usque annum 719. cuius 111 Non. Septembri cum triumpho urbem ingressus est. Extat quoque nummus *Antoni*, cuius ab una parte caput Antonii triumviri refertur: ab alterâ vero trophæum exhibit, infra quod duos videoas manibus polt terga revinctis captivos, unâ cum inscr. *Sosius* Imp. qui nummus cum fastis collatus memoriam victoriæ *Sosii* à Judæis reportatæ, & quidem sub Antonii triumviratu, dum ille Asiaticas tenebat provincias, conservat. Ex hisce inter se collatis nemo est, qui non sponte colligat, sub *Antonii* in oriente imperantis gubernatione, post *Ventidii* reportatas à Parthis victorias *Sosium* proconsulem superasse Judeos ante annum U. c. 719. atque regnum illud devictum Herodi fuisse ab *Antonio* datum, ut inter Judeos regnaret: ita enim sonant verba *Taciti*. *Judeos* C. *Sosius* subegit: regnum ab *Antonio* *Herodi* datum.

§. 7. Ab hoc nostro calculo recedit *Eusebius* in Chronico, ubi mortem *Antigoni*, ultimi ex stirpe Af-

famo-

samonæorum regis, in eum conjicit annum, quo L. Censorinus, & C. Calvisius *coss.* fuerunt; qui æræ fuit Julianæ *septimus*, U. c. *DCCXV*. quod sane cum facie temporis haud convenit: nam hoc anno non *Sosius*, sed *Ventidius* Syriam rexit, saltem usque ad autumnum: ast *Sosius* demum sub anni finem aut proximi initium Ventidio successit: nec *Antigoni* mors, nisi ex superata Judææ Metropoli ponenda est, verum ex ludæ *Sosius* triumphum egit: ut manifestum committat *Eusebius* errorem, verum tempus anticipando biennium. Ast notandum aliter legi in editione Pontaci, ubi necem *Antigoni* accidisse ait anno Augusti decimo, qui juxta ejus calculum est Iul. *xii*. videturque æram *37* annorum Herodis demum putare ab anno Iul. *xiiii*. *Cæsare Octaviano* *2.* & *L. Volcatio coss.* ut obtineat Herodem anno Iul. *XLIX*, æræ vul. *IV* mortuum.

*Dion. Cassius* libr. *49.* mortem *Antigoni* ad annum consulatus *Clavigii* & *Norbani* referre videtur, qui fuit æræ Julianæ *octavus*, U. c. *DCCXVI*. quod quidam etiam exinde adstruere conantur, quoniam *Dio* anno sequenti nihil in Syriâ gestum affirmat. Verum hujus viri ignorantia veritati nihil prejudicare potest, cum *Josephus Antigonum* tres annos atque totidem menses regnum tenuisse, atque abhinc securi percussum fuisse Antonii iussu satis clarè innuat: neque ante annum *v. c. DCCXIV* regnum accipere à Parthis potuit, qui tunc demum Syriam invadentes Iudæam submittere suæ authoritati poterunt; qui character vel solus ad eam sententiam plane rejiciendam sufficit.

Nuper *Harduanus*, vir rei numismatiæ peritissimus, ut traditionem ecclesiæ Romanæ in caussâ nati Christi tueretur, *Josephi* autoritatem convellere, atque totum hoc opus ut tertio seculo effictum explodere ausus est:

est : qui proin experiri voluit , an non ex antiquissimis numismatibus eum errorum convincere , & nonnulla in hoc opere castigare posset . Historiam Herodis & *Herodiadum* itaque cum nummis & inscriptionibus conservens credi vult , *Sosii* victoriam , civitatis sanctæ occupatione adeptam , male à *Josepho ad Agrrippa & Caenidii Galli consulatum* , seu annum v. c. 717 restringi ; cum fasti triumphales ( ut ipse censet ) nos jubeant tandem cum anno sequenti componere : triumphum enim eum ex *Judeā* egisse 111 notas Septembribus anni ab v. c. 719. ibi annotatum invenias : negatque vir doctus triumphi rationem pati , ut victoria plus in anterius promoveri possit , quam ad annum præcedentein : ut haud moris fuisse existimet , triumphi solennia integrum à partâ victoriâ biennium differre , atque in tantum post prima gaudia protrahere . Verum leuius est istud principium , quam ut ex eo opus illud historicum hic erroris convinci possit : triumphus enim *Sosii* usque ad elapsum ejus proconsulatum in *Syriā* differendus erat , à quo ei ingressus in urbem demum patebat : secundo igitur proconsulatus anno victoriam adeptus , quarto finiente , aut finito , triumphum egit , quia tunc demum *Syriacæ* administrationis tempus elapsum fuit : quā in re nihil à ratione , aut à moribus antiquis alienum observo .

§. 8. Ut autem nostra indagatio felicius succedat , utile erit etiam anni tempestatem eruere , in quam pri mordia regni Herodiani inciderint : neque difficile erit demonstrare utramque epocham initium suum capere ab autumno anni ; quā tempestate annum regni sui primum auspicatus est Herodes . Saltem hoc circa primam epocham verum esse ex circumstantiis aliquibus colligunt yiri docti . 1. Primo examinemus romanam

## 82 DE ANNO, MENSE, ET DIE

historiam , & itinera , atque migrationes *Antonii*. Tempus creationis , quo ex Sénatus consulto *Herodes Rex* appellatus est , coincidit cum eo tempore , quo initâ cum Cæsare conciliacione *Antonius* Romæ com morabatur , propediem *Athenas* migratus , ubi cum Octaviâ , novâ conjugे , hyemavit. Ille Synchronismus vel indè patet , quod *Antonius* Herodem in Senatu patribus conscriptis commendasse dicitur , tan quam ad bellum Parthicum ( modo regnaret ) utilem : nec non eundem jam regem creatum unâ cum Cæsare medium deduxisse in Capitolium , atque exinde convivio excepisse. Hinc evidens est , auspiciū regiæ istius authoritatis in Herodem collatae , ponendum esse pau lo post illos dies , quibus *Antonius* cum Cæsare redit in gratiam. Verum illa conciliatio facta fuit L. Cocceji intercessione , quando *Antonius* Brundusium ob fidione inclusérat , dum *Agrippa* circa ludos Apollinares esset occupatus , qui mense Iulio celebrabantur. *Herodes* itaque *Brundusium* appulsus , non ibi , sed Romæ invenit *Antonium* , bello civili fædere extinto. Proin circa æstatis finem , seu autumni principium *Herodis* facta fuit in eam dignitatem exaltatio. 2. Quod si addamus Iudaicam historiam , idem facile eruitur. Mense *Sivan* post pentecostis solennia *Parthorum* auxiliis regnum adipiscitur *Antigonus* , atque periculum fugâ evasit *Herodes* , domesticos *Massadæ* inclusit , Arabiam ut ibi lateat frustra petuit ; undè festinavit *Alexandriam* : verum cum Romanam pergens naufragium pateretur , haud prospero usus est itinere : unde facile constat eum Italiam non fuisse appulsum , quin duos tresve in itinere hoc maritimo menses transgerit , atque etiam sic ducimur ad finem æstatis , aut principia autumni.

§. 9. Secundæ epochæ initium etiam circa autumnum anni æræ Iulianæ non ponendum esse , facile evincitur ex tempore occupatæ civitatis sanctæ , quo cum possessionis regni initium componitur . Notat autem *Josephus* defervente brumâ Herodem demum castra Hierosolymis admovisse , atque cives obsidionem per quinque menses integros tolerasse , antequam debellantibus cedere coacti fuerint . *Josephus de bello Jud.* libr. 1: 13. scribit πέντε μηνὶ διηγευμα τὸν πολιορκίαν : per quinque menses obsidium tolerarunt , &c in anterioribus dixerat . Λωφίσαντος δὲ τῷ χειμῶνις , ἡλικινεύ ἐπὶ iεροτολύμων , καὶ μέχρι τῆς τείχης ἀγαγών τὸν δύναμιν ... πρὸ τῆς iερᾶς σρατοπεδεύεται . Cessante verò hyemis rigore Hierosolymos repetit , muriisque adnoto exercitu ... pro templo castra posuit . Incepit itaque civitatis sanctæ impugnatio circa initia veris , atque quinque mensibus elapsis , circa finem aestatis , aut principium autumni urbs Herodi cessit . Cum hisce confrantur , quæ idem auctor dicit *Antiq. libr.* 14: 28. Τοῦτο τὸ πάθος συνέβη τῷ iεροτολυμῖτῶν πόλει , ὑπατεύοντος ἐν Ρώμῃ Μάρκῳ Αγρίππᾳ καὶ Κανίδᾳ Γαλλᾳ , ἐπὶ τῆς ρπὲ ὀλυμπιάδος , τῷ γ' μηνὶ , τῇ ἑορτῇ τῆς νησείας , ὥσπερ ἐκ περιτροπῆς τῆς γενομένης ἀπὸ Πομπείων τοῖς Ιαδαιοῖς συμφορᾶς , καὶ γὰρ ὑπ' ἐκείνης τῇ ἀυτῇ ἐπιλωσαν ἡμέρᾳ , μετὰ ἑτα πλ. Ea clades Hierosolymorum civitati evenit , sub consulatu Marci Agrippæ & Canidi Galli , Olympiade CLXXXV , mense tertio , Feslo jejunii , tanquam recurrente in idem temporis momentum illata Tiedae à Pompejo calamitate , nam & ab illo eadem die urbs capta fuerat ante annos viginti septem . Hic ἑορτὴ τῆς νησείας non putamus de simplici jejunio sed de magno die expiationis accipi debere , quoniam vox ἑορτὴ solennitatem includit : hic verò dies in x Tifri incidit : undē retro numerando ur-

bis oppugnatio, quam quinque menses toleraverant, cum mensis ijar initii incepit: licet enim *Herodes* post primam brumæ remissionem castra sua è regione templi posuerit; non tamen oppugnationem fencierunt, antequam *Sofius* suis cum legionibus accesserat, intra quos terminos quoque *Herodes* interstitium aliquod temporis consummando conjugio impedit. Dubium movetur circa tertium illum mensem. Verum error est in codice, sive legendum sit tertio anno, sive error sit in numero: ut legere oporteat mense *septimo*, qui est mensis *Tisri*. Caussam absolvit, quod *Josephus* dixerit *Antigonum* regnasse tres annos & tres menses, qui deinceps à Parthis Rex creatus fuit post solennia Pentecostes anni Jul. vi. mense *Sivan* decurrente (qui tertius mensis vernalis) adeo ut mense *Sivan* anni Jul. noni triennium impleverit; & mense *Eylul* tres menses, quarto currente cum principio mensis *Tisri*. Quibus positis anni *Herodis* incipiunt cum mense *Judaico Tisri*, qui anni *Judaici* sacri septimus, verum civilis primus mensis est: ut anni regni *Herodis* satis exacte cum annis *Judaicis* civilibus concurrant.

## CAPUT II.

De anno Herodis ultimo, seu emortuali.

*S. I.* **D**emonstratā dupli regni Herodis epochā, deliberandum nunc porrō est de anno, quo vitæ simul ac imperio finem imposuit, ut cum inveniamus terminum, quem in assignando nativitatis Christi tempore transilire haud licet. Hic rursus ad *Josephum* provocamus, qui *Ant. libr. 17: 10.* mortem Herodis describens rationes temporis in hunc morem definit. Ταῦτα πρᾶξας, inquit, ὑμέρᾳ πέμπτῃ μεθ' ὁ Αὐτίπατρον κτένει τοῦ ὄντος, τελευτὴ βασιλεύσας, μεθ' ὁ μὲν ἀνειλεῖ Αὐτίγονον, ἐπη τέσσαρα καὶ τριάκοντα; μεθ' ὁ ὑπὸ Ρώμαιων ἀπεδειχτό, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. His aëlis, quinto die postquam *Antipatrum* filium occiderat moritur; cum regnasset, postquam *Antigonum* sustilit, annos triginta quatuor; postquam verò à *Romanis* regnum obtinuit, septem & triginta. Hi anni, si ad utramque epocham adjiciantur, nos ducunt ad ærē Julianæ annum quadragesimum secundum aut tertium. Si enim annis 37 adjicias annos Julianos quinque ante creationem senatus clapsos, invenies annos 42. aut si annis 34 addas annos octo, efficien identidem annos 42. Ne quis verò putet hic mendum latitare in numeris, sciendum, eadem scribere *Josephum de bello Iudaico* libr. 1: 21. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάρεσιν τῆς πάτιδος, ὑπερβίως πέντε ὑμέρας, τελευτὴ, βασιλεύσας ἀφ' ὃν μὲν ἀποτείνας ἀντίγονον ἐκράτυτε τῶν πραγμάτων ἐπη τέσσαρα καὶ τριάκοντα, ἀφ' ἣν δὲ ὑπὸ βαρύσιων ἀπεδειχθῇ βασιλεὺς, ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. Post interitum

autem filii quinque diebus exactis moritur; ex quo interfecit Autigonom regno potitus annos triginta quatuor; postquam vero Rex à Romanis declaratus est annos triginta septem. Hec autem locorum collatio efficit, ut haudquaque dubitare liceat de mente Iosephi. Notandum interim pro historiographi more hęc intelligenda esse, ut cum annorum extermorum connumeratione dicta: adeo ut anni completi, qui inter terminos istos effluxerant, censendi sint fuisse hinc triginta tres, quarto currente, illinc triginta sex currente septimo. Proin annus Herodis emortualis est annus *aera Jul 42* (*Period. Jul. 4710*) v. c. 749 a 750 prout variant Palilia. Cycloθ 6. Lit. dom G. Lun. 17. Quo anno mensis *Tifri* incepit 21. Septembribus: à quo mense annus Herodis *xxxiv.* & juxta aliam epocham *xxxvii* currere incepit.

His addere licet, quod *Iosephus* dicat cum *Septuagenarium* decelessisse, id est, cum annos 69 complevisset, atque septuagesimum ageret, jam vero 25 annos impleverat cum *Procurator Galileæ* (biennium ante æram Julianam) crearetur; sic enim legendum esse locum *Iosephi A. I. l. 14. 17.* prudentiores animadverunt. Natus proin fuit annos 27 ante æram Julianam, quibus si addas annos 42. incides in annum, quo *Lxxix* implevit, ut abhinc *Lxx* ageret.

§. 2. Verum, ut calculus accuratius ineat, norante oportet utramque regni Herodiani epocham circa initium autumni in anno sexto & nono Juliano figendam esse; undè forte felicius annos regni Herodis compонere liceat cum aliis formae annis, qui ab autunni principio præter propter menses suos numerare incipiunt; quales sunt anni Judaici à mense *Tifri* initium sumentes, aut Olympiadum, vel æræ Nabonassaris. *Anno Juliano*

liano sexto annus Nab. 709 incepit 2 Sept. qui fuit primus regni Herodis, à creatione senatus numerandus: adeo ut post annum 708 Nab. completum, numerando annos 37, justus calculus nobis exhibeat annum Nabonassaris 745 (quoniam 708 + 37 = 745.) quem annum ab autumno anni Juliani 42 currere ad usque autumnum anni Jul. 43 palam est. Sin verò secundam epocham accipiamus, que in anno Jul. nono invenitur, tendendum hoc anno circa 1 Septembbris incepisse annum Nabonassaris 712, qui primus fuit epochæ secundæ, ab occupatâ civitate sanctâ, & excidio Antigoni numerantis, à quo Herodi anni tribuuntur 34. qui additi annis 711, ante elapsis, annos faciunt 745. ut supra.

Si quis verò malit annos Herodis componere cum annis Judaicis à mense Tisri incipientibus, is teneat annum Nabonassaris 709 esse æræ Judaicæ 3722. & annum Nabonassaris 712, esse æræ Judaicæ 3725, qui primus est Herodis à nece Antigoni, unde anni triginta quatuor numerandi sunt pro Herodis imperio, ut prodeat annus 3158 æræ Jud. Quibus ita positis, coligo annum Herodis emortualem non fuisse annum Nab. 744. æræ Jud. 3757. quod vult Kepplerus, verum deum sequentem, quia annus ille concurrebat tantum cum anno 36 currente à creatione Senatus, aut 33 currente à nece Antigoni; quos oportet ut ad minimum adimpleverit, antequam decepsit. Nec valet exceptio Keppleri, urgentis Josephum annos incompletos pro completis numerare: quod lubens agnosco: nec tamen inde sequitur, quod vir Doctus censet; qui perpendere debebat, Josephum antiquitatum suarum libros in Judæorum usum conscripsisse; qui annos sacros à mense Nisan, & civiles à mense Tisri auspicantur: quamcunque anni formam eligas, sponte elucet, Herodem,

ut

ut Kepplerio placet, ante Nisan anni 42 morientem, nullo iure dici posse, quod annum epochæ primæ 37. aut secundæ 34 attigerit. Res evidens est, si annos Judaicōs vulgares sumas; moriens enim ante Nisan anni 42 integrum sesquennium, imd forte octo menses derant ad complementum annorum 36 & 33. Vel si annos sacros respexisse Josephum velis, ut fragmentum illud anni epocharū à Nisan & Tisri adjicias, nondum tamen rem confeceris; quoniam à Nisan annos numerando eum invenies ante Nisan anni Jul. 42 moriendo nondum implevisse annos 33 à nece Antigoni, aut 36 à creatione Ienath.

§. 3. Herodem cernimus juxta calculum Iosephi mortuum anno Nabonassaris 745 sive currente, sive nuper completo: ut tempus ejus emortuale inveniri debeat inter autumnum anni Juliani 42 & autumnum anni Juliani 44. quo annos 35 & 38 complevisset, si unum dñi fuisset superstes, quod cum sit contra Josephum, oportet Herodem ante autumnum anni Juliani 44 aliquamdiu mortuum fuisse. Verum ut tempus arcuus definitiamus novus character querendus, qui tempus hoc amplius restringat. Hoc mihi erit tempus dilecti coram Cæsare testamenti Herodis; quod non ita diu post solennitatem paschalem factum monet Iosephus, ut necesse sit Herodem aliquamdiu ante solennia istius paschatis, testamenti disceptationem inmediate præcedentis, mortuus fucrit. Inspice lector, quæ historiæ Judaicæ gravissimus auctor enarrat *ant. libr. 17: 11*, & videbis ut Archelaus mortuo parente in festo paschatis cum seditionis, Matthiæ socrorumque ejus cladem deplorantibus, contenderit, & cæsis aliquot millibus Romam profectus sit, ut ex patris testamento apud Cæsarem azeret, atque ejus confirmationem submisce

misce rogaret. Huc cum appulisset, Augustus dicitur litis fraternali judices statuisse, atque in his (verba sunt Josephi) Cajo, filio Agrippae, & Julie filiae suae, a se autem adoptato, primum in confessu tribuisse locum. Quod si ille confessus ante annum Julianum **XLIV** habitus fuit, necesse est Herodem ante solennia paschatis anni Jul. **XLIII**, atque adeo anno Nabonassaris **745** adhuc quoad primum suum sexquennium currente, vitam cum morte commutasse. Probant autem viri Docti hanc sententiam (quaे confessum illum ante annum **XLIV** habitum fuisse statuit) ex eo, quod *Cajus ei interfuerit*, non *Lucius ejus frater*, cuius hic nulla sit mentio: qui tamen anno Jul. **XLIV** consularem adeptus est dignitatem, quam *Cajus* anno **XLI** accepérat. Sanè sub anno Jul. **XLIV** *Lucius* jam pari cum fratre dignitate insignitus non potuisset ab eo confessu excludi ad evitandam invidiam: proin oportet ante illos *Lucii* honores ea causa disceptata fuerit (id est ante annum **XLIV**) & per consequens Herodes ante festum paschatis anni **XLIII** discesserit.

§. 4. Ex filiorum, Herodi in regimine succedentium, initiis, etiam de Herodis exitu quid statuendum sit colligere licet. Inquiramus hac vice in tempora *Archelai*, quem novennium (aut pro diversitate epochæ decennium) res Judaicas administrasse, donec querelis adversus eum motis ab Augusto in exilium mitteretur, auctor est *Josephus*. Abhinc *Quirinius* anno Aetiacō **XXVII**. venit, opesque *Archelai* fisco addixit. Quod si ab anno Aetiacō **37** tollas novennium, incides in annum æræ Aetiacæ **28**, qui cum anno Nabonassaris **745** planè concurrit. Accedit *Dion*, qui Herodem Palæstinum vocat *Archelaum*, dicitque eum in exilium ultra alpes relegatum *Emilio Lepido* & *Arruntio*

Nepote Coss. quorum consulatus in fastis cum anno Jul. 51. componitur. Quod si ab anno Jul. 42 exeunte numeres annos novem completos , decimo currente, hæc te manuducent ad annum Iul. 51 exeuntem. Sin verò novem annos currentes statuas recensendos , incipe ab eo anni Iul. 43 tempore , quo causa testamenti definita est. Nec est , quod viri docti objiciant non satis sibi constare Iosephum , qui uno in loco dixit *nono* , in alio vero *decimo* regiminis sui anno Archelaum fuisse Viennam relegatum : quoniam ista facilè ex duplice regiminis Archelai initio seu epochâ conciliantur: dum primum regiminis initium calculum ducat ab Herodis morte , alterum vero à Senatus decisione ac Testamenti confirmatione. Decennio illud tempus definiens loquitus est cum Iudeis , eam æram agnoscentibus *ant. libr. 17:15.* Ast quando illi solum noven-nium adscribit (dicens nono principatus sui anno remotionem illam factam) tunc cum Romanis loquitur ex eorum sententiâ in libris de bello Iudaico *Titi jussu conscriptis libr. 2:8.* Romani enim nulla alia prin-cipatus jura in Archelao agnoverunt , quam quæ ex concessione Cæsaris profluebant , quibus in hoc opere , Romanorum in gratiam composito , se accommodare par erat. Hisce probe animadversis videoas adeò validam esse hanc demonstrationem , ut dissentientes cogantur pariter *Dionem & Iosephum* erroris arguere , quod no-bis desperatæ causæ est argumentum. Neque præter-mittere possum errorem *Strauchi* , qui Herodem dicit mortuum anno Periodi Julianæ 4713 (æræ Iul. 45.) ante pascha , & Archelaum ejus successorem relegatum circa annum Per. Iul. 4721 æræ Iul. 53. Atque nihilominus agnoscit censem Quirinii actum anno ab Acti-acâ Cæsaris victoriâ 37. qui solum concurrit cum anno Iul.

*Iul.* 51 & 52: nec juvat dicere, Iosephum de ærâ Alexandrinâ intelligendum, cuius annus 37 convenit partim cum anno *Iul.* 52 partim cum 53. *Iosephus* enim pugnæ ad Actium facit mentionem, à quo principio æra Alexandrina non numerat. Adde, quod relegatio Archelai facta sit ante censem, imò ante Quirinii missiōnem in Orientem. Confundit etiam vir doctus rem ipsam: si novennium debetur principatui Archelai, sane non incepit anno 45 regnare, sed 43: nam 43  $\text{X} = 52$ . Proin recte Dion notavit annum 51. (quem ex euentu intelligimus) ut 52 ineunte venerit *Quirinus*, quo annus xxxvii Actiacus adhuc currebat usque ad autumnum. Nummus Augusti etiam confirmat anno Actiaco 39 Iudeam fuisse Cæsaris. Videas enim in ejus una parte spicam, quod fertilitatis agri Iudaici Symbolum est, cum inscriptione KAICAPOE. In altera parte palmani cum literis ΑΘ id est anno 39 Asia receperat & imperii Augusti. Cumque hic nummus non Archelai, sed Cæsaris tantum nomen referat, arguemento est *Archelaum* jam tum suâ priyatam fuisse Ethnarchiâ. Nec tamen inde constat hunc annum fuisse Archelai ultimum, ut temerè concludit *Harduinus*. Quoniam hic annus alias potuit habere editionis causas: nam ante biennium *Sulpitius Quirinus* jam cum potestate distrahendi opes Archelai, & describendi gentem, Orientem fuerat ingressus anno æræ vulg. vi, non viii. id est ær. *Act.* 37. non 39.

§. 5. Secundus filiorum Herodis est *Herodes Antipas*, cui ex parentis testamento tetrarchia Galilææ fuit adjudicata; de quo mentio fit *Luc.* 3:1. Terminus principatus ejus ultimus in *Caj* incidit imperium, qui auditis quæ aduersus eunden movebantur querelis, hominem misit in exilium, ut inter Lugdunenses privatam ageret

vitam, omni dignitate orbatam, imperans: Si Iosephum auidamus, *Cajus* adierat spe regni impetrandi allectus, appuleratque Italiam *Cajo apud Bayas* versante, spectaculis in Campaniâ editis; fuit autem annus, quo spectacula ista edebantur, æræ Iul. LXXXIV. Quod pluribus probavit illustris *Norissius*. Ut proin hoc anno adveniret *Herodes*, & Romam ingressus *Caji* quarto (seu anno sequenti) *Agrippâ* se ei opponente non solum spe regni exciderit, sed & principatu privatus exulare coactus fuerit. Hæc si conferamus cum nummo HERODISTETRARCHÆ res fiet manifesta. Nummus inquam ex ære conflatus minoris moduli [nuper à viro docto productus, peritissimorumque virorum examini expositus, atque judicio *Magliabechii*, *Norissii*, *Tornardi*, *Harduini*, *Shestrati*, aliorumque pro genuino habitus, rarus quidem est, verum etiam à nobis in viri *Ampl. D. de Wilde* thesauro locupletissimo pro insigni Viri optimi humanitatem conspectus] totam hanc controversiam decidendo aptus est, qui annos principatus *Herodis* extendit usque ad annum regiminis ejus quadragesimum tertium. Inscriptio unius partis intra lauream hæc refert verba. ΓΑΙΩ ΚΑΙΣ. ΓΕΡ. ΣΕΒΑ. id est, *Cajo Cæsari GERMANICO* Augusto. Aversa autem nummi pars palmae exhibet ramum, atque hæc appositæ sunt literæ ΗΡΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ Λ. ΜΓ. id est, *Herodis TETRARCHÆ* anno XLII. qui nummus inter Iudeos & forte à Tibériensisbus fuit editus, quippe sine humano vultu cūsus. Hinc jure colligas, Herodem principatum suum tenuisse sāktem per annos XLII completos, atque eundem attigisse annum currentum XLIII. Hæc non consistunt nisi cum anno *Herodis* emortuali in anno Jul. XLII. nam ab anno isto ad annum Julianum LXXXIV finientem aut LXXXV incipientem principatus *Herodis* annos

annos invenias completos **XLII.** ut quadragesimum tertium potuerit iniisse non tamen absolvisse. Posito jam *Herodem* numerasse annum Jul. **XLI** principatus sui primum, sequitur ante hoc numerandi principium recessisse ejus parentem *Herodem Ascalonitam*, quod mihi demonstrandum suscepseram. Intercedit, fateor *Harduin*, hoc agens, ut *Josephi* opus haud genuinum, sed sublestæ fidei segmentum esse proberet; illè *Herodem* magnum Galileæ fuisse æque ac Iudeæ regem, & *Herodem* Galileæ Tetrarcham ejus fuisse aut filium aut successorem negat, atque ex hoc numero impugnat; dum exinde probare studet, eundem jam ante Herodis magni mortem Galileæ Tetrarcham seu Principem fuisse, quod anno *Caji* primo (quo nummum hunc excusum fuisse vult) jam **XLIII** Galileam gubernaret anno. Ast, quo argumento probat vir doctus hunc nummum anno *Caji* primo fuisse editum? certe nullo alio, quam quod nullus *Caji* annus in hoc apponatur, quo in casu semper primum esse intelligendum afferit. Verum lubricum esse illud viri docti fundamentum facile est demonstratu: posito enim non concessò, quod *Josephi* authoritas hic nulla sit, opusque hoc ab homine pessimo sub ejus nomine fuerit confictum: nihilominus vel ex *Corn. Taciti historiarum* libr. 5. edocti sumus, hunc Galileæ Tetrarcham Herodis & filium & in ditione Galileæ successorem fuisse. *Regnum* (inquit ille) ab *Antonio Herodi* datum, *victor Augustus* sanxit (an auxit?) post mortem Herodis, nihil exspectato *Cæsare*, *Simon* quidam regium nomen invaserat: is à *Quintilio Varo* obtinente *Syriam* punitus, & gentem coercitam liberi Herodis tripartito rexere. Animadvertat hic vir Doctus, quod post mortem Herodis magni non unus ejus filius, sed tres nu-

mero gentem Judaicam tripartito rexerint : tripartitum itaque fuit in gentem Judaicam à Varo coercitam regimen , idque liberorum Herodis. Dic sodes , quinam illi fuerint rectores , inter quos regni Herodis ditiones fuerint divisæ ? nisi Archelao Iudæam & Samariam regenti addas Herodem Galilææ Terrarcham , & Philippum Trachonitidis principem , ex Lxx. 3: 1. ast illi , quod repeto , apud Tacitum audiunt Herodis liberi & gentis Iudaicæ rectores , qui post ejus mortem gentem coercitam inter se partiti tripartito rexerunt . Falsum ergò Herodem Tetrarcham principatus initium ante Herodis mortem numerare potuisse . Corona laurea cum palma raimo potius ludi cuiusdam celebrioris notam refert , atque ita tempus indicat , quo iste numimus editus est ; quod ad ludi spectacula in Campanâ à Cajo celebrata , & ab aliis alibi , potius referendum est : atque sic annus XLIIII tetrarchiaæ Herodis potius in hoc numero necitur cum isto anno , spectabili satis ludo insigni : qui Cajo dedicatus fuit , eo quod ludi istius solennia cum pompa præpararet , aut jam nuper magno cum ambitu celebrasset . Cæterum hypothesis viri docti , volentis omissionem anni indicare annum Caji primum , postulatum est sine solidiori probatione haud admittendum : manet ergo primum principatus Herodis Antipæ annum cum anno Iuliano XLIIII incipiente , aut XLII finiente esse componendum .

§. 6. Adjiciamus etiam Philippi ( tertii Herodis filii , & ex parte quoque ejusdem in principatu Trachonitidis ac Batanææ successoris ) tempora , prout ea à Josepho notantur Ant. libr. 18: 6. quæ rite excussa etiam nos credere jubent , Herodem è vivis decessum anno æra Jul. XLIIII . Dicitur Philippus suam administrasse Ethnarchiam annos 37 , atque eam anno Tiberii

xx morte suâ vacuam fecisse, qui Tiberii annus cum anno Juliano 78 est componendus. Hæc sanè cum nostrâ hypothesi conveniunt; ponamus enim annum **XLIIII** fuisse regiminis sui primum, & addamus anno Herodis emortuali **XLII** annos completos 36. annus Julianus **LXXVIII** continere poterit anni **XXXVI** finem, & **XXXVII** initium: imò cum annus **xx** Tiberii etiam contineat septem menses priores anni Juliani **LXXIX**, potest quoque mors Philippi incidisse in aliquem mensium priorum anni Jul. **LXXIX**, & simul etiam intra annum Tiberii **xx**. Contra hunc calculum opponunt viri Doctri mendum esse in textu Græco, idque ex *Ruffini* versione colligi, qui in suo codice legit non **xx**, sed **xxii** Tiberii, atque id vel exinde confirmari, quod mors Philippi componatur cum tempore adventantis in Iudeam *Vitellii*, qui administrationem Syriæ adiit anno *Tiberii* **XXII**, ærae *Jul.* 80. in principio, quippe qui circa paschalis solennia Hierosolymas appulit. Verum haud valida esse contra communem textus Græci lectionem argumenta, quæ hic à viris Doctris proferuntur, vel inde constat; quod textus originalis semper versioni sit præferendus, si modo constans codicum sit lectio. Sane haud certum est, quod ajunt viri summi, lectionem *Ruffini* ex aliquo profluxisse Græco codice, numeros istos sic referente; cum tales mutationes aliquando interpres incuriae, aut præjudiciis originem debeat. Imò fieri potuit, ut amanuensium culpâ iste error codicem *Ruffinæ* interpretationis occupaverit. Nec probat *Ruffini* numeros, quod historia mortis Philippi à *Josepho* conjungitur cum narratione adventus *Vitellii* in orientem: cum ejus conjunctionis alia sit ratio: *Josephus* enim ex occasione mortem Philippi annotat, ut indicaret, quâ occasione *Vitellius* ditionem Philippi inven-

venerit principe orbatam , & sub Syriā recensendam , quia sc. jam ante annum plus minus *Philippus* ē vivis decesserat, unde ejus cura *Vitellium* exspectabat. Quid si *Philippus* in principio anni Jul. LXXIX fuerit mortuus ; jam ejus mors tantum annum *Vitellii* adventionem anticipasse dicendum erit. Verum simus liberales , atque errorem in numeris admittamus : indē nihil ulterius conficias , quam anno Juliano 80 *Philippum* Ethnarchiam tenuisse annos 37 , puta in principio anni Tiberii XXII , atque tunc anni *Philippi* putandi sunt ab eo tempore , quo *Augustus* ditionem Herodis magni inter tres ejus filios divulsi , atque *Philippo* tetrarchiam Trachonitidis & Batanææ clementer concessit , cuius donacionis epocha in æstatem anni Juliani XLIII incidit , unde progrediendo in annorum *Philippi* numeratione trigesimus septimus curret ab æstate anni 79 ad æstatem anni 80 , intra quos terminos mors ejus foret comprehendenda.

§. 7. Opponit hic *Cl. Strauchius* contra sententiam *Joh. Kepleri* , Herodis obitum ad annum Jul. 42 referentis , temporum rationem reclamare , Si enim (inquit) ab anno Juliani sexto , quo regium diadema accepit Herodes post pascha , usque ad verum tempus XLII anni Juliani (nam ante pascha Herodes indubitate mortuus est) numeremus , differentia certè non nisi 39 erit annorum , & aliquot mensum , cum *Iosephus* , quem ducem auctores illi elegerunt , 37 integros annos regno Herodis tribuat. Unde concludit vir Doctus , aut numeris *Iosephi* inhærendum non esse , aut prædictam epocham erroneam esse pronunciandam. Fateor , hoc argumentum subverttere sententiam *Kepleri* , qui ante pascha anni Juliani 42 mortuum voluit Herodem , quod nos etiam ad caput sequens subverttere conabimur : verum ,

rum, temporum rationi sit satis, si anno **XLII** Iuliano ad finem properante ante pascha anni Iul. **XLII** eum ex hac vitâ migrasse statuamus: tunc enim differentia erit annorum **36**, & aliquot mensium, adeo ut **XXXVII** currente Herodes decesserit: neque urgendum, Iosephum **37** *integros annos regno Herodis tribuere*: cum nihil notius sit quam apud Iosephum annos currentes annumerari, quali completos, ut rotundos edaret numeros. Agnoscant itaque viri optimi nos epocham adoptare in anno Iul. **XLII**, quæ numeris *Iosephi* inhæret proximè, & errorem *Kepleri* corrigit modestè.

Secundo objicit *Kepleri* antagonista, quod *si anno Iul. XLII Herodes fatus conceffit, Salvator noster anno Iuliano XLI natus esse debuerit. Hinc (ait porro) usque ad annum Julianum **XXIV** (qui ratione temporis vernalis cum xv anno Tiberii concurrit) triginta tres circiter anni intercepti sunt, quot Salvator noster xv Tiberii per hanc hypothesin fuisset, quod contrariatur S. Lucæ testimonio cap. 3: 1. & 23.* Verum ad *Lucæ* testimonium provocans author perpendere debuisset, quam varie istud accipiat ab interpretibus, ut illa contrarietas forte tantum sit apparens, quam *Keplero* objicit, non vera: præsertim, quandò agnoscimus verba Euangelistæ ὡρὲν ἐτῶν τριάκοντα non præcise definire tempus, sed ei relinquere qualemcumque latitudinem: ad-cò ut *Lucæ* non contradicat, qui statuit anno Tiberii **xv** Dominum nostrum Iesum triginta annorum etatem jam retulisse, imò etiam aliquo usque supergressum fuisse. Neque forte etiam verum est Iesu natalem debere ad minimum anno Iul. **XL** alligari, si Herodes anno Iul. **XLII** mortuus est. Verum difficultates circa verum nati Christi annum à nobis erunt expendendæ ad sequentem partem. Nos jam de tempore mortis

*Herodis* deliberamus, illudque ex suis eruiimus principiis adeò evidentibus, ut omnia perturbare cogantur, qui hic à Iosephi calculo recedere, ut suis interviant de tempore nati Christi hypothesisibus, ausi fuerunt.

## CAPUT III.

*De causis turbatae circa annum Herodi emortualem Chronolog.e.*

**S**ic Ure meritò queritur vir rei Chronologicæ pertinuissimus Dionysius Petavius in suo de doctrinā temporum vasto opere libr. xi: i. ab iis, qui post *Josephum de rebus Herodis* commentati sunt, licet ex ejus fontibus revulos suos duxerint, tenerè ab authore ipso recessum fuisse, ex quo (ait) intolerabiles quidam in historiam errores, perturbationesque sunt infuse. Illius calanitatis historicæ fundum esse Eusebium existimat, qui in Herodis temporibus digerendis hallucinatus, reliquis cum fermè sequentibus, largissimè peccandi segetem occasionemque præbuit. Iste *Eusebius* est, qui annos Herodis 37 ex *Josepho transumens*, intra annos Iulianos xii & xl ix compingere ausus est: & annum necis *Antigoni* (ad Augusti quintum, seu Iuliani septimum ut habet editio Scyligeriana) seu potius ad Augusti decimum, *Iul. xii* (ut est in editione Pontaci) revocat. Adea ut annus Herodis emortalis juxta *Eusebium* sit æræ Iuliane xl viii finiens, aut xl ix incipiens. Hanc parallonom *Eusebianam* hactenus sequuntur multi viri docti,

qui

qui annos Herodis 37 à secundâ Iosephi epochâ numerandos censem, contra expressa Iosephi monia. Eusebium quod attinet, eum paucis perstringit Petavius, cuius verba hic apponere animus est. *Absurda, ait ille, est Eusebiana illa putatio, quæ in annum Iulianum XLIX mortem Herodis conjicit, cum anno LV Iuliano Archelaus relegatus fuerit, quem novem annis imperasse cum Iosepho censuit.* Præterea quid àvisóptorū magis, quam Herodis initium cum Iosepho in eum annum incidentem, quo Antigonus occisus est, eundem annum Julianum duodecimum facere? in quo triennio fallitur: non Agrippâ & Cænicio cass. Herodes cum Sosio Antigonum vicit Juliano nono: ab eoque non 37 anni, sed 34 Herodis putantur, Authore Iosepho.

§. 2. Qui chronologîæ reformandæ incubuerunt postmodum, admôdum gavisi sunt, de invento charactere astronomico, quem ipse Iosephus illis suppeditare visus est: quippe qui *Ant. Iud. libr. 17: 8.* eclipses aliquujus lunaris, sub ipso Herodis decubitu observatae, mentionem injicit; quam haud diu ante paschatis cuiusdam festivitatem inveniendam esse supponunt, aut ex Iosepho se observasse sibi persuadent viri optimi. Nemo dubitat astronomicas in disciplinâ chronologicâ rationes solidissima præbere certitudinis documenta, quoniam cœlestium corporum revolutiones, nec non eclipses lunarium majorum certissimo nituntur calculo. Verum, cum fieri possit, ut hypothesis, quam viri docti assumunt, fallat, atque sic qui computum ineunt, semet decipient, prudentia adhibenda est, ne assumptio alijcubi incertior sit. Dixit Iosephus *Ant. libr. 17: 8.* Quod Herodes post mulctatum pontificatu Matthiam, seditionis auctores igne concremaverit, additque ratiōnē δέ τῇ ἀυτῇ νοκτὶ ἐξεπιτεν. atque etiam luna cādem ipsa

ipsa nocte defecit Ex hoc charactere astronomico spondent sibi Josephum ipsum posse corrigi, aut explicari viri illi sagacissimi. At in eclipsi illâ assignandâ nec inter se, nec cum Josephi calculo consentiunt: ut assere autem viros optimos se per calculum suum eclipticum decepisse turpiter. Inspiciamus quæso, quam diversimodè characterem morbi Regis lethiferi, ad hypothesis suas applicare consueverint: quod verbis Strauchi ex breviorio ejus chronologico hic repræsentare lubet.

„ Primò inquit Laurentius Codomannus in annalibus  
 „ sacræ scripturæ pag. 69. de illo lunæ deliquio anno  
 „ tavit sequentia. Ann. M. 4143. d. 222. h. 6. ferè  
 „ paulo ante medianam noctem, que sequebatur octavam  
 „ Novembris meridiem, secundo anno Christi, fiebat  
 „ illa eclipsis Lunæ, cuius meminit Josephus l. 17: 8.  
 „ Die sequenti, qui fuit nonus Novembbris, Herodes  
 „ Magnus ex gravi diuturnoque morbo decumbens,  
 „ fert in lecto sententiam, de comburendis 40 scolasti-  
 „ cis, & duobus eorum præceptoribus, qui deturbave-  
 „ rauit acream aquilam foribus templi præfixam. Ann.  
 „ 4144. d. 7. moritur Herodes M. nam exactis diebus  
 „ septem, quos Archelaus in lugendo patrem con-  
 „ sumpserat, instabat festum azymorum, cadens in  
 „ xv primi mensis &c. Secundò, Thomas Lydiat de  
 „ emendatione temporum eclipsin hanc contigisse  
 „ ait, circa primam faciem noctis consecutæ vicesimum  
 „ diem Februarii anni Juliani 111, ita ut in Judæorum,  
 „ propter occisos ab Herode, eodem die adhuc tu-  
 „ multuantium (ut inquit Josephus) oculos incurre-  
 „ rit, postremo anni Judaici plenilunio, proximoque  
 „ ante sequentis anni pascha, celebratum plenilunio  
 „ Xantici mensis Syro-macedonici. Inter quæ propè  
 „ medio spatio ac fine anni Judaici Herodes ille diem  
 „ mor-

mortis obierit. Tertiò, *Johannes Keplerus & Dionysius Petavius* eam lunæ eclipsin intelligunt, quæ accidit anno Juliano **XLII** Martii d. **XIII**. Hor. **2.** min. **45.** &c. à mediâ nocte. Fuit tunc, referente *Petavio de Doct. Temp. libr. XI*: **1.** verus locus solis in piscium gradu **20.** m. **24.** Desit H. **4.** M. **9.** Duratio fuit horarum **2.** m. **47.** ac digitos sex ferè defecit. Quarto *Johannes Georgius Herwart ab Hohenburgh*, in nova, verâ, & exactè ad calculum astronomicum revocatâ Chronologiâ, quam vocat cap. **149.** pag. **75.** eandem eclipsin refert ad annum Christi vulgarem septimum, quem vocat, (cundemque nos secundum epochæ vulgaris dicimus, *Iulianum XLVII*, annum urbis Varroianum finientem **754.**) cuius die **20** Febr. sole in **29** gradu, min. **51** seu fine aquarii versantè, luna Hierosolymis horâ unâ ferè ante noctis medium defecit digitis **21** min. **18.** Quinto *D. Wilhelmus Langius* libr. **2.** de annis Christi, cap. **18.** eam intelligit eclipsin lunæ, quæ acciderit anno Iul. **XLIV.** Ian. d. **20**, cuius finis Arbelis, visus est, ac in locis orientalibus medium. Defecit vero luna dig. **7.** m. **33.** Incepit deficere Arbelis horâ post meridiem **4.** m. **8.** finita est Hor. **5.** m. **8.** quadrante ferè horæ post solis occasum. Ideoque commodè illic propter refractiō nem **33** min. visa fuit. Atque huic eclipsi, quam eodem tempore contigisse Nicolaus ab Alsyriis audī verat, effecta illa, graviaque symptomata, quæ Herodi contigerunt, tribuit Josephus. Sexto denique *Josephus Scaliger* libr. **5.** de Emend. Temp. pag. **463.** eclipsin Lunæ, à Iudaicæ historiæ scriptore annotatam, accidisse autumat anno Iul. **XLV** Ian. **VIII** in cyclo emendato, quando anomalia latitudinis me-

„ dia fuit gr. 89. m. 7. sec. 28. Hisce ita conspectis, merito cum viro Doctissimo concludimus, sic characterem, à solerissimo scriptore annotatum, ponamus eridos factum, & ipsilissimam litis materiam. Imo exinde nos quoque conficimus solam eclipsin determinare hinc non posse; nisi iste character aliundē magis restrin-gatur. Non sane ex eo, quod cujusdam anni mense primo aut secundo luna visib[il]e est eclipsis, recte colligas Herodem tunc fuisse mortuum; cum cum characterem videamus plusquam uni competere anno. Si verum fatetur, videntur milii precario astuplisse viros doctos eclipsin istam, à Josepho memoratam, paschatis aliquis tem-pus haud diu antegressam fuisse, quod merum ætyma est; cum Josephus, qui mortem Herodis quidem intra eclipsin quandam præcedentem, & paschatis subsequen-tis solennia collocat, nullibi definiverit temporum in-tercedentium quantitatem. Eclipsin illam facror Herodis mors seuta fuit, mortemque Iesus paschalis solen-nitas, quā Archelaus necem Zelotarum ab Herode oc-cisorum lugentes, atque eam ob causam tumultuantes coercuit, etiam strage in populo edita. At non defi-nitur temporis quantitas, quæ aut inter eclipsin & Herodis mortem, aut inter Herodis obitum, & supplicium in paschate tumultuantium intercessit: hinc etiam circa postulatas temporum istorum distantias inter se litigant viri eruditissimi Keplerus & Calvisius. Imo rationes, quas dissentientes sibi invicem opponunt, tam solidas invenio, ut nulla harum sententiarum meum assensum mihi extorquere potuerit.

§. 3. Qui annum Herodi emortualem cum anno Ju-liano xi. 11 componunt, mortem Herodis inter plenilu-nium februarini & Xantici Syromacedonum seu Nisan Indorum collocantes (quod voluit Lydiat, multi urgens

urgens annos Herodis 37 non esse numerandos à Senatus consulto Romanorum , sed à quo Cæsar cum regno restituit) illi sancte omnem historiam perturbant : præterquam enim quod Iosephum perpetuo corrigan , & textum evidentem in multis suo arbitrio immutent , etiam Romana inter se miscent . Iam enim *Saturninus* , ejusque in proconsulatu Syriæ successor *Quintilius Varus* non inter *Titium* & *Cajum* erunt collocandi , sed post *Cajii* mortem , ut *Herodis* finis , nec non *Archelai* initia cum præfecturæ *Vari* indulso nexu cohærent ; qui ob *Taciti* autoritatem separari non poterat . Jam *Quirinus* ad bonorum Archelai distractionem Iudeam non fuit ingressus anno æræ Actiacæ 37 ( quicquid expressè hic scribat *Josephus*) sed æræ Augusti 37 à sarcosanctæ tribunitiæ potestatis adeptione numerandæ ; qui annus simul Augusti fuit ultimus *Sext.* *Pompejo* & *Sext. Apulejo Coss.* & post Actiacam victoriam 44. Jam *M. Ambivius* , & *Amius Rufus* Iudeæ procuratores ab Augusto missi , hoc munere functi sunt sub *Archelao* ante *Quirinum* , id est antequam Judæa à Romanis provincia fuit facta , & sub *Syriâ* censita . Verum , quid est sibi somnia fingere , si hoc non sit . Nemo est , qui Herodi talem adscribat regni æram , cuius epocha querenda sit anno primo æræ Actiacæ , quasi Herodes tunc deum Augustum in Rhodo conveniens , de novo regnum ab eo petuisset . Ast confirmare quenquam in regno non est aliquem de novo regem facere . Jam ante , cum Senatus eum crearet Regem , Augustus æque ac Antonius eum diadematæ honestatum deduxerat ; unde sequitur , quod illi regnum prorogare , non autem dare potuerit , nec primam creationem rescindere . Si *Herodes* sub *Quintilio Varo* Syriæ præside mortuus est ( prout agnoscere cogitur D.

*Lydiat*) sicut ante *Caji* profectionem in Orientem *Archelaus*, ex patris testamento *Ethnarcha* designatus, *Judæorum* renipublicam administravit, quippe sub *Vario* *Ethnarchiam* adiens: turpis enim viri docti est *πατρία*, quod nullo auctore *Saturninus* & *Varus* suis è locis audeat expellere, & ad ea transmittere tempora, quia *Caji* mortem sunt consecuta, reclamente *Josepho*, ac reclamantibus *Vari* nummis, Syriacam ejus præfecturam cum annis ærae Aetiacæ 25. 26. 27. componentibus; ut suo loco indicabimus. Annus *Archelai* relegati, qui juxta *Josephum* est ærae Aetiacæ 37. huic est annus *Herodis* ultimus, qui idem *Archelai* primus. Cumque *Josephus* *Archelai* principatum pretendat ad annum decimum, vir ille doctus solum extendendum jubet ad annum octavum, idque etiam sine auctore.

§. 4. Quæ *Scaligerani* adversus *Kepleri* & *Petavii* sententiam obiciunt, tantum apud me valent, ut eam plane omittendam esse existimem: nam *Eclipsis illa* incidens in XIIII. Martii anni Jul. XLII. & plenilunium sequentis mensis Nisan, quo festivitas paschalis fuit celebranda, relinquunt solum unius mensis interstitium, quo quicquid inter vivicomburium seditiosorum, & cædem lugentium paschate inflictam gestum fuit, comprehendendi debet. Ast augustius est illud 30 dierum tantummodo spatium, quam ut omnia intra illos terminos gesta, intra unius mensis ambitum compingi queant. Primum interstitium, quod elapsum fuit ab eclipsi notatâ usque ad Regis mortem varia comprehendit: ut nempe abhinc Tyrannus morbum expertus fuerit a crescente, medicos advocarit, quorum remediis nil adjutus ad thermas Callirrhœs fuerit deportatus, non eas sibi haud clementes sentiens Hierichuntem redierit, atque aliquamdiu cum gravioribus symptomatibus lucta-

luctatus fuerit : ut literas Augusti , & cum iis facultatem statuendi de Antipatro ut vellet acceperit ; atque addito ejus molitur cundem quinque ante mortem dies plecti jusserit . Alterum interstitium , intra Herodis facta , & Archelaus regem inter novè tumultuantes ipso festo editam ponendum , etiam sufficientem postulat temporis quantitatem , impendendam exsepiis , magnam pompe fusiebris adornationem , longamque cadaveris Herodium per 200 stadia portandi deductionem requirentibus : his addendi erant dies vii luctus totam Septimanam ablorente . Quidam volunt solas exsequias sibi mensem postulasse integrum . dicere enim putant Josephum , eos in cadaveris deductione , quotidie non ultra viii stadiorum dimentum prexisse , cumque 200 stadiorum via fuerat absolvenda ; 25 dies huic processui soli erant impendendi : cumque etiam tria aut quatuor Sabbathia huic dierum numero essent interponenda ; quis non videt funeris deductionem solam dies 28. à 29 postulasse . Verum huic calculo minus fidendum puto : quia monente me viro magno Cl. Tornardo error est in Josephi codicibus plane castigandus , ubi ant. l. 17 : 10. legitimus Herodis funus Hierichunte deductum fuisse Herodium unde que επειδη των . cum in loco parallelo , qui extat libr 1 : 21. de bello Iudeico , legamus id factum per ducenta stadia : qui inde natus est , quod η numeri octonarii indicem posuerint loco σ' que litera ducenarii numeri nota est . Quo positio ruit istius argumenti vis , quod à temporis , funeris deductioni impensi , desumitur protractione . Nihilominus satis evidens est , intra mensem non potuisse absolviri , quod à nobis anno rauntur , quod ad causam sufficit .

Praterquam quod illa eclipsis non respondat , etiam notandum , quod tempus regni Herodis non exhaustat :

si enim statuamus Herodem ante mensum Nisanum anni  
**XLII**, seu Nabonassaris 744 mortuum fuisse, par-  
terit ille dici anno regni 37 à decreto senatus, tan-  
à nece Antigoni mortuus; quoniam tunc nonnum-  
primā, aut 33 à secundā epocha impleverat. Quo-  
cunque modo annos Judaicos potestis, hinc à mensa  
vernali *Nisan*, sive ab autumnali *Tisri* minus, non  
tantum annis currentibus 36 & 33, non vero 37 & 34  
mortuus fuisset. Concurrunt autem anni Herodis  
creatione **XXXVII**, à nece Antigoni **XXXIV** fulvi-  
exakte cum anno ævæ Nabonassaris 745 ævæ Asiae  
seu Asiae receptæ 28.

§. 5. Proximè ad tempus à Josepho definitum re-  
niret eclipsis, quam *Langius* eligit, atque *Langius*  
etiam ad calculum revocavit Chronologiam lib.  
**III**: 16. Niū hic varia obstantent. Quia illa  
eclipsis incidens in 20 Januarii anni Jul. 44 pertinet  
ad annum Nabonassaris 746 Asiae receptæ 29, qui con-  
currit non cum annis Herodis 37 & 34. sed rite varians  
protenderet ad annos 38 & 35. Quod est occulta dictio  
tionem Josephi. 2. Quod illa eclipsis non pertinet videri in Iudea, atque adeo nequidem à Iudeis illius re-  
gionis, qui illud videntur ut portentum interpretari.  
3. Quod illa eclipsis non acciderit nocte, sed vespere  
circa solis occasum, cum tamen verba Josephi posse  
lent tñ autñ nocti defeciliē lunam.

§. 6. Restat *Scaligeri* sententia, quæ anno Jul. 44  
inter nonum & decimum Januarii diem, paulo post me-  
diā noctem eclipsin invenit, quæ per fessib[us] apud  
totalis fuit, atque adeo potens omnium oculis ad  
rapere. Verum hanc sententiam tam solidis oppugnat  
argumentis *Keplerus*, ut nullo modo eam à Scaligerio  
indicatum aut nobis admittendam existimavimus. Per-

terquam enim quod Josephus non dixerit totale fuisse illud lunæ deliquium, nec ab eo certo mensi allegetur, variis sunt characteres historici, cum quibus hanc sententiam nunquam conciliare potuerunt viri doctissimi.

A. Historia Caji, in conatu Romano (Herodis testamentum excutiente) praesentis, qui anno Jul. XLIV Orientem adiit, prohibet annum Herodi emortualem ad sequentem, æræ Jul. XLV, protrahere. Caius inquam, Agrippæ ex Juliâ Augulli filia natus anno Jul. 25 ab avo suo deducetus fuit, simulque consul destinatus post quinquennium anno Jul. 41. *Augusto xii & L. Corn. Sulla* coss. Nata sunt abhinc dissidia Parthorum cum Romanis, & quidem illo biennio, quod inter XII Augusti consulatum & XIII annis nempe Jul. 42. 43. intercessit, hinc anno 44 Jul. *Augusto XIV, & Plauto Sylvano* coss. Caius occasione motus Parthici in Syriam tanquam rector Orientis missus est. Fuit annus ille Jul. XLIV in historiâ valde nobilis ex Naumachiae spectaculo, quod exhibuit Augustus. Jam vero, eo tempore, quod Naumachiae spectaculum sequebatur proximè, Caium abiisse in Orientem patet ex Ovidio, libro de arte amandi, eoque carmine, quod in Naumachiae istius solitaria scripsit, in quo Caium, tanquam in Orientem adversus Parthos proxime profecturum ita celebrat.

*Ecce parat Cæsar, domito quod defuit orbi  
Addere, nunc Oriens ultime noster eris.  
Auspiciis armisque patris picer arma movebis,  
Et vinces armis auspiciisque patris.*

Hoc idem quoque confirmat *Paterculus*, itineris Caji in Orientem ipse quoque comes, qui cum Naumachiae

spectacula narrasset, subiungit, brevi ab discursu  
 cesserat spatium, cum Caius Caesar anno illius primus  
 adsidendum obitus, in Syriam missus est. Iuxta loca  
 tio notandum loco Cajum ante annum illius Iul. A.D.  
 fuisse ingressum, quoniam illic Tiberius excepitur, in  
 honorem ut superiori exhibuit, quod charactere latere  
 potestate n, ad probandum tribunitia potestate aliq  
 uatem, cum anno illius exercevit collatum, quod datur  
 Tiberio fuisse depositam. Audiamus res e. Plautio  
 lo loco citato; *Caius . . . inquit, in Syria missus*,  
*convento prius Tiberio Nerone, N.B. cui evanescit*  
*rem ut superiori habuit, tam caris si b. p. s. uerba*  
*laudaturum magna, nec vituperatrum modicu*  
*moria deficiat. Sane Tiberius Cajo, utpote condilectus*  
*nullo titulo tum superior dici poterat, quam quod ad*  
*huc tribunitiam gauderet potestate, in* ~~quoniam~~  
*accepta, & cum anni Jul. XLIV exitu extensis, postquam*  
*apud Rhodios tanquam privatus latitavit. Hinc ergo*  
*jure colligimus ante anni XLIV Jul. finem* ~~Cajum~~  
*Astia fuisse, atque cum Tiberio, etiamque tribunitia*  
*potestate ipso superiore, fuisse collocutum. Probatur*  
*que ista hypothesi, quod Caius ante anni Ill.* ~~anno~~  
*finem Roma discesserit, simul demonstravimus* ~~re~~  
*mentum Herodis etiam ante illud tempus a Caius in*  
*consilio judicum fuisse expensum: ac per consequen*  
*tiā Herodem ante paschatis ejusdem anni sollempni ve*  
*tam cum morte commutasse; quoniam ejus consilio*  
*ante pascha fuerant ab Archelao celebrata, & rebus*  
*discussio tum deinceps fuerit suscepita, quamvis* ~~Archelaus~~  
*Romanum appulerat. Frustra proin* ~~Caius~~ *in sepo*  
*Caius discellum in Orientem differre in anniversario Iulii*  
*cipi-*

eiusque aestate ad finem vergentem, ut circa pentecosten cognitio Herodiani Romæ in confessu prælidle potuerit, valens cum id illius cause dijudicatio ne confessum trahuisse in Orientem. Que si vera essent, inter Naumachia spectacula & Caii discellum circiter annus inveneri posse ceteris, quod sine breve spanio à Patereculo appellari non potuisset.

B. Tempora *Quintilius Varii* etiam non fentur, ut Caius tam immediate à lite complicita in Orientem discellerit: quia sic Caius adserimus, quo *Rector Orientis* in Syriam venerat, in idem tempus, quo *Archelaus* Indiam appulit, insidie et. Aut eo tempore adhuc *Quintilius Varus* ius Syrie administravit, non vero Caius. Sic Iosephus monet *Archelaum* à reditu in patriam, decreto confessus munium, a *Vario* non vero a Caius fuisse in suam Ethnarchiam introductum: cum tamen necesse sit, ut ad Caius, *Liliique* (juventutis ejus directoris) praesentiam *Quintilium Vario* utioritas cessare debuerit, imo ante hac in urbem revocatis furie. Hisce adde *Quintilium Varian* ex nummis inventri Syriae fuisse prælidem ab anno Asiae receptæ 25, seu Iul. 40. atque durius videatur proconsulare ejus in perium eousque protendere, ut *sexennium* abolvat, quod necesse est, si dicamus Archelai causam Cajo in confessu præside post pentecosten anni Jul. xlv Romæ fuisse dijudicatam, ut rediens *Quintilium Varum* adhuc invenierit Syriam gubernantem.

C. Historia relegationis Iuliæ etiam non admittit, ut mors Herodis ad annum Iul 45 protrahatur. Audiamus *Vellejum Patereculum*, qui hist. l. 2. scribit In urbe eo ipso anno, quo magnificentissimi l. divisoru meritis naumachia que spectaculis D. Augustus, abhinc annos xxx, se & Gallo C. n. o. c. ss' dedicato martis

templo, animos oculosque P. R. repelleret, juxta aetatu, memoriae horronda in spolis domus levigata recessit. Quippe filia ejus *Julia*, per omnes tam suorum ac viri immenror, nihil quod fuisse potest, utrumque perficit famam luxurie & libidine infelicitate reliquit, agnitusque nique fortunae sue periculi facinus mortuorum que quad liberet pro licito iubicans. Hinc proximo decimo, quod *Julia*, tanquam famulis circumdata protensa fuerit, ejusque ita invilum pari fuisse numerum ad omniem & Agrippae & Julianum mentionem augmencens, proclamasse feratur ab eo tempore, aucto etiam, auctoritate atque etiam. Nec aliter illas appellasse videntur tam comicas, aut tria carcinomata sive. uti scribit *Suet* in Aug. cap. 65. Hinc concludo nullo in honore, nullaque in gratia fuisse post revelationum hoc iugulare. Oportet igitur, ut quando *Philippus*, jam Edimachus factus, Bethzaidam condidit, atque a filia *Cæsara* *Julia* eam *Juliada* appellavit, haec *Iula* adhuc in lumine fuerit, quippe qui Augustum hoc studio deniverat in animo habebat: id non facturus a quo innotuit ad eus mentionem ingemiscere Augustum. Quod si *Philippus* ante Iulix relegationem *Iuliadis* condidit, parvularia factus, oportet, ut ante annum Iul. lxxv, anno ante Naumachiam anni Iul. xliv jam aliquando decessit *Herodes*, atque *Philippus* ex ejus velletato principatum istius regionis acceperit.

D. Neque *Antipatri* tempora (quem quinque annos obitum suum dies *Herodes* occidi justit) patiuntur, ut *Herodis excelsus* ad annum xlvi Iul. differatur. Procurat *Siriae Saturninus*, quando *Antipater* finitum est regnum, *Herodis* fratre, feedere parcialiter & Romanis amicis scripsit, ut curarent se eo vocari: quo obremus ante discessum munieribus sibi devinxit *Saturninus*, ab illic

huc Syriam gubernantem , unde sequitur cum anno Iul. 39 Roman petuisse , qui *Saturni* fuit ultimus. Constat scelus fuisse patefactum à morte *Pherore* , ita tamen ut per vii integrōs menses nihil eorum ad aures pervenerit *Antipatri* , donec literis parentis domum vocatus , atque Cæsaream appulsus rem intellexit , atque simul vineus fuit constrictus. Vero Syrix præside tunc forte cum *Herode* in Judæa agente , atque roganti , ut ad Cæsarem deferatur causâ consentiente , legati mittuntur ad Cæsarem , sceleris nunciis , atque puniendo potestatem rogaturi ; quos propediem nova lecuta est legatio , quando ex interceptis *Antiphili & Acmes literis* , Româ adductis , decretum parricidium adhuc evidentius constaret Horum autem Legatorum reditus componitur à Iosepho cum ultimis vitæ Herodis , quando prope à morte aberat : unde sequitur à morte *Pheroræ* ad mortem *Antipateri ac Herodis* præter propter anni unius elapsum esse interstitium. Dempto itaque anno , aut ad summum mensibus bis septenis relinquitur tempus , quo *Antipater* usque ad mortem *Pheroræ* Romæ extra suspicionem commoratus fuit : sc. si Scaligeri obtinet sententia ab anno Iul. 39 exeunte ad annum Iul. xliv. Verum , quis credat tantum scelus tam diu occultari potuisse , ut per integrum quadriennium Romæ egerit *Antipater*? Homo spei regni dilatae impatiens , atque festinandam decreti parricidii executionem omnibus viribus urgens

§. 7. Erroneam quoque censeo virorum doctorum hypothesin , quā nullam hic indagandam statuunt *eclipsin* , nisi quæ solennia paschalia tantum unum , duos aut tres menses anticipet , ut mortem *Herodis* prope ad festi solennia admoveant ; atque hoc præjudicio viros optimos sibi viam ad veritatem inveniendam infelici-

ter præclusisse assisterere haud vereor. I. Falluntur ~~de~~  
 ne, qui proxime ante pascha clastos fuisse iacent. ~~de~~  
 existimant, atque Archelaum inde Hierosolymas ad  
 lennia paschalia festinales ajunt; haud distinguunt  
 novi ex testamento regis duplarem in urbem laterram  
 ingressum; primus erat quo populi acclamationes rece-  
 pit, summoque cum gaudio ab omnibus nec signis  
 fuit: alter vero, quo sub ipsa paschatis festivitatibus  
 invenit turbata, & ad tumultum compulsi, adeo ut  
 sediuos armata manu comprimere, atque coactare  
 coactus fucrit. Nec verum est, quod quidam filii  
*Archelaum iter ad cæsum proprio motu fistulare*, ut  
 paterni testamenti confirmationem reportet. Libet enim  
 à paschate Romanum concesserit, non tamen nisi causas  
 ad querelas respondere & accusationes à se audiendas  
 illud suscepit. Scilicet, à quo prima vice Hierosolymis  
 comparuit, se populi acclamationibus Regem fa-  
 luti ri passus, querelæ de occupata ante Cæsare confirmationem  
 dignitate regiā ad Quintilium Vnum Syrac  
 Præsidem delatae fuerunt, qui per tabularium ad Ca-  
 sarem misit accusatorias contra Archelaum epiphili,  
 responsumque retulit, ut Archelaum de rebus in Ju-  
 daea gestis apud Cæsarem responderet. Notetisque  
 B. L. non sponte sed Varij illi, nec statim, sed post  
 accusationes ad Iurum primo delatas, arquo aliisque  
 per tabellarium Romanum ablegaras, ac postmodum eam  
 mandato ad eas respondendi ad eum remissis, Roman  
 profectum fuisse Archelaum; atque illa omnia inter  
 primum Archelai, & secundum cunctum in popu-  
 lo Hierosolymitano intercessisse, quæ uno iterum  
 innam unam aut alteram absolví non posserant. Con-  
 cludo igitur tempus exequiarum, atque iudicii. *de*  
 mortem Heronis & Archelai ingessus in quatuor  
 san-

sanctam primum intercedens rite excalculatum, temporique additum, quo tabellarius Romanus adiit atque inde expeditione accepta rediit, non duorum aut trium mensium ambitu absolvi potuisse; ac proinde frustra laborasse viros doctos, qui diem Herodi emortualem tam propè ad paschatis festum admovendum existimarunt.

2. Confirmat me quoque in eâ sententia *tempestatis ratio*, qui enim Herodis mortem in ultima Ianuarii aut martii conjiciunt, coguntur statuere, haud multis post eclipsin diebus Herodem ad thermas Callirrhoeas deductum, spe levaminis acquirendi. Ita Herodes media brumâ aut eâ exeunte usus fuisset *thermis*, quod ab omni lege & prudentiâ mediciâ absolum est. Quis enim Medicus parum prudentior homini, jam tum periculose æroranti, & sinecure propemodum confecto, thermas præscipserit, tanto itinere adeundas, brumâ vigente, aut nondum præterlapsi: quarum usus elementiorum aeris temperiem postulat; ut haud dubitandum videatur Herodem thermis usum fuisse non bruinali, sed autunnali anni tempestate. Sanè poros corporis largiori sudoris profluvio recludere, quando ætheris frigidioris prædominium obtinet, atque ita ab usu thermarum attenuatum senis corpuseulum ita reclulum iniquiori ambientis aeris rigori exponere, non esse Medico-rum indicationibus consentaneum, assentietur mihi credo quilibet rei medicæ peritus.

§. 3 Qualis ergo inquit aliquis, sicut ista eclipsis, aut esse potuit, quam Josephus, cum vivi coibitione tumuli uani adolescentuni composuit? aut extraordinariam fuisse lunæ obtenebrationem, aut eam, quæ notatur facta anno Jul. XLII. mense Septembri die vlabente, oportet. Alterutrum eligat lector per me licet.

1. Sunt enim viri docti, qui Iosephum miraculosam

quandam lunæ obtenebrationem indigitasse exiliunt, quippe qui videtur in animo habuisse posse aliquod describere, extra verum tempus eclipticum observatum, quo Deus scelus ab Herode commisit in celo abominari visus est. Nemo sanè ordinariam eclipsin jure pro portento habet, aut signo divino, actiones humanas scelere infectas damnante: sed prodigia lunæ obscuratio animos in admirationem impetrat hanc interpretatione hominum non foret aliena. Quia sententia admissa frustra fuerunt, quotquot per calolum eclipticum sibi verum tempus invalescentis mortis Herodis erendum putarunt: atque exinde sibi extincionem Iosephi quoad annorum regni Herodis calolum spöndent. 2. Quod si tamen quis haud alienum à superstitione vulgi existimet, naturales eclipses etiam portentosas, atque quibusdam hominibus lucrosas esse; poterit is esse contentus secunda anni Juliani eclipsi, quam viri docti in mense Septembri inveniunt: quæque aliquot menses paschalem anni Juliani XLIIII festivitatem anteverterat. De hac me docuit Sheffratis de Ant. Eccl. diss. 1. cap. 2. art. 1. §. 6. Ego, inquit, post accuratissimum calculum, à viro eruditissimo iniitum, comperto, duas hoc anno eclipses lunæ contineantur: priorem XII Martii (non XIII ut afferunt Ptolomei) horis post meridiem antecedentis diei undecime ad diuanum Hierosolymæ circiter  $1\frac{1}{4}$ ; digitorum prædictarum propter novem. Alteram vero eclipsim lunæ predictarum potuisse Hierosolymis die vlabente mensis Septembri, iusdem anni, nempè nocte sequente diem quartam, horis post meridiem ejus urbis pariter  $1\frac{1}{4}$  cum simili securatione digitorum pariter novem. Calculum lumen neganti demonstrandum est, aut tunc nocte.

psin talem, quæ ab hierichuntinis videri poterat, non  
 accidisse, quod calculus astronomicus dirimere poterit:  
 aut, quod ad sententiam *Codomanni* reponebat Strau-  
 chius, intervallum illud inter quintum Septembris  
 diem & solennitatem paschatis proximo anno sequentis  
 intercedens, nimium poni, eique Josephi textum ob-  
 stare. Verum, cum vir doctus nil quod obstat ex  
*Josephi* contextu producat; atque nos illud interval-  
 lum aliquot mensibus esse ampliandum jam probaveri-  
 mus, frustra iterum laborabunt contra hanc eclipseos  
 istius applicationem, à viro sagacissimo adductam, sat scio.  
 Ubi enim illud nimium? Morbus Herodis fuit latus, e-  
 tiam à quo incepit illi gravis esse doloribus, cui cedunt  
 hujus sententiae patroni fere tres menses: atque rebus à  
 morte Herodis gestis usque ad xv *Nisan*, quo Arche-  
 laus cum seditionis (Matthiae & sociorum cladem de-  
 plorantibus) in festo paschatis contendit, & cæsis ali-  
 quot millibus omnes in sua discedere edixit, dant qua-  
 tuor menses cum aliquot diebus: dicant igitur, qua-  
 so, quodnam interstitium per Josephi contextum, aut  
 datos characteres sit contrahendum, idque demonstrent  
 nobis, non ex conjecturis, sed solidâ characterum ap-  
 plicatione. Fortè hoc unicum eos fecellit, quod ipso  
 paschate inveniant mortem Matthie & Sociorum lugen-  
 tes, atque exinde putent luctus tempus non in tan-  
 tum à tempore mortis eorum posse removeri. Verum  
 etiam hic errant: nam quocunque se verrant, agnosce-  
 re coguntur jam tum elapsos fuisse dies luctus ex mor-  
 te Herodis: multo magis igitur eorum, qui aliquam-  
 diu ante mortem Herodis abierant. Non ergo illi  
 ut lugentes, sed ut cladem illam deplorantes censem-  
 di sunt, idque ex occasione, dum templum ingredien-  
 tes spectabant aut aquilam auream restitutam, aut

---

C A P U T   I V.

*De mense & die mortis Herodis, in anno Afric  
ptæ xxviii, definiendis.*

§. 1. **I**ceat jam nobis, ut satis superius demonstratum, assumere, annum æræ Actiacæ xxviii, quo cum anno Herodis à nece Antigoni xxxiv quinque partim anno Jul. xlii partim xlvi responderet, fuisse vitæ regnique Herodis ultimum, inter cuius ambitum desideratus ille dies & mensis emortuus quatenus est: hoc enim duobus capitib[us] anteriorib[us] adeo solidis nos evicisse argumentis existimamus, ut contradictioni nullus super sit locus, aut ansa. Restat igitur, ut pedetentim ad mensis atque diei definitionem prægrediamur, & denuo experiamur, quid ex characteribus, jam in prioribus simul etiam notatis atque confirmatis, ulterius eruere possimus.

§. 2. Characteres nobis indubii, tempus finis Herodis vitæ circumscribentes, atque ad certam anni impestatem restringentes, hic in antecessum videntur supendi, ut demonstratio evadat evidenter, atque ita saltē in anno æræ Actiacæ xxviii tempus statim inveniamus, quacum Herodis obitus sit componendus. Hi characteres quatuor numero in anteriorib[us] problemi sunt. 1. Quod ante paschalis ihsu solitum (s. quo

*Ari-*

*Archelaus*, ad accusationes apud Cæsarem responsus, Vari jussu ex *Iudea* trajecit in *Italiam*, Romani que ingressus ex patris testamento causam suam egit) *Herodem oporteat mortuum fuisse*; quoniam ante ista solennia exequiae ejus jam erant celebratae, diesque luctus observati, imo *Archelaus* in acclamationibus populi rex salutatus, & ob admisum ante testamenti patris confirmationem regis titulum apud Cæsarem fuerat accusatus: ut proinde tantum temporis ante illud pascha mortuus fuerit, quantum istæ res ante illud gestæ postulant, necesse sit. 2. Quod illud intervallum, inter mortem Herodis & proximè sequens pascha, *Iosepho* notatum, res contineat, quæ intra duos tresvæ menses compingi non possint; si illas legitimè expendamus, prout præcedente capite quadantenus ostendimus. 3. Quod tempestas brumalis intempestiva fuerit thermarum usui, quibus tamen Herodes proximè ante obitum suum usus legitur apud *Iosephum*. 4. Quod mors Herodis post eclipsin illam, à *Iosepho* notatam, & in anno *Asiae* receptæ **xxviii** comprehensam, non ultra duos tresvæ menses protrahenda sit: quia post eclipsin illam notatur morbus *Herodis*, ut ingravescens, licet lentis doloribus hominem enecans. Hos characteres assūmimus etiam, ut extra controversiam positos, aut saltem jam demonstratos; ut nihil aliud restet, quam experiri, quid per eosdem ad determinationem temporis mortis Herodis arctorem in anno ætæ *Aetiacæ xxviii* efficere possimus.

S. 3. Per primum illum characterem id saltem efficimus, ut à tempore mortis Herodis exclusæ compareant anni *Æ. A. xxviii* tempestates duæ ultimæ, vernalis scilicet & æstiva. In anno jam definito (qui est æræ *Judaicæ* 3758: incipiens à mense *Tisri*) prima pars mensibus *Tisri*, *Marchesvan*, & *Cislen* autumnum,

118 DE ANNO, MENSE, ET DIE  
altera mensibus *Tebeth*, *Sebath* & *Adar* hyemati,  
tertia mensibus *Nisan*, *Iyar* & *Sivan* tempestatem ver-  
nam, quarta vero mensibus *Thamus*, *Ab*, & *Eht*  
æstatis complectitur: cumque *Nisan* (qui mensis est  
paschalis) una cum quinque sequentibus ad tempora spe-  
cet, exsequiis Herodis posteriora, sequitur tempus  
Herodi emortuale intra mensem anni jam dieti primi  
& septimi, seu *mensem Tisri* & *Nisan* latitare debe-  
re, qui tempestatem *autumnalem* & *brumalem* compre-  
hendunt; cum *vernalem* postulet *Archelaus* ad *Cæsa-*  
*rem* profectio, atque *festivam* ille consessus Cajo præ-  
side Romæ habitus, in quo caussa testamenti Herodis  
discussa fuit, nec non *Archelai* cum titulo *Ethnarchæ*  
reditus accidit: quod ante annum Jul. **XLIV.** imo ærae Acti-  
acæ **XXIX** jam factum fuisse in præcedentibus evicimus.

§. 4. Demonstrata itaque ea restrictione, quæ nos co-  
git intra semestrem anni Asiae receptæ **XXVII** remanere,  
ejusque terminum non transilire, videndum ultra tempestas  
rebus narratis sit convenientior, autumnalis? Num vero  
brumalis? Jam per secundum characterem cogimur etiam  
in designando Herodis exitu brumam antevertere, dum  
quæ inter Herodis mortem, & sequens pascha intervenie-  
runt; plusquam trium mensum spatium exigunt. Incidit  
autem dies **XV** mensis *Nisan* (quo festivitas paschalis cele-  
bratur) anno Jul. **XLVI** in ipsas calendas Aprilis, à  
quibus si retro numerandos tres menses abstuleris, re-  
manebit ante calendas Januarias quærendum esse tem-  
pus, quo Herodes ad plures abiit. Ne autem sibi in  
anterioribus circa secundum characterem haud plenè sa-  
lissimum esse dicant adversantes: age sparsim dicta re-  
colligamus, aut omne tempus intercedens in duo parti-  
amur segmenta; ultimum à paschali *Archelaus* inter  
Hierosolymitanos præsentia (quæ fuit luctuosa atque  
ob

ob stragem inter tumultuantes tam sibi quam populo tristior) usque ad apparitionem inter Hierosolymitanos anteriorem, multoque latiorem, retro spectatam, quod ad minimum duorum mensium spatium postulasse afferimus: & aliud prius, quod retrocedendo invenias inter latam Archelai ab Hierosolymitanis receptionem, & Herodis deceplum, quod plusquam mensem integrum requirere facile demonstratur est; ut proinde Spatium trimestre huic intervallo adimplendo haud faciat satis. Sane à morte Herodis requirebatur tempus in apparatu ad pompam funebrem rege dignam impendendum, cui cedas hebdomadam unam aut alteram. Has sequebantur vii dies luctus, quibus absolutis Archelaus demum inter muleos applausus civitatem sanctam ingressus fuit. de hoc primo intervalli segmento, in hunc terminum exeunte, sic insit *Josephus Ant. libr. 17: 10.* Herodes quidem sic defunctus est. Archelaus autem per vii dies juxta patriam legem luctu parentis celebrato, & in fine luctus funcibri epulo multitudini præbito, in templum ascendit, & quacunque transiret, excipiebatur gratulacionibus ac fuisse acclamatiōnibus. Tum consensu suggesto, sublimis in aureo resolens solio, accepiebat latas & gratulatrices voces, favoris indices. Huc usque sc̄ porrigebat primum segmentum, ut monuimus aliquot septimanarum spatium exigens. Neque res intra alterum segmentum gesta facile se intra duorum mensium spatum compingere patiuntur. *Josephus enim (pergens in historiā) monet ob invasionem ita absque Augusti confirmatione solium, ac receptas populi acclamations Archelaum fuisse ab æmulis apud Quirinum Varum, Syriæ tunc præsidem, atque Antiochiae sedentem, accusatum, dein Varum tabellarium misisse in urbem, qui querelas istas & accusations ad*

Cæsarem deferret : qui ibi moratus donec responso<sup>m</sup> à Cæsare recepisset literas ad *Varum* redit. Hinc utatur *Varum* ad *Archelaum* mississe mandatum , quo iubetur ad Cæsarem proficisci , ut ad querelas & accusationes Romam de *lata*s respondeat. Quis ius , modo tempestate in expendat brumalem & mare clausum , illud terrâ absolvendum non videt eundo & redeundo vel solum requirere duoruin mensium spatiu , ut cætera non serupulosè sint expendenda.

§. 5. Per tertium characterem etiam *meum* Decembris ( quippe brumalem ) Herodis mortem anticipasse , atque adeò in tempestatem autumnalem incidi se evincimus : thermarum enim usus , quibus haud diu ante obitum suum usus est *Tyranus* , non aliam fert tempestatem , quam quæ à brumæ rigoribus libera est , & mediocriter temperatum aërem secum adfuit : brumam itaque ab hac tempestate exclusa , sequitur nullam in anno æræ actiacæ xxviiii relinqui tempestatem , quæ morti Herodis sit consentanea , præter autumpnalem.

§. 6. Quod si nunc ad quartum characterem descendamus , notando *eclipsin* , à Josephio notatum , à calculo astronomico ad diem v Septembris referri : statim dabitur nobis nova temporis circumscriptio , qua rationes tantum ab hoc die ad posteriora removere diem Herodi emortualem , quantum distabat mors Herodi à morbi ingavescentis principio ; aut quæ in temporis à combustione Matthiae & sociorum ejus decubuit : cumque latus fuerit morbus , illi meusis unus autem dandus est , atque vitam in altum protracterit autumnum fateantur adversantes necesse est Verum ut etius de lento morbi Herodiasti statuimus , ex Josepho tenendum paulo post missos ad Cæsarem lapso ( qui Antipati crunina ad eum deferrent , ejusque le-

tentiam referrent) in morbi Herodiani se manifestasse, caque vix innotuisse iis, quin turba Zelotum, hominis Septuagenarii fere morbum fore incurabilem credentium, aquilam auream invaserit, quos flagrantibus delicto comprehensos ad supplicium duci Herodes curavit. Constat porro ex eodem Josephio ante Herodis mortem, postquam ab infelici thermarum Callirrhoënsium usu deterior nederat, legatos Româ reversos cum literis appulisse, quibus parenti in filium statuendi ut vellet plenaria concedebatur potestas: unde patet, tam diu fere morbo isto laborare Herodem, quantum temporis in ista ad Cæsarem legatione impenderant isti Herodis emissarii: quod duorum aut trium mensum finisse ad minimum longioris itineris ratio exigit, & difficilior saepe ad Principes aditus, antequam de rebus alienis quecumq[ue] definit. Proin probabiliter nosducimur ad mensim Novembri, ut Herodi regi emortualem.

§. 7. Plura cum ex Josepho colligere non licet, qui mensem atque diem mortis Herodis non præcise definivit, commode nobis obvenit locus, in libro Judæorum titis antiquo conservatus, qui mensem atque diem desideratum plane definit, ut amplius hariolari haud opus sit. Titulus libri est *Thuanith*, quem ex editione Basileensi possideo, quæ eum unâ cum aliis quibusdam libris rem chronologico-historicam ex mente Judæorum tractantibus (quales sunt *Seder olam rabba*, *Seder olam Souta*, aliquie) conjunctim impressit. Numerus eundem in lingua Latinam translatum & notis auctum edidit vir *C. D. Meyerus*, in Academia Gelro-Velavica S. S. Th. Professor eruditissimus. Locum, quem respicimus, sicut *Eduardus Lactatius* in suâ Chronologia jam ante notarum, vix invenerat *C. Uffius*

## 132 DE ANNO, MENSE, ET DIE

rius, qui approbat eundem calendis suis, atque ex eo transiunxit Herodes VII regnus Cilicia diem fons obitio, qui, cum anno Jul. XLII, seu A.D. regnae XXVIII incidat in XXV Novembris, tempore 5 viros rei chronologicæ peritissimo, cum aliud die anni Juliani predicti compunctur. Habet quoque vir Iustinus inter Pontificios sequaces illustriss. Noris, Cardinalem, & doctissimum Soteristram. Argumentum noscimus Iudei illi per totum annum, singulisque ejus mesis, dies non solum notare feriatus, sed et renunciales, remisque præteritarum memoriarum frigiles connumerandas atque sic suo loco monet aliam VIII regnum Cilicium tempore fuisse dictam letariæ, ob letariam tamen tam Regis Herodis memoriam, cuius regnum pugno. Iracundo grave fuerat. Sine hujus hanc testimoniis illi efficiamus, numquam foret rei tam originis nascillans suspicanda determinatio: ut prouide providam hinc sollicitemur Dei manum, quæ nobis hoc Iudeanum confirmavit testimonium, rei hastenus indegitate characteribus adeo consertaneum, ut vel huc se maximopere commendet. Habet nam Christiana fides contra Iudeam, incertitudinem in determinando anno natu Christi nobis obstantes, ubi pedes figit, dico in hoc avum inventus, cuius ope rem ad eum difficulter & impeditam reficeret atque resolvitur.

§. 7 Verum, ut aureum eum locum felicitatis videmus rei factoscesce, age eundem turpum hic representatum ex כתלה תניירת פה יט ix, seu כתלה תניירת פה יט ix, ubi dies feruntur mortis Cilicis recentiores atque determinantur. Verba ad noskram eundem faciemus ut et hebreo ביה יומם נבב שפט רוחות טפש כתלה חורוזים שונא את החניכים. שעתה תלה

חיא לפני הקום כשחרזים מסתלקין מ

- העולם ענאנר האלים גם יד האלים
- חיתר נס להצטנו וכתב וייחי כאשר תמו
- כל אנשי חלום לטרת מקרבהם וכותב
- ורבך האלים אל לאזר וכן הוא אומר איש
- טיב זה ועל בשורה טוביה ביא ואומר ויצו
- מלך את בניו בן יריזן יונגן בו ויסתחו וגנו

**וכאותו ה' טהרה הדרום ענאנר ים**

Q. **טיב** *luperus de dies  
fit letitiae, ergo dicitur sicut erit Iudeas, quando die  
hunc uerat Herodes Epiphantes: gaudium enim est oram do-  
minum, cui exinde deuictis in rebus, quoniam terribiliter est  
eternum regnum suum factum accersus est, ut interfirent  
sec. (sc. de medio euangelium). Scriptura quae est:  
po' quam uitem sororij ceterant pugnatores &c. Iter-  
rum scriptum est, & locutus est dominus ad eum dicens,  
etiam sic dixit ille (Rex David) vir bonus est & in bo-  
num nunciam venit. Dixi tu quoque, & recipit Rex  
(Salomon) Benaya filii Iuda, & irruit in eum, &  
interficit eum rex & in eum dixit, quod mortuus est  
Herodes, institutum letum dico. Mors itaque Herod-  
idis, in eum diem incidens, notatur causa mortis, ob  
quam eum cum felicio gaudio transfigunt iudei; utque  
id recte fieri probent, plena testimonia testimonia, qui-  
bus id comprobetur.*

§. 9. Neqais vero hoc libri testimonianc elevere au-  
sit, aut Iudicas inter fabulas referre, scendum quo-  
qui est ejus tractatus auctorem mortuus inservit autorita-  
tis uicem; cum nomine R. Eliezer, ben Chama, ben

Ezechie, ben Garen. Ille cum locis iudeorum  
*Channe* patris mandavit litteris, anno quartum regni  
 ubique excidium circa ultima Republicam Iudaicam exca-  
 xerit, etiam circa illud tempus opusculum hoc confi-  
 uit ex ipso libri huius cap. 12 coullas, unde coniunctus  
 authorem lucum annotationum Iosepho fuisse coni-  
 poraneum, et proinde testimoniunam hoc, ex illius  
 randae antiquitati forte deritakum, omnius inde die  
 esse. Cl. *Selennus* in suo de synedrii opus com-  
 licet antiqui operis esse expostionem probat. Item  
 am traditionis huius genuinam antiquitatem planius  
 affluit. *Her* 3 cap. 13 „ *Narratio Megillath Thaamith*  
 „ anith obiter citata solet Rabbinis codicis illi. Alique  
 „ ut titulus impressus haud alius est, tradidit enim  
 „ citur explicit *Megillath Thaamith*. Sed nullus illi  
 „ potius reverens *Muraish*, seu exppositio *Yeshua*  
 „ *Thoris* eisdem tituli. Etenim in coquaque contra  
 „ nomen illud simplex, ut alterius libri, quoniam huius au-  
 „ tor sequitur, titulis, ut *כְּנַגְלָת תְּנִינִית*  
 „ *scriptum habetur in Megillath Thaamith* cap. 2 de  
 „ die 14 Iulij, seu pachate secundo agitur. Et cap.  
 „ 11 כתוב בMegillah, *כָּל כתוב בMegillah* omne quod scriptum est in  
 „ *Megillah*; circa luctum & ieiunium, ad hanc vel  
 „ illum modum intelligendum est, quod plane ad *Megil-*  
 „ *lath Thaamith* referendum. Atque ad *Yeshua*  
 „ mensum & dierum eorum festorum adponitur a nos  
 „ bus, ut authoribus, *Megillah* illa contemplari hunc  
 „ מְלֹתָה הנִזְוֶת סְעִוָּת שֵׁל רַב  
 „ *Shabbat* קָרְבָּן חֲנִינָה בֶן חַקִּירָה בֶן גַּרְוָן כתבו  
 „ מְלֹתָה תְּנִינִית” & quiescam scriptit *Messala*  
 „ *Thora* il. ? Cestus Iesu Scholast. R. Litterar. ser.  
 „ Chac.

„ כָּל כתוב בMegillah, *כָּל כתוב בMegillah* omne quod scriptum est in  
 „ *Megillah*; circa luctum & ieiunium, ad hanc vel  
 „ illum modum intelligendum est, quod plane ad *Megil-*  
 „ *lath Thaamith* referendum. Atque ad *Yeshua*  
 „ mensum & dierum eorum festorum adponitur a nos  
 „ bus, ut authoribus, *Megillah* illa contemplari hunc  
 „ מְלֹתָה הנִזְוֶת סְעִוָּת שֵׁל רַב  
 „ *Shabbat* קָרְבָּן חֲנִינָה בֶן חַקִּירָה בֶן גַּרְוָן כתבו  
 „ מְלֹתָה תְּנִינִית” & quiescam scriptit *Messala*  
 „ *Thora* il. ? Cestus Iesu Scholast. R. Litterar. ser.  
 „ Chac.

„ Chayim , ben Eortiah , ben Garon scripsit  
 „ Megillath Thaanith . Hec sane ex ipso codice satis  
 „ indicare videntur , opusculum ipsum confectum fuisse  
 „ ex libro alio sic dicto , in quo dies illi denotantur  
 „ festi , & ita hoc origines eorum fuisse a Thalmudi-  
 „ cis explicaret , atque ita Megillah velut Rationarii  
 „ locum suppleret Quo quidem , ut argumentum  
 „ minime leve , spectam , que in Gemara Hierosoly-  
 „ mitana occurunt , de cœlumine , seu in defunctudi-  
 „ nem abitione : — Megillath Thaanith , quam  
 „ tangunt R. Gavriel ben Zecharia , & R. Asarias  
 „ Edomitanus . Sed vero etiam ante tempus Thalmidis  
 Hierosolymitani liquet nobilissimum fuisse , tamquam  
 in defunctuorum fœtus futurum ejusmodi oponium ,  
 seu ullorum , quæ illuc famul ira concrecentur , ob-  
 servacionem ) et authoritate publica evanuisse .  
 Ubi enim in Gemara illi dies aliquot festi jure su-  
 perinducti tantum novi tractantur ( vide ad tit.  
 Thaanith cap. 2. fol. 66 - 1. l. 13 ) nec interim  
 observari tunc dicuntur , adjiciuntur , disciplinam de  
 cis amplexandam fuisse , atque obtinuisse

עד שלא נבלת חנויות אבל משבט לה

מגילת תעניינה בטל כל אלו

diu nondie evanuerat nec absita est Megillath Tha-  
 anith : sed a tempore , quo absita est Megillath  
 Thaanith ( authoritas licet ejus omnimoda ; licet  
 ob reverentiam legi soleret , & festos dices aliquot , ut  
 dedications , Nicronis , sortim allude vias per  
 se retinentes exhiberet ) evanire omnes illi . Ubi  
 R. BA Tamet absita est Megillath Thaanith ,  
 nihil minus De festum & illius sortim per-  
 petua manserunt . Tantundem illic , alibique in ea-

„dem Gemara (ad tit. Magillah cap. 5. fol. 70. 3. v.  
„Hal. 6.) sepius ex Gemariconian utr., ut incolumis  
„tum pronunciatur. Unae illud R. Jacob Bar Adra

„בְּתַל יוֹם טִירֵוֹן Tiriam dies ultorius est. Babylon  
„mag autem Gemara „**כָּנִיקְרָת תִּעְנִירָת**, aliud  
„tit. Thamith cap. 2. fol. 17. 1. 15. 2. tellura  
„terra recenset, non semel ciuitas: inoleverat enim  
„antiquitus, ut in Hierosolymitana vocata, dies  
„Hebreos frequentissime instituisse festos de omni  
„cia præcellenti & miranda innumere accepit, quia  
„postmodum parili auctoritate in numerum multo  
„trahiorem, ut in calendario, redigebat.  
„sententia interim apud Hebreos *ante diem* die  
„servandis pretermittendive festorum illum, quia  
„ex iure superindicto, nec ex legi lucis dissoluatur,  
„observatione, ut videlicet maxime in sombre Hiero  
„solymitanus superius memorans. Et cum dicto  
„codicem illum, quo impresso unmar. anno inservientib.  
„*Megillam*, sed ejusdem explicationem sustinent.  
Haec tenus Seldenus, atque hinc ad nullum sequuntur  
ex quibus concludimus & tellurium auctoritatem satis  
ratam, & Herodem mortuum fuisse anno Jul. 51. id est  
die mensis Cilli. VII, seu iuxta calendarium Romanum  
num xxv Novembris, quod nobis erat denotatum.

## TERTIA PARS

*De vero nati Christi tempore.*

## P R E F A T I O.

*Quare Euangelista annos Herodis aut Augusti in descriptione nati Christi non apposuit?*

§. I

**N**on notiss. quicquid utrumque Euangelium *Mattheum* & *Lukanum* rebus auxiliis, in modo ratione Christi cum aliis Herodiis Regis componeat, ceterum dictum, mense, & dies nasciturus ejus minus sollicitus. Vulgatus est quatenusque gentium nos, rerum gestarum historias, quas describunt, ad tempora Regum & Principum revocare, sub quorum imperio res gestae sunt: non tamen semper id curant, ut cum eorum annis numerantur compositione. *Guminales Herodis* natale omnes tropis indebet compositione Euangelium, fore propter dubium (idest, dupicum) regni ejus epocham & etiam haud usile censemebant annum decreto *Serious Romanum*, ubi à nec Antigoni: ut illam confusianem evitare potius duxerint. Dein notare oportet, quid Herodius her. sic notaverit uterque Euangelista, non ad temporis articulum definiendum, sed ad adventus Christi indicandum: quasi dixerint; nondum dictum est *Herodis Rex Iudeorum*, v-

rum

tum adhuc in viva & superflua erat: quando oportuit  
& in tempore Deus misit suum iudeo, regum ultimum  
præconem, & futurum Regem, ad eum prædicandum  
deum postea Republicæ Iudæi inservienti in transi-  
ditate debuit.

§. 2. Neque sine quis à Lordi annosquatu, unde  
imperii & Legi exiit. Nec cum cap. 3. 1. anno  
xv Tiberii nasciunt, & cum principio ministerij Iohanni  
composita est, non tam puerorum condonari sic  
fuisse rationem, nam Augusti solus cap. 3. 2. &  
occidua sit, quoniam Enarratio illa nar-  
ratione hunc quisquam temporis habuit rationem, sed  
occiduum voluisse exprimere, qui & gravidae virginis  
Bethlehemum concedere coepit, ut iusto & loco finire  
pareret: quod faciebat ad hoc circumlocutionem. Ita  
enim (utrum domini ad civitatem Davidi ipsius occi-  
dulorem volens) describuntur Augusti ut invictissime  
providentia organa ulli, cuius edictio: haec milio  
imperatore, vocaretur illa ad locum, narrare Cœlestes  
per prophetam definitum. Quia sicut illa defini-  
etiam faciat ad tempora notandum circumlocutionem / na-  
tum per accidens fuit cœstum illi. Huiusve  
gentium Judæorum speculari, quod corpus / ex omnibus  
gentium more, cum Principe genti quale tenet  
componitur: certum additur Augusti mentio, hisque  
cum ad oportunitatem saluentis Cœlestium, alacri-  
tate quid amplius iure requiratur. Nescimus Tiberium quoniam  
annis sy postmodum mentitionem fecit, nonnulli quoque  
factum, quando Hispalensem præfectum in Judæum  
fato, illa terra præfecta Cesarea fuit sine aliud, non obstat:  
cumque summa præstabilitate Judæi in hec Cœlestes  
devulsi fuerat, qui Princeps genitoresque / non habu-  
t, & bona Republicæ evigilare, ut Tiberius am-  
p. 200-

tempore, quoniam principium Euangelii fuerat conditum.

## CAPUT I.

De anno, mense & die nati Christi ut erudiantur.

§. 1. **S**i uidetur cum abusari, menseri, atque diem Herodi emortualiter in luce collati esse nobis videamur, ut extra ordinem calculationis, item positum sit Herodius, Iudeorum in diebus Augusti Regem, vitam cum morte communisse anno ave fale alie die Novembris xxv. Refutat jam ut experimatur, quoniam ex hoc solo principio, cum historia evangelica collata, pingredi licet ad verum & iustum nonnulli tempus crucifixum, hoc enim nihili problema summi exanimandum, sique fieri possibile sit, demonstrandum, ut Herodius anno, mense, & die Herodi emortualis, incrementus veritatem manens, mensuram dies tempus, quo Jesus ex Maria natu, atque ita humanum generi ut Salvator orbis exhibitus fuerit. Quod ut feliciter probemus, inquirendum in eos characteres, qui ut siveque vitam compatiunt, & synchronismum utriusque manifestant.

§. 2. Historia euangelica, quae Christi nativitatem euque insannam describit, in Dicem nativitatis Jesu componit cum diebus regni Herodis. Matth. 2:1 legimus: Τοι δέ είστε γένη μετανάστες της Βαβυλωνίας, οὐ ήμεροι Ηλία τον προφήτα, οὐδὲ, καγκιστας χαροποιόπαρεγένοντο εἰς Ιερουσαλήμ, λογούστε. Περείνο τεχνες βαθι-

R

λευ

scit τὸν Ἰωάννου. Ies posuit se subīs Herodis regi Jesus & natus, & Magis inde Hierosolymitano quatuor.  
 Quae compositione efficit, eos a vero tempore rati  
 Christi abserere, qui ejus nativitatem Herodis a morte en  
 ciunt postenorē, per hanc enim visus estemur recte  
 est, ut Iesu anno vix Novembri anno ful. anno  
 Herodes decollit) natus fuerit. 2. Deinde annunciat  
 diem mortis Herodei vni die ultro eallū Canticū  
 Egypciū compōnit, «Mātēr a deo dñe... ante  
 hunc modum loquit̄. Tunc ad eam dicitur  
 Apparuit uero nos tuus puerus te laudare aperies,  
 ut... puerus tuus dñe in terrā salutis uocet. Aperies  
 regem Hierosolymas. Tunc dicitur puerus tuus  
 tu dñe. O dñe redde regnū tuū, sed tu puer  
 autem, sed nubes de te regnos. Moyses statim faciebat  
 eore angelus domini apparet. Iosephus puerus  
 & Egypcius, duces ramū forceserū dicit puerus  
 matrem ejus, & uide in terra Israelli, iudeorum  
 sunt querentes animum pueri. Ille seruū ducen  
 rat ac epiit puerus & matrem ejus, utque dicitur in  
 libro Ioseph. Ille nequit alio archetipi, inaudito esse  
 quatur interlinium, non inter monstra Herodei, illi  
 que nūficationem, Iosephus angelus mandat eam fuisse  
 quontiam vocula illa erit ulique in laetiō brevi  
 significat. Ne vero res cognitio illius diffenseret  
 tempus, quo fama rumorem in Egypciis propagari  
 Deu: Angelum misit, qui morti herodis puerū remis  
 sionē amissam dedidit Tyranno, cum iosephus  
 in Egypcio degente, comminacere & palpitare sollet,  
 quippe nullus ad necessarium illius del  
 temporis intollerabentē indigebat. Inducte haec affi  
 ca facta, homini ac defunctus erat Iesu. Angeli  
 tamen nomine vulgarem Iosepho indicavit. N.

rum Divinorum illi regum, mons Herodis intermixtus,  
Josephus vel qui factorem suorum negendi in Aegypto,  
non etiam de vestris tempore flauendi ut ex anno  
mū am coenatus & verba plūe cui rediuitus inservit,  
atque ex somno evigilatus statim & lo-ro lungere, que-  
num cum mare occupare & in terram Iudeam reducere  
deinceps ante mandatum a quatuor iugis ad redditum  
Inscriptum qui quin interius interponendum - non  
teneat nec perturbe propter primum Josephus obliquum, qui  
dicunt, non caput eius in reliqua, nullam mortem  
factam, accepto puerum & matrem eum, atque  
vixit in terra Iudea. Postea dictum factum - non  
percepit obsequium Josephus, quia ad primam evigila-  
tionem & principia fortes, neque & fidei suae cras,  
qui accepto cum matre pueru auctoritate ad redditum,  
apud eo quo die in terram Iudeam contulit. Hicve  
proinde locis perpallit condicantis, mortem Herodis  
affirmant, sive habitationis Christi in Egypto inci-  
dile in cunctationem - atque adeo ut Novembre an-  
ni ful. 10. 1. filii ultimum diem exili Aegypti, ar-  
que loquentes dies 20. & 21. November fulle primam resi-  
tua. 3. Iustissima etiam historia facta praecepsu[m] mila-  
bacionis Transactum, quam Iudeos postuleb[us],  
cum principio regnum Archela, Audieramus iterum  
Transactum, editum coram desiderentem. March. 2:  
22. 23. Absit. 3. In Aegyptu[m] habuimus. 24. Iudeas  
autem Regis regnante, dicitur nos apostoli. Pre-  
parabat. 3. autem, subiectus est ad iugum Γαλιλaea,  
Kai iudeas natus circa anno secundum decumanum. Cum ce-  
re, audiret quid archibus in Iudea, hoc Herodes paten-  
tas misericordia, inquit ab aliis, admodum ratione in  
fuisse, posset in ponte Galliae, & habitare appellari  
in rivulis, quae曰ebatur Nazareth. Ex Josepho

132 DE ANNO, MENSE, ET DAE  
confiat Ant. 1.17. 10 Herodem suum in exercitu  
mitem fons mortalitatis augebat Herodem (quem prius  
tabulis regis successorem denomi-  
nabat) Galilee & Peraea Territorium invadente. Hoc  
verbi Archelaus Iurgitum finit. His iugis ex  
ex parentis testamento Regis confirmata. Ita  
Herodes obiit. Reges ergo quoniam post  
Regis morte regnatum filii eius colliguntur  
nisi final de Herode mortuo. & ceteris R. non  
nam vulgo. Hunc Josephus, tertio libro eiusdem  
gressus, regem creatus auctoritatem suam Herodem  
tristis Iudeam concedit, atque in Galilee & ceteris  
ex testamento factus erat Iudea & Iudaeam auctoritatem  
petit. Huiusmodi Iesu in Nazareth primi apud  
initium compunctione cum istam regni archelaus  
consequente etiam cum iuncto percepit. Item  
& quantum hic huius terminis ducere coelestis  
propto, ut Nazarebam abierint, ibique primum Iudeam  
collocaverint, necesse est, ut regis archelaus  
fuerit ille ipse dies, quo Iudeam Iherodion regnau-  
it, ut dicti inveniatur alios. quo Nazarebam Iudeam  
gressus, non plus aliudetur a primo. Ante illud regne  
dixit, quam teneris ultimis a primo.

§. 3 His chrysostomus ha. pergenit. per annos  
prohibemur cum illa ferent, qui nazarenos Christi pro  
annis Jul. 80. 11 dicti Novembris ex collaudandum  
statuerunt, qui tam plumborum istorum erit, multo  
re passandus, quicquid tot viros duos eis. Hoc  
tempora overtere non contum, sed & canere inveni  
tuebar. Quibus leviter invocauit etiam vulgatum & non  
abstrecte: ast qui in monachis non alligeretur  
quod occidit, efficiunt reveres Christus post Hoc  
morem & initium regimini archelaus dicitur quoniam

fuisse, quoque ita distractores a spiritu mundano hunc  
 quicunque obsecravint. Ecce *Jacobus Capellus*, natus  
 tamquam Iudeus anno anno Domini antevixit, quoque  
 natalia Christi ad annum Jul. XLIV apponit. Etiam  
 patres *Eusebius*, *Clement Alexandriae*, *Epiphanius*,  
*Tertullianus*, & *Floridus*, qui ea ab anno anni  
 Augusti (qui vero ab subjugante Egypto) referant, hoc  
 est, ad annum anno Jul. XIIII successivum. Ita dicitur  
 etiā *Chalci* in suo anno cum 24 Decembribus componeant.  
 ut plenum, ita cum 17 Novembris ut *Clement Alexandriae*,  
 ita cum eiusdem Octobris ut *Scotius*, ita  
 cum quatuor aut sexto Januarii, ut *Lauderius* cum  
*Epiphanius*. Quinque hi omnes per collationem chronico-  
 rum excluduntur, nulli autem festis annis post mortis dif-  
 cultiori relinquuntur prioriter coram, qui epocham natu-  
 rum Christi querunt in anno Jul. XI, ut *Johnius Rupke-*  
 ris<sup>1</sup> aut XII ut super ex nostris *Boschius* & *Schiffra-*  
 tius<sup>2</sup> ex pontuatis vel partis in anno XI-II Jul. ut nos  
 emittamus. hoc anno existens hactenus, quod dies  
 aliquis mortem Herodis (ad eis xxv Novembris) ante-  
 cedens sic erubendas, qui iustum inter circumspicuas termino-  
 nam relinquat ipsorum, impote hinc axiomatici tenent,  
 quod dicit *Ob perpetratum post Iuli incarnationem &*  
*epi. a Magis celebratio adoracionis* ab Herode Alca-  
 loni insatiosum, mortuus & dicti Christi ostendit  
 post mortem Herodis differri non posse. Quantum au-  
 tum temporis epocha Christi antequare epocham Ar-  
 chelaic, Herodis in regno incoffora, necessario de-  
 bimat & nobis explorandum est in progressu. In gene-  
 re mortis natalis Christi incidisse in ultima Herodis  
 tempore, non post mortem Herodis Christus iudas ex  
 Aegypto adhuc in zelio describanus. *Matt. 2-20.*  
 que vero apud Evangelistas plerunque de etate tenera

§. 4. Principia autem nostra diligenter accipimus  
aut ex eo, ut nunc poterit terminari, quoniam interro-  
tare non licet, invenimus, ianuam per locumque  
temporum characterem pectorum sicutum Canticis Genesim  
qui infantia gestis non disponere, ut comparetur etiam  
in Egypto, & habitationis Netherlandis, non habet  
dignum Novembre nam non circuere possit, sed  
communicatio Augustinis modice posse in datus pro  
dicti non Novembri, & primus redit in frequentem  
soezi Nooyensis, cum primo regni archetypis conser-  
varentur. Prostis post annis confusa ficeret, & magni-  
tudinis præsidium Iuli accepit, quem cum annis excepit. Aut  
pro reditu magister debet etiam festum sicut pri-  
mum à meo Christo dicat, & ultimum colligatur post  
ei, vero anno, si enim pulchri absolvitur. Atque  
hic intervallo suo tempori includendo minus in modum  
dissentiantur interpretes, nec certa habentur responso  
in qua scrupuloso tales. Sunt tamen Christiani limi-  
tibus huius, cum paucum Egyptum ingredieretur, atque  
de jure ea loco Martis 1. ad colligunt annos  
nunt, ubi rectius dies de Hyscide, antiqua anniversaria  
talia sunt, rite indecum non satis, sed rite annos  
duos adhuc, & deinde annos etiam postea  
alios. Multo plus interroga amplexus precordio, que  
runtur in Beylekerum, & in annis festis qui  
annum ex infra, nescia tempus, quod secundum vobis  
explicetur. Huius anno annos etiam ad reges re-  
ficiunt, quos alii ad duos, illi ad tres, annosq. ad  
leptum annos præcedunt. Ex amicorum Beylekerum  
fusca Bibliotheca Vaticana evocata a Schefferi  
& ceteris, quibus de hanc origine tunc dubitatur.

1708. ad annos 100. R. Ruperti capitulo viii. 70. translatum. Hoc anno. Cui Antipatrum. I. et. Christi auctoritate. carnationem filium ad magnum adventum suum. anno duci et a fratribus. Fragmentum agniti ad mortem Herodis filii Antiphonis anno 165. Hunc calendarus missellum spanningit postulat inter Chrysostomum patrem et Herodem. mortuum. Fragmentum aliud ex eadem Bibliotheca edictum differentiam sive faciem. Quod. transversum. Herodis a fratribus. ut etiam pater est natus natus. Mortuus igitur est Herodes quem. Dominius noster fecit omnes beatitudinem in carne. Verum alia contra numeros immundus. valentes. Alius auctor adversus ave. dies purificatio. nis. atque inde Iesum nuper natum conspexit. & exilio Aegyptiaco cum Eriphaneo liber i. her. 20. non ultra duos annos conobidit. Horum authenticationem ratione non esse nequam existendam vel inde confundit. quod antiqui illi patres non consentiant inter se. quodque sint alii non manus cruciferi. qui differentiam illam valde contrarerunt. Sic Agathochor. infanticidium Herodis laud longe ab Antipatris ostendit. ita ut utriusque sibi simili ad Augustum anno perveniret. ille enim Samaritanus libr. 2. cap. 4. narrat fragmentum. cum audiret rex eum. quod in Syria Herod et Regedonius rati honoratum fuisse apparet. filium quoque eius occidisse. decidi. multo est Herodus patrem quoniam filium esse. Quem quatuor Herodis filium hic præter Antipatrum. quanto ante ejus decollationem dic occidimus. intelligere posuit? quid Iacobus transiit Italianam reuersus. volens ita cum infantinibus emigraret. ut deinceps Iere cuius ideon terminus exculse decenteret. Adiuuan Lufibrium H. E. libr. 2. 8. differenter habet. propter flagrum infantibus illacem. ac infantes filio dei multa tristitia. Herodis Tyranno divinitus immissari hodie plo-

gim , que hunciem ad extremum siveque rursum ad extre-  
mum exstrectivit . Graeca ita fere habent : οὐαὶ τοι τῷ  
Σωτῆρι δικιόν , καὶ τοι θάνατῳ οὐτε τοι ζωήν πολλήν  
καταβάσιν οὐτε τοι μάκρην μέγαν . Vide utique Es-  
sebium illud infantissimum , Magoran admodum pauci-  
mē fecutus , proxime cum morte Herodis miscellans  
componere , proprieatem in ejus mortem terminans . In tanto veteram dillēnsū agitare om̄dī audiret nāc in-  
manū op̄petet , ut nos rationēm ratiōnēm solamne  
que inquiramus , quid res ip̄s̄ p̄cipiat . Qui diem  
mortis Herodis sexennium anticipat , illi circa dies  
 anni Jul . xxxv i initivitatem Christi collosas dabentur  
qui quinquennium , in ultima autē ημέρᾳ inserviant  
Quadiennū differentiam volentes , ultro ab invicem  
sibi tantum pro epochā ætæ veræ reliquæ volunt . Hoc  
differentia triennii annū xxxix , bieunū m . Indic  
mū annū xl i indicat . Sc̄ tantum tempus enim mi-  
niū regnū Arch-lai ponendū est epochā anno Christi ,  
quantum quis attribuit adventū magniū de zodiacū  
Egyptiaco simul sumptis . Qui autem tempus alio  
præstatuit , in multis se quoque diffinētūs pos-  
sunt.

§ 5. Ut nōs itaque ex istis tenebās nihil impedi-  
mas , adhuc quartas addendus erit clausura , delo-  
mēndis ex tempore purifications , quo iustus in tem-  
plo deo consecratus , Simonis & Heliae laudibus ex-  
cepitus est . Ex lege de pueris contumacis et non ob-  
ficiis peccatis , dies festi impuram hunc tabernac-  
li aliusq̄ 13 dies federe debuisse in singulare pueri  
tabernacula - adeo ut ante clausorū quadriginta dies oī rur-  
sacerdoti aut sanctum aliquod attangere , aut si fannianum  
sonderet - contra isto ut clausis , si ad sanctum con-  
coccantia admiceretur , remitteretur iuicinaria adi-

cere, & cum eo ad sacerdotem accederet, qui eam expiet. Vide Lev. 12: 2 - 6. Jam verò Lucas testatur Luc. 2: 22. Quod Maria cum dies purgationis ejus impletū essent, adscenderit tē δοῦναι θυσιαν ut victimam daret, juxta id, quod dictum erat in lege Domini. Hinc colligo, diem à nato domino fuisse quadragesimum primum, quo Maria sacra fecit, atque cum in finem infantem Jesum (ob primogenituram quoque sanctificandum) eodem quoque die in templum fuisse introductum, nec non Simeonis & Hannæ laudibus manifestatum.. Hoc autem tempus euangelista proximè conne citit cum principio habitationis Nazarethanæ; nam ita legimus Luc. 2: 39. Καὶ ὡς ἐτέλεσαν ἀπαντα τὰ κατὰ τὸν νόμον κυρίων, ὑπέρεργα εἰς τὴν Γαλιλαίαν, εἰς τὴν πόλιν ἀντὸν Ναζαρέτ. Cumque omnia perfecissent, que juxta legem domini facienda erant, redierunt in Galilæam, ad civitatem eorum Nazareth. Hic rediisse dicuntur in Galilæam, à quā toto puerperii tempore absuerant, ut hic demum fuerit reditus ad sua: quando descrip tio oecumenica eos Bethlehenum vocaverat, ex Galilæa adscenderant in Iudeam, neque redierant in domum suam, nisi post sacra puerperia peracta. Fuit ille reditus cum pristinæ habitationis continuatione; quia ad suam dicuntur rediisse civitatem, ubi, ut est in sequentibus, excrevit Jesus statura. Istius autem renovata habitationis initium componitur cum peractis in templo sacrī: proin Hierosolymas egressi Nazarethianū repetunt à puerperio, unde ante partum adscenderant; cumque distantia locorum utriusque urbis vulgo intra triduum absolvatur, oportet, ut præter propter quadragesimo quarto à partu die illam habitationem cum Jesu in civitate Nazareth inceperint, seque ad quietam vitam ibi degendam iterum composuerint. Fateor;

esse viros doctos, qui existimant locum euangelistarum non esse intelligendum de immediato reditu in patriam, sed volunt totum tempus exilii Aegyptiaci à fugâ usque ad reditum esse interponendum, volunt enim hæc sacra puerperii tunc peracta fuisse, quando Josephus fugiebat cum infante; credentes, non in Galilæam rediisse eos, sed in Aegyptum properasse, quantocujus debitum deo munus obtulerant. Verum, quantam talis explicatio textui vim inferat, oportet ut ipsi apud animum sentiant, qui eā utuntur. Non dicit Lucas simpliciter & redierunt in Galilæam, sed ὡς ἐτέλεσαν . . . ὑπέσπεψαν, quando absolverant officium facere . . . redierunt: non diu post, sed cum sacra fecerant, atque soluto debito templum atque oppidum illis esset relinquendum. Sanè non aliter loquitur scriptura, quando proximam & inmediatam rerum consecutionem & connexionem describere in animo habet. Qui illam expeditiōnē obtrudere vellent sunt τῷ ὑποθέσει δηλεύοντες, dum si nō ullā auctoritate fugam necunt cum purificatiōnis sacris, & sacrorum finem cum ulteriori fugae promotione in Aegyptum: quod merum est figmentum, cuius in euangelio nec vola extat, nec vestigium. Ac proinde manet quod diximus habitationis Christi in Nazareth primordium esse componendum cum XLIV. circiter à nativitate ejus die.

§. 6. Conferamus jam ea, quæ per characterem tertium & quartum eruiimus: tertius me docet primum habitationis Christi in Nazareth diem concurrere cum initio regni Archelai, componendo illud quoad primum diem cum die primo itineris, ad reditum ex Aegypto in patriam suscepti: pone verbi gratiā in isto itinere fuisse insumptos decem dies, sic epocha habitationis Galilææ notanda erit ad decimum vel undecimum

Arche-

Archelai diem , seu quod idem est , ad quintum aut sextum Decembris in anno Jul. **XLII.** quo die per quartum characterem illuxerat **XLIV** à nativitate Christi dies : quod si ergo à quinto aut sexto Decembris retro numerando demas dies **44.** inveniēs verum tempus nati Christi : est autem **X** Decembris à calendis Januariis **339 - 44 = 295** qui est Octobris dies **22. a.** Atque ita invenimus annum nati Christi **XLII** Jul. ejusque mensem *Octobrim* , & præter propter diem .

---

## C A P U T II.

*Sacra puerperii die à nato Christo **XLI** oblata , post mortem Herodis fuisse celebrata ex collatione locorum*

*Matth. 2: 22. 23. & Luc. 2: 39.  
demonstratur.*

S. I. **P**endet ergò totius causæ definitio ex hac thesi , quod nos sacra puerperii Hierosolymis in templo oblata fuisse non ante Herodis mortem , sed paulò post eam (quicquid in contrarium velint interpretes) statuamus , atque nobis demonstrandum sumamus : seu quod idem est , non ante fugam in Ægyptum , sed proximè à reditu ex Ægypto sacra illa fuisse celebrata inter egressum ex loco exilii , & ingressum in Galilæam , ejusque civitatem Nazaretham . Hoc exigit locorum *Matth. 2: 22. 23. & Luc. 2: 39.* collatio . Uterque locus agit de *Josephi* cum *Mariâ* ejusque puero reditu in civitatem suam , & ingressu in urbem *Nazareth* tan-

quam locum educationi Christi destinatum: atque componitur in priori loco cum reditu ex Aegypto; in posteriori verò cum reditu ex civitate sanctâ, à quo sacra puerperii soluta fuerant. Hæc non aliter conciliari possunt, quam ut concipiamus redeentes, Hierosolymas trajecisse, ut Galilæam peterent, atque ibi sacra fecisse in tempore, ita ut statim destinatum iter in urbem Nazareth continuaverint. Repetamus dicta euangelii, atque corum sensum expendamus. Legas apud Matthæum 2: 22. 23. Josephum jam Aegypto egressum, & terram Israclis ingressum, imò forte etiam ipsam civitatem sanctam, audivisse quod Archelaus regnaret patris loco in Iudeâ, additique eum ex famâ metum concepisse, ut timeret eo ire, quo ire destinaverat; putabat enim in Iudeâ, & quidem Bethlehemi in civitate Davidis (ubi natus erat infans) eundem educandum fuisse: ut proinde ex quo loco fugerant, in eundem redire cuperet: ast animadvertisens Archelaum accepisse parentis regnum, metuit illic non satis securum fore infantem, in spem regni, sed dignioris educandum. Dum hæc animo volvit, monetur ab Angelo: ex cuius indicio secessit in partes Galileæ, atque habitavit in civitate qua vocatur Nazareth extra ditionem Archelai, quod factum monet; ut impleretur, quod per prophetas dictum fuerat, quia Nazarenus diceretur. Legas apud Lucam cap. 2: 39. Cumque omnia perfecissent, que secundum legem domini facienda erant, redierunt in Galilæam, ad civitatem suam Nazareth. In utriusque loci collatione nota, quod ingressus in Nazaretham à reditu ex Aegypto non possit esse alius, quam qui accidit à reditu ex Iudeâ, quoniam supponit ante hoc iter Josephum nondum rediisse Nazaretham, saltem non ut ibi Jesum educaret: imò nisi monitus fuissest ab Angelo,

Io; in ei permansurum fuisse sententiā, quod in loco nativitatis in civitate Davidis deceret eum educari infantem, aut forte Hierosolymis in ipsā civitate sanctā: quae sanè non consisterent, si jam ante rediisset in urbem Nazaretham, tanquam ad sua, & ad filii educationem. Et si jam ante habitatset *Nazarethæ*, potuisset jam inde *Nazarenus* dici, quid opus ergò fuit apud Matthæum monere, quod Angelus id monendo exegerit, Deusque rem ita direxerit, ut *Nazarenus* audiret. Patet itaque quod in utroque loco de primā Jesu in Galilæam deductione agatur, eo scopo suscepta, ut ibi comodi & tuto educaretur. Ergo si eadem sit deductio, quæ connectitur cum egressu ex Ægypto, & egressu ex Hierosolymis, oportet, ut uterque egressus concipiatur ferè ejusdem temporis, seu in progressu ejusdem itineris: ut nempe post egressum ex Ægypto (viâ eos ducente per civitatem sanctam in Galilæam, ubi in transitu sacra fecerint) abhinc inhabitationem *Nazaretham* incepérint.

§. 2. Ut hæc distinctius teneamus, assumendum nobis est, quod ille reditus *Josephi* in civitatem *Nazareth*, quem *Lucas* describit, acciderit post diem à partu *XL* immediate, quantocijus sacra puerperii fuerant soluta, prout ex *Lucae* textu jam cap. præcedente demonstravimus: atque ita confertur cum discessu ex eâ Galileæ civitate ad urbem Davidis, qui ad nominum professionem in Judæam fuerat suscepitus, adeò ut intra illam temporis distantiam non viderint sua, quæ jam demum répetunt. Quod si ingressus in urbem *Nazareth*, quem *Mattheus* describit, non esset idem numero cum eo, quem *Lucas* depingit factum immediate à solutis puerperii sacris; oportet ut hunc à *Lucâ* descriptum antegressus fuerit, vel aliquamdiu post se-

catus sit. Non prius, quia apud Lucam ingressus in  
hanc Galileæ civitatem est reditus à discessu ad nomi-  
num professionem, quod verum non esset, si jam an-  
te rediissent ad sua: neque brevitas temporis patitur,  
ut exilium in Ægyptum ita possit interponi cum ali-  
quali mansione in civitate Nazareth, antequam ad sa-  
cra puerperii Hierosolymas adierint. Non posterius;  
quia uterque cohæret cum educatione Christi in eâ civi-  
tate; atque Matthæi in loco *ingressus* connectitur cum di-  
vino monitu, docente eam civitatem educationi hujus filii  
esse à Deo destinatam, ac proinde in hunc finem præ aliâ  
omni eligendam. Imò, qui distinguere vellent, cog-  
rentur fingere à primâ inhabitacione Nazarethanâ (quam  
*Lucas* describit factam, ut ad sua reversi suis uteren-  
tur) animum mutasse *Josephum*, atque *Bethlehemum*  
concessisse, locum inhabitacionis mutando, ubi *Magi-  
eum* quæsiverint; atque invenerint: undè fugati ca-  
pescendo in Ægyptum abierit *Josephus* cum suis, &  
quorum redire ad educationem infantis cum reditu ex  
Ægypto cogitaverit. Quæ precario fingerentur, ex-  
tra euangelium: quæque refutabimus ad caput sequens.  
Nunc notasiè sufficit, quod *Lucas*, dum *reditum ad  
sua* incœlat, & educationem infantis in eâ urbe con-  
jungit cum isto reditu, nōtet eos ibi locorum mansisse,  
atque non nisi ad annua sacra Hierosolymas repetere soli-  
tos fuisse: quæ satis evidenter fictam illam loci mu-  
tationem subvertunt. Proinde duo illa euangelistarum  
testimonia non conciliantur commode; nisi intelligan-  
tur de eodem adjut & ingressu in Galileam, quo edu-  
cationis gratiâ infans deportatus est in urbem *Naza-  
reth*; ubi excrevit staturâ & sapientiâ.

§. 3. Dixerit fortean aliquis propterea non esse com-  
ponentiam habitationem Nazarethanam, de quâ uter-  
que

que euangelista agit, in unam; quoniam quæ redditum ex Aegypto consequuta est, Josephum aliunde recepit, non vero ex Judæâ, aut civitate sanctâ accedentem: monet enim *Mattheus* *Matth.* 2: 22/23. ut *Josephus* à primo in terram ingressu audiens parentis loco Archelaum regnare, metu cohibitus fuerit eo pergere, atque ita secesserit in Galilæam. Sed nos ipsa euangelistæ verba audiamus. Καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαῖαν. Αἴνουσας δὲ ὅτι Αρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Γαλιλαῖας ἀντὶ Ηρώδη τοῦ πατρὸς ἀυτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθειν. Χρηματίσθεις δὲ κατ’ ὄντας, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαῖας· καὶ ἐδῶν κατώκητεν εἰς τόπον λεγομένην Ναζαρέτ· ὅπως πληρωθῇ τὸ μέλλον διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. *Venitque in terram Iudaëi.* Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudeâ Herodis patris suo loco, timuit eo ire. Monitus vero in somno, secessit in partes Galileæ, & habitavit in civitate, quæ dicebatur Nazareth; ut impletetur quod per prophetas dictum fuit, quia Nazarenus diceretur. Non dicit in illis verbis Euangelista, Josephum ex metu Archelai non perrexisse, iterque suum promoyisse per Judæam, aut Hierosolymas non attigisse: nam nulla alia est ex Aegypto in Galilæam via, quam quæ per Judæam ducebatur, quam non solum attingere, sed & medium trajicere cogebantur: sed dicit tantum, quod metu cohibitus fuerit ἐκεῖ ἀπελθεῖν scilicet habitatum, quorsum divergere destinaverat. Putabat Josephus in Judæâ, & forte Bethlehemi sibi fuisse comorandum, ut ibi loci educaretur, ubi natus fuerat. Nunc eum sollicitum reddidit successio Archelai, quam forte non intellexit, antequam Hierosolymas fuerat ingressus: unde animo hærens quorsum se yerteret, monetur in somno, sibi in Galilæam esse redeundum; atque in civitatem Nazareth; idque à solutione sacrorum

rum puerperii obiter peractorum quam citè potuit, etiam secutus est. Nihil erat periculi Judæam & sanctam civitatem trahicere, cum in exsequiis parandis erat occupatus Archelius: verum haud turum erat in ejus territorio domicilium figere, atque huic infanti locum educationis despicere. Est quoque in verbo composito ἀπελθειν ista emphasis, quæ est in verbo latinorum divergere, quod fama de Archelai successione solum prohibuit.

---

## C A P U T III.

*Sacra puerperii (die à nato Christo xl i celebrata) post Herodis mortem fuisse Soluta: ex ratione temporis, exilium Ægyptiacum antevenerintis, etiam demonstratur.*

§. I.

**V**ix ullus est interpretum, qui *sacra puerperii* (ex preconceptâ opinione de exilio Ægyptiaci diuturnitate) non putent *ante Iosephi fugam in Ægyptum celebrata fuisse*; ut procul dubio paradoxum judicaturi sint viri docti (quod nobis tamen demonstrandum suscipimus) nempe *sacra puerperii non fuisse à beatâ virginе in templo soluta, nisi post egressum ex Ægypto, restitutâ jam Iosepho patriam cum suis reperiendi facultate*; quando in ipso reditu, imo in transitu, purificationis legi fecerunt satis. Hoc, cum non animadverterint Theologi, gravissimis se implicarunt difficultibus; quas evitare aut expedire volentes, alii in alia abierunt, neque sibi mutuò satis facere potuerunt hancen.

etenus. • Hinc nata disceptatio ; num sacrificium *nata-*  
*piσμοῦ* ante Magorum adventum fuerit oblatum ? quod  
cum Christi manifestatione in templo fuerat suscep-tum ?  
an verò ea res demum post Magorum discessum , ante-  
quam refugii quærendi gratiâ Ægyptum appulerant,  
fuerit observata ? Qui velitationes doctissimorum vi-  
rorum in hâc causâ paulo attentius legit , atque expen-  
dit , is mecum obser-vavit , iis hoc effectum esse ; ut  
jure concludas neutram sententiam esse admittendam :  
nèque cum narrationib[us] euangelistarum conciliabilem ;  
adèò se mutuo argumentis ad absurdum urgenteribus  
premunt viri acutissimi . Quæ , Magos post purifica-  
tionis sacra appulisse statuentibus , objiciuntur , sanc  
insolubilia sunt : neque , quæ opponuntur sacerorum  
istorum obser-vantiam collocantibus inter Magorum abi-  
tuin , & pueruli delationem in Ægyptum , minus ha-  
bent difficultatum . Cumque hæc tenus ne sagacissima  
quidem ingenia se satis apposite ex illis extricare potue-  
runt ; quid aliud cogitandum est , inquam , quain neu-  
tram sententiam esse admittendam : atque potius con-  
cludendum esse ; nullum purificationi Marit ante fu-  
gam in Ægyptum relinqui locum ; verum ejus præstatio-  
nem ad illum temporis articulum esse trans ferendam ,  
qui eorundem ex Ægypto redditum immediate conse-  
quitur . Ut tamen rem absolvamus , etiam probare  
conabimur differentiam temporis , quod inter natalem  
Christi , ejusque in Ægyptum abductionem intercedit ,  
tam parvam esse ; ut tempus purificationis in lege de-  
finitum excludat . Hoc autem si evicero , simul obti-  
nebis diem etatis Christi quadragesimum primum ( quo  
sacra puerperii juxta legem fuerunt soluta ) paucos dies  
emortualem Herodis fuisse consecutum , atqué huic  
differentiæ non plus temporis deberi , quam iter ex

Ægypto in civitatem sanctam postulat: cui per conjecturam unam præter propter jam damus hebdomadam. Invenimus jam ante mortuum fuisse Herodem anni Jul. XLII die 329 (qui est xxv Novembris) atque Iesum dic sequenti à parentibus incepturn reduci ex Ægypto authoritate nititur divinâ: pone jam septiduum, ut sacra illa in templo fuerint peracta, erit ille dies anni assignati 336, secundus Decembris, nati autem Christi dies quadragesimus primus: quod si igitur à dato numero dies 41 auferas, remanebit tibi numerus 295 dierum à calendis Jan. in anno Jul. XLII elapsorum, respondens 22 Octobris, qui erit Christonatalis. Sanè nihil damus conjecturis, nisi quod differentiam temporis (inter diem primum redditus, & diem appulsus in civitatem sanctam intercedentis) via ratione tamen habitâ, ex conjecturâ ponamus. Cetera omnia palam sunt. Certum est purificationis sacra-  
TEΛΕΙΩΣ juxta legem esse peracta, ac proinde justo tempore à lege præscripto; antecedens enim nititur Lucæ testimonio. Certum quoque nostrâ demonstratione faciemus soluta fuisse illa sacra in redditu ex Ægypto in Galilæam, atque adeò paucis à morte Herodis clapsis diebus. Nec non certum esse dici emortualis Herodis tempus demonstratum dedimus jam ante, ut jam inter postulata iudicia retulerimus. Non est igitur, ut quis à nobis amplius quicquam requirat, quam ut invictè probemus ante fugam in Ægyptum non potuisse offerri, aut oblatum censeri sacrificium illud καταριποῦ, tanto cum Christi honore susceptum, & tanta cum solennitate celebratum.

§. 2. Ut autem patet, *Sacrificium καταριποῦ* non convenire omni tempori, sed soli rerum faciei, quæ à redditu ab exilio obtinuit, notandi hic iterum sunt novi: istius

istius diei characteres. Primus est, quod Iesus infans eo modo in templo fuerit suscep<sup>t</sup>us, benedictus, & omnibus piis commendatus, ut non potuerit abhinc res illa Hierolymis manere occulta, aut ab illius inquirentis cognitione remota. Alter est, quod puerulum huic commendantes, impræsentiarum suâ professione adeo intrepide egerint, atque eundem natum Christum tanta animi parthesia publice prædicarint, ut nihil periculi, tanquam ejus capiti imminentis, tunc adfuisse existimaverint. *Primus character ex ipsâ Simeonis & Annae confessione luce meridianâ evidentior est;* fuit enim ille dies, quo *Iesum* nō latitare paſſus est Deus, sed qui quasi ejus patefactioni erat consecratus; à quo enim Sacerdoti offerebatur ad benedictionis receptionem *Iesus*, spiritus dei *Simeonem* incitavit, ut atria dei ingrederetur, atque ei *Christum* revelavit: ejusdemque spiritus ductu supervenit *Anna*: nec habitâ veneratione tacentes redeunt, sed eodem spiritu impellente in publicas Christi laudes erumpunt, deque ejus fatis noranda canunt vaticinia. Harum professionum testes autem erant & oculati, quotquot publicis sacris interesse atque atriorum custodias observeant consueverant, Sacerdotes & Levitæ ephemeras suas observantes, cives Hierosolymitani stationarios agentes; & quotquot aut pietate, aut necessitate solvendi debitum atria Dei ingresi fuerant. Nōra præp̄mis verba euāgelistæ (*Luo. 2:38.*) de *Annâ* præphetisti assertentis, quidē ἡδὲ τὸν αὐτὸν πᾶσι τοῖς ἀπόδειχμά τούτων εἰ λεπταίνει. *Locuta fuerit de ipso cum omnibus redemptionem expectantibus in Hierusalem.* Credendum itaque hoc gaudii argumentum isthac die non fuisse suppressum, sed cum omnibus piis atque probis communicatum: nec tantum, sed ita in vulgus fuisse sparsum, ut nullus istius ephemeriæ cultor, nul-

Ius animalium in sacrificia maestandorum distracto<sup>r</sup>, aut collybista in templo adfuisse potuerit, qui rei gestæ manserit ignarus. Ab hoc tempore igitur facilis fuit exquisitio, an Christus venerit? aut rex Iudeorum natus sit? quippe res jam ad omnium delata aures. Alter vero character, faciem temporis manifestans, est, quod illud inciderit in articulum temporis, quo nullum capiti infantis imminebat periculum, saltem manifestum: nihilque nomen ejus profitentibus metuendum fuit ab Herode, nihil ab ejus militibus arcem Antoniam, templo imminentem, custodientibus, ea enim erat hominum istorum prudentia, is erga Messiam amor, ut illum hosti prodere nolentes, ita in promiscuâ turbâ non commendassent, si rem minus tutam & periculo obnoxiam judicassent. Hisce iterum in hunc modum perpensis, dico per primum characterem effici, ut intervallum prius à nato Christo ad Magorum adventum excludatur, cuius longè alia fuit facies: illis enim jam appulsi omnia adhuc latitabant in tenebris; rogant illi, civitatem sanctam ingressi, ubi natus esset Iudeorum Rex? nemo novit an natus sit? nihil adhuc fama de nato Christo attulerat ad aures Herodis, nihil ad aulicorum ejus turbam: nihil de eo usque in hunc temporis articulum cognoverat Synedrium, alias in atriis templi confidere solitum. Imo tota civitas ab istâ Magorum inquisitione turbata fuit. Num ista temporis facies unquam consistere possit cum nostrâ, quam ab oblate καθαρισμ<sup>s</sup> sacrificio recepit? quilibet dijudicare poterit. Per alterum characterem excludimus ab hujus faciei tempore illud interstitium, quod inter Magorum discessum & fugientium in Ægyptum ingressum intercipitur: utpote omni periculo plenum; quippe quo Herodes Rex infants excidium meditabatur.

tur quanti turpissimè. Degebat Tyrannus illo temporis articulo in ipsa civitate sanctâ , ibi exspectans quid de re explorata ad ipsum referent Magi , jam patulas erexerat Rex aures ad omnem famam , resciscere cupiens ubi puerulum ad necem quererè atque invenire posset: Videns jam se deceptum à Magis sublignabat mandatum de interficiendis omnibus Bethlehemitarum infantibus , ut inter eos hunc unum tangat. Imò rem ab Herode , in vicinâ templo aula degente , abscondi potuisse , quæ tantis cùm plausibus agebatur , haud possibile videtur : præterim cum Josephus testetur , in quibusvis urbis angulis emissarios habuisse Herodem , qui quid ageretur ad eum referant Ant. libr. 15: 13. quique in arce Antoniâ præsidium habuit militum , atque perpetuos speculatores ad ea , quæ in templo agebantur , perpetuò intentos. Notatu enim dignum est , quod Josephus notat , eum dum templum condicerat , etiam turrim speculatoribus portæ orientali imposuisse , ad quam per cryptam subterraneam ex arce Antoniâ patetebat aditus. Verba Josephi sunt Ant. libi. 15: 14. Rex inter alia templi opera eiusdem cryptam fecit subterraneam , ab Antoniâ ferentem ad orientalem portam templi , cui turrim imposuit , in eum usque , ut occulte illuc posset ascendere , si quid per tumultum contra regem vellit novare populus. Quis itaque non videt , ut ne minimus quidem motus in atriis à cognitione Regis potuerit abscondi : ut non sit credibile eo tempore modo adeo solenni Herodis insidiis expónere voluisse anima suæ desiderium vel cum Simeonem cum Annam : aut inclusum templi custodiis infantem ; sic manifestatum , incolumen evadere potuisse. Sicut etiam intercessisset Iesu proparens Josephus , cui studia Herodis jam per angeli monitum erant manifestata .

§. 3. Prout facies temporis sacrificium καταπυροῦ non patitur ante fugam in Agyptum oblatum fuisse : ita non serebat hoc etiam augustia temporis , si modo omnem rem , quæ fugam in Agyptum antevertit rite executiamus : nam , inter Magorum adventum in Bethlehem , & eorum abitum in patriam , non nisi unus dies interponendus ; quia Herodem , in omnem horam eorum redditum exspectantem , evadere tenebantur quotocyus fieri poterat , præfertim divinitus moniti : primumque fugæ Christi diem etiam cum Magorum abitu esse componendum postulabat moræ periculum : ut eadem nocte & Magos & Josephum monita divina acceperisse , & proximè quoque secutos credendum sit : restat igitur , ut quanto à nativitate Christi temporis intervallo advenerint Magi eruanus . Hic multum in diversa abeunt chronologi : dum alii Jesum jam ante annum , aut fere ante biennium fuisse hatum ex Matth. 2:16. colliguntur ; alii proximè à nativitate adfuisse propugnantes . Traditio ecclesiæ Romanae diem adventus Magorum ad diem vi Januarii celebrandum jubet : qui calculus sancte non patitur ut purificationis dies legitimus ante diem fugæ inveniri possit . Proximè à nativitate Christi veniente Magos probatur 1. Ex phrasibus , seu dictis Matthæi & Magorum : dum participia non præteriti temporis adhibent , sed aoristis utuntur . Seribit autem Matthæus cap. 2:1. Τὸν ἡμερηστὸν ( non autem γενενέφε ) idū Μάγοι ταπείνοντο : quando natus erat Iesus. Ito Ecce Magi adveniabant . Nec aliter Magi cap. 2:2 dura rogantes , in locum nativitatis ejus inquirunt , nili dubitantes , quia si hoc intelligent , eos infans hunc ibi inveituros : dicunt enim τὸν ἐγενένεφε ( non δι ταπείνοντο ) . Savianus τὸν Ἰηδαιον . Ubi est ille genitus rex Iudeorum . Significantes cum

recens ortum, & jam jam genitum: ea sanè monente Casaubono aoristi vis est, ut adventus illius celeritatem denotet, atque de paulo ante perfectam & quasi adhuc pendente actione usurpetur: atque adeo Magorum appulsum arduis cum nativitate Christi peractam connectit, quam ut tantum temporis intervallum, quale est benni, interponi possit: quod hinc Syrus vocula **ኅ**, il-line Arabs vocula **ܢዕስ** indicant, quæ per ère non per metà τὸ sunt exponenda: qui proin verbis hunc sensum adstituunt, *venisse Magos* (non postquam natus esset Jesus) sed *quando natus est*.

A. Excipit Straubius diss. de Ægypt. S. N. exilio.

§. 15. *Quod immöra tamen exempla pro contrario*, usu allegare in facili sit; horum aliquot saltem, quæ nunc succurrunt, & ipsissimum vocabulum controversia concernunt proprius, citabimus, ita Gal. 4: 29. de Ismaële (utique non à nativitate statim, sed adulto jam illusore) legimus; ὁ κατὰ σάρκα γεννηθείς ἐδικτεῖ τὸν κατὰ πνεύμα. Nec non de Mose Hebr. 11: 23. dicitur Μωϋσῆς γεννηθείς ἐκρύψη τρίμηνον ὑπὸ τῶν πατέρων ἀντὶ τριών menses natus nihilominus γεννηθείς appellatur. Alia exempla brevitatis studio nunc omissimus, addentes B. Glassi ex opere regio repetitam observationem, Phil. S. L. 111. tr. 111. can. 47. *Notum est*, inquit, *Græcis tempus quoddam esse præteritum*, quod appellatur χρόνος ἀόριστος hoc est indefinitum: sic dictum, quod incerta sit ejus significatio, paulone ante, an multa res præterierit? ut institut. lingue Græca, operi regio insertis habetur: vel ut alii tradunt, quia non habet unam aliquam certam ac definitam in omnibus modis significationem, cum in indicativo significationem perfecti habeat: in reliquis vero modis non tantum præteriti, sed etiam

præ-

„ præsentis & futuri &c. Respondeo. Licet Grammaticis concedamus hæc aliquando locum habere, nihilominus hanc esse proximam verbi aoristi vim asserimus, & ordinariam, ut participium in aoristo tempus proxime consequens in historicâ enarratione (ubi tempora rerum gestarum intenduntur in descriptione) significet: sicuti hic loci obtinet. Nec moror exempla allegata. Primum enim aoristo utitur, non ob temporis rationem, sed ob ingenii definitionem, homo enim secundum carnem genitus Paulo est homo naturalis seu carnis, cui à naturâ illâ perversâ odium illud inest, quo primâ datâ occasione regenitos opprimere laborat. Alterum verò potius pro nobis facit: Moses enim γεννθεις dicitur à Paulo, à quo incepertum eum parentes abscondere, quæ occultatio duravit per sex menses: adeo ut nativitas & oœcultaio proxime connectantur; quippe: qui ab utero fuit ab hominum cognitione remotus. Manet ergo in historicâ rerum conlectuione rationes esse dandas, cur loco præteriti perfecti aoristo utatur historiographus.

2. Adde voculam &c etiam ad nexus proximum facere, prout ex perpetuo ejus usu colligitur, atque ex phrasium locorumque collatione facile evincitur: confer. Gen. 26: 13. 29: 9. Quasi dicat vix natus prodidit, quin se conspicendos præbuerunt Magi, ut eum veneratione suâ profiteantur adorandum Judæorum Regem.

B. Excipit idem Strauchius l.c. „ Adverbia de-  
„ monstrandi (quæ ab usu primario ita appellantur).  
„ multipliciter res notabiles designare, nec connotare  
„ semper eventus celeritatem, neque simultaneam cum  
„ re prius nominatâ existentiam, ita Matth. 7: 4.  
„ legimus: πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου, ἀφείσθαλο τὸ κιρ-

„ πος ἀπὸ τῆς ὁφθαλμῆς σὺν καὶ ἵδη ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὁφθαλμῷ  
 „ οὐ. Ubi certe non intrudi demum in oculum hypo-  
 „ critae trabem, quandò hic fratrem suum alloquitur,  
 „ sed jam dudum adfuisse significatur. Nec aliter  
 „ Christus, postquam de impenitentiâ Judæorum &  
 „ contemptu euangelii dixerat, elapsō egregio tempo-  
 „ ris spatio, futurum urbis excidium verbis sequenti-  
 „ bus prædictis. *Matth. 23:38.* Τὸς ἀφίεται ὑμῖν ὁ ὄντος  
 „ ὑμῶν ἐρημος. Similiter Sponsus, utut diurniorem  
 „ moram fecerit, dictum tamen de eodem est ἵδη, ὁ  
 „ νυμφίος ἐρχεται. *Conf. Matth. 13:3. Alt. 5:28.*  
 Fatemur quoque non unum esse particulæ ἵδη usum, &  
 quandoquidem admirandam rei singularitatem notare.  
 Sed, quando Historicus in eo est, ut proximum re-  
 rum vexum describere intendat, tunc significationem  
 eam augere animadvertisimus, atque in proximâ illâ con-  
 secutione notatu dignum esse Dei consilium, res istas  
 ita componens In hac narratione saltem ut admirandum  
 describitur, quod, Hierosolymitanis adhuc nil de  
 nato Christo rescientibus, Magi adfuerint, natum  
 regem Judæorum denunciantes: adeò ut ex gentilibus  
 hic primi sint, qui ante populum Dei, revelatione divi-  
 nâ excitati, ad querendas nati infantis cunas accesserunt.  
 Hoc cum in argumento historiæ mirandum sit, admir-  
 ationis notam præponit Euangelista: quod nimurum  
 tam macte ante omnem rei gestæ famam adfuerint Magi,  
 atque ad id raro signo, divinitus concessò, fue-  
 rint cœlitùs accersiti.

3. Porro notandum ex *Josepho*, aliisque historiis  
 constare, *Herodem* anno Jul. XLII mortuum fuisse:  
 quod si elapsō à natali Christi die biennio *Magi* de-  
 num venerint, Herode adhuc superstite, quocum illis  
 res fuit: sequeretur annum Domini natalem in priora

fuisse retrahendum , & ad minimum cum anno Jul. **XL** ; si non **XXXIX** , componendum : ultra quam res ipsa patitur. Hinc quidam coguntur novam Tiberii æram confingere , atque annum Tiberii **xv** (Lucæ authoritate) quadrantenus cum ætate **xxx** annorum Christi connectendum , à nescio quâ proconsularis imperii epochâ derivare : quod suo loco solide , ut opinor , refutavimus. Imò haud multas hebdomadas ante mortem Herodis natum fuisse Dominum , vel inde constabit , quod alias contra Lucæ fidem anno Tiberii **xv** plus fuerit , quam triginta annorum.

4. Si biennio post natum Christum demum advenissent Magi ; mirum non ante commotam fuisse Hierosolymam , & terrore percussum tyrannum : quoniam rumor de Christo nato jam ante percrebuisse , non solum ex *Simeonis & Annæ* testimonio , in medio Hierosolymarum promulgatis : sed etiam in vicino urbi oppidulo *Bethlehemo* , pastoribus preconium angelicum de ipso inter omnes vulgantibus. Ut itaque toram rem absolvamus , hunc novum temporis adventus Magorum characterem nobis assumimus ; quod sc. *Magorum adventus & in urbem sanctam ingressus* , omnem de nato Christo inter Hierosolymitanos famam atque rumorem anticipaverit : quod vel inde constat , quoniam rogantes ubi natus esset *Judæorum Rex* ? etiam ab ipso Herode Rege adjuti , à nemine responsum ad illam quæstionem retulerint. Nihil adhuc inaudierat de hoc facto. *Synedrium magnum* , nihil Herodes , aut quisquam aulicorum : ut diximus. Omnes alto sub ignorantia sopore Hierosolymis dormientes quiescebant : ut tunc primum hâc Magorum inquisitione & affirmatione fuerint excitati , & simul animo turbati. Quo posito concludendum est *Magos* non solum ante publica Simeonis & Annæ præconia

conia civitatem sanctam fuisse ingressos, à quibus omnibus in templo ad sacra communia coalitis fuit commendatus: sed etiam, ut ego existimo, ante sparsum inter Hierosolymitanos pastorum rumorem, qui in vicino civitati S. oppido Christi nativitatem divulgarunt: oportet igitur ut Christi nativitas adhuc in recenti steterit primordio, atque fama præconii pastoralis nondum ad Hierosolymitanorum pervenerit aures. Non ultra duas leucas natale Christi solum ab urbe sanctâ aberat, ut propter insignem illam viciniam, quod ibi promiscue fuerat vulgatum, haud diu ab Hierosolymitanis occultari potuerit. Vigebat tunc temporis in civitate Davidis imperata ab Augusto descriptio, ut quotidie multi à professione redeentes per hanc gentis Metropolim trajeerint. Situs oppiduli erat juxta viam, Australes in civitatem sanctam ducentrem: atque quotidiana erant hominum in urbe hâc metropoliticâ negotia (sive sacra horum, qui sacrificiorum causâ ad templum pergebant, sive forensia aliorum, quorum lites ex syncedri magni decisione pendebant) ob quæ fieri non potuit, quin rarus esset dies, quo non essent, qui territorium Bethlehemiticum trajicientes Hierosolymas ingredenterur. Adde & quotidiana civium Bethlehemiticorum cum Hierosolymitanis commercia. Erat illa gentis metropolis multis hominum millibus referta, qui ex vicino agro Bethlehemitico partim pascuo partim sativo erant alendi: hinc præter fruges & carnes animalium lacticinia aliaque ex hoc territorio in urbem quotidie erant convehenda: cumque quotidianum fuerit inter utriusque urbis cives commercium: dic fodes, quo fato fieri potuerit, ut fama, omnes vicos civitatis Davidis adimplens, non statim pervenerit ad cognitionem Hierosolymitanorum, eorumque aures impleverit?

5. Si Magorum adventus purificationis sacra fuit se-cutus, quomodo quæsto à Magis inveniri potuit Bethlehe-mi? cum sacris peractis non redierint in civitatem Davidis, sed ad sua, in Galilæam; ejusque oppidum Naz-a-reth repetentes, ibi hunc puerulum educaverint; unde & Nazarenus fuit dictus. *Luc. 2: 39.* Oportet igitur ut ante *Josephi & Mariae* discessum ex Bethlehem venerint illuc Magi, qui eos cum infante Bethlehem invenerunt. Quod argumentum ita urget viros do-ctos, ut redditum in eam civitatem Davidis extra scri-pturas, & nescio quas, quamque varias redeundi cau-sas, meritis conjecturis nitentes, omnique specie veri destitutas effingere coacti fuerint. Sane cum Bethlehem essent, tanquam in loco peregrino degebant, in di-versorio locum quærentes; & licet à præconio pasto-rum forsan pii hominis ædibus fuerint suscepiti, non tamen propterea cessabat ratio, quin peregrinus esset locus; quodque sua tantum agnoverint inter Nazare-nos, ubi in occulto educari debuit infans: ut Dei fuisse consilium constet illum ab hostiis insidiis abscondere: non vero annuo excursu, & visitationibus Bethlehem-ticis vulgi cognitioni objicere. Præstat itaque talia fi-gmenta, quæ consilio Dei de occultando filio suo con-traria sunt, ut à truculentis Regis studiis tutus esset, omittere. Nec obstat huic occultationi triplex adventus Christi notificatio, per pastores primū, dein per Magos, & tandem per Simeonem atque Annam in templo peracta: cum ab illis statim fuerit ablatus infans, ut venisse scirent omnes, personam verò locumque commemorationis igno-rarent.

6. Neque credibile est, *Magos*, à quo intellexerunt se natum regem inventuros, ante iter suscipien-dum aliquas fecisse moras: ast ex hypothesi oppugnan-tium,

tium , quantocytus stellam ejus viderunt , eum natum ( quod nobis tamen contra videtur ) intellexerunt . Dic age , cui bono hoc iter in annum aut biennium distulerint , si rei experimentum illis tanti fuit , ac fuisse compertum est ? Si rex illis fuerit auro potior , & adoratione honorandus ? Neque expeditiō illa tantum postulavit apparatum , ut in eum necesse habuerint annum insunere . Reponit Strauchius 1. , Minimè o-  
 „ pus esse , ut ignavix eujusdam accusentur Magi ,  
 „ qui annum nativitatem Christi inter & adventum  
 „ suum Bethleemiticum , otio transegerint : alia om-  
 „ nia ( inquit ) de iis suspicamur , atque moram hanc  
 „ deliberationibus sapientum & dicundis atque exami-  
 „ nandis sententiis , eligendisque legatis , atque simili-  
 „ bus negotiis tribuimus . 2. Quemadmodum &  
 „ Hierosolymis exspectare forsitan eos oportuit , prius  
 „ quam ad Regem admissi , nec non πάντες οἱ ἀρχιερεῖς  
 „ καὶ γραμματεῖς τῇ λαῷ congregati ab illo fuerint , item-  
 „ que scrutinium institutum , & cum Magis secretissi-  
 „ ma consultatio . Matth . 2: 4. &c. Ad tanta profe-  
 „ cto negotia in aulis Regum & Principum peragenda ,  
 „ exiguum tempus minimè suffecisse opinamur , cum  
 „ alias omnibus notum pervulgatum illud sit ; mores  
 „ aulæ moræ sunt . Verum 1. Quid juvat fingere tot  
 „ deliberationes & sententiarum examina , ubi Astrolo-  
 „ gos supponis , qui regis Judæorum adorandi stellam ag-  
 „ noverunt illicò ? quis dixerit illos fuisse aliorum lega-  
 „ tos ? nihil de his historia sacra . Imò talis consultatio ,  
 „ nisi multis disceptationibus & objectionibus fuerit in  
 „ controversiam rapta , simul cum legatione , vel unicā  
 „ sessione absolvi potuit . 2. Nec Hierosolymis diu cun-  
 „ statum fuisse probabile est : non enim Herodem qua-  
 „ rebant , sed famâ urbem perva gante ab eo vocati sunt ,

atque adeò statim admittendi. Nec convocatio Synedrii tantæ molis erat, quin intra paucas horas fieri potuerit. Imò ea convocatio erat festinationis argumentum, cum aliàs Synedrium magnum quotidie suis sedere horis, ut ne quidem diem sequentem exspectare consultum duxerit Rex, dum senatum convocat: nec responsum ad quæstionem dandum ita à cognitione eruditorum erat remotum, ut non esset in promptu; cum testimonium *Michæ* omnibus doctis cognitum esset & intellectum, quod docet nos *Jonathanis* paraphrasis. Consultum cum Magis nullam postulavit moram, sed potius præcipitem rei exsecutionem, ne suspicio oriretur inter vulgus, & nati regi's parentes in tanta viciniâ monerentur de Regis deliberationibus. Hæcine tanti sunt ut anni integri aut biennii moram exigant?

§. 4. Reclamabunt hic, sat scio, qui Magorum adventum aliquamdiu post purificationis sacra rejiciunt, atque obtendent.

I. Magos non invenisse puerum èn τῷ καταλύματι, multo minus èn τῇ φάτνῃ in præsepi, in quo fuerat natus Mariæ filius: sed in domo (honestiore sc. loco) non vero inter stabuli fordes. Respondeo, indè nihil aliud constare, quam quod à præconio pastorum aliquis fuerit commotus, qui credens huic euangelio, non pastus fuerit eum in loco adeo contemptu morari; quin ædes suas recipiendo infanti cum matre & Josepho recluserit. Neque verisimile est fieri potuisse, ut Davidis posteri ex pastoribus audierint eum natum, qui fuerat spes una Davidis, & hunc non ex fôrdibus istis extulerint: proin nihil necessè est, ut cogitemus eum alterâ nocte in loco tantopere dejecto pernoctasse: aut rem nullibi, à quo pastores euangelium tot divinitatis characteribus firmauerunt, fidem invenisse: si fidem invenit eorum eu-

ge-

gelun  
ne co  
reliqu  
intra  
2.  
tante  
intra  
diem  
confi  
rit e  
Palæ  
cum  
tis n  
Etio  
solv  
non  
neat  
iter  
ven

3  
Ch  
quia  
qua  
cum  
reg  
Ch  
eur  
cup  
ad  
mu  
eur  
ba  
un

gelium , quis putet quenquam credentium eum (cui ne cœlum testimonium negabat) ita neglexisse: ut eum reliquerint *in præsepi* , & non honori duxerint , hunc intra suos excipere parietes?

2. Obtendent etiam *Magos* istos ἀπὸ ἀνατολῶν adventantes ex remotiori Orientis regione (qualis est Persia) intra dies lochiorum , ante justum purificationis diem non potuisse adesse , quin plus temporis itineri conficiendo impendendum fuerit. Ast ; quis dixerit eos ex Persiâ venisse ? Quid ni ex Arabiâ , quæ Palæstinæ fuit ab oriente ? aut ex Syriâ Palmyrenâ ? cum Magi post Persarum imperium per omnes Orientis nationes invenirentur. Dein supponit illa objecțio , *Magos* non nisi nato jam Christo ex patriâ suâ solvisse , atque domo fuisse profectos ; quod tamen non video necessario esse concedendum : ut benè moneat *Casanonus* potuisse Magos ita longinquum illud iter temperare divinâ inspiratione , ut vix nato Jesu ad venerint , & civitatem sanctam ingressi fuerint.

3. Instabunt forte ex vers. 2. constare , nativitatem Christi cum primâ stellæ apparitione esse combinandam , quia astrarunt *natum esse Christum* , ex hac solâ ratione , quod *viderant stellam ejus in oriente* : unde conficiunt cum primo stellæ ortu observato illos intellexisse *natum regem* , atque eam habuisse pro portento non nascituri Christi , sed jam exhibiti ; imò addunt , & *venimus eum adoratum* , persuasi eum adesse , quem honorare cuperent , atque testantes cum cā persuasione se hoc advenisse. Ast nos rem aliter expediendam existimamus. Cum dicunt *vidimus ejus stellam* , & *venimus eum adoratum* , non puto eos uti hoc argumento ad probandum quod *natus sit Christus* ; aut ad exponentum unde hoc sciant : sed eos causam reddere , cur cupiant

*locum*

locum scire, ubi lateat? se enim ex apparitione stellæ ejus in oriente magnam de eo concepsisse existimationem, quæ eos impulerat ad eum agnoscendum pro vero rege, Judæis dudum exspectato: dein etiam se venisse, ut ei omnem honorem deferant. Cumque nollent in hoc opere frustra esse, rogant, ut velint secum communicare locum nativitatis, cumque ab iis non recondere aut occultare. Metus esse poterat, quod Judæi fortean locum, ubi eorum Rex jam natus latitabat, nollent gentibus retegere, quippe hominibus incredulis, & idololatri, fidei Judaicæ hostibus; proin ea allegant, que ad fidei professionem & scopi pietatem revelandam facere poterant, quo alacrius exciperentur, & veritatis communicationem quoad locum nativitatis ejus facilius à piis impetrarent. Sin aliter accipias, ratio haud valida videtur, minusque procedere. Pone apparitionem stellæ Christi ipsis fuisse notam certam nativitatis ejus peractæ; cur non ante biennium, quo primum stellam viderant, venerunt ad regem illum adorandum? imò non video, quomodo hoc ex solâ stellæ apparitione solidè demonstrare possent. Putandum itaque diu ante suscepimus in Judæam iter eos hoc vidisse portentum, Regis Iudaorum instantem præsagiens adventum; Siderum enim portentosa phænomena Chaldaëis semper pro rerum imminentium non præsentium signis habebantur: ast postmodum divinitus eos monitos puto, ut Judæam ad debitum Regi honorem præstandum adirent: atque eo animo se venisse, qui stellam ejus viderant, profitentur, quo se Judæis commendarent, eosque alacres loci indices piisque propositi promotores, sibi conciliarent. Sufficit autem ad intellectum verborum euangelistæ Sидus illud Christi nascituri fuisse prognosticum. Cumque Dei consilium esset curare, ut recens natum inventiant,

niant, tantum temporis eos ante partum evocavit, quantum iter aggredendum postulabat, ut in tempore adessent.

4. Provocant porro ad locum Matth. 2:16, ubi Herodes interfecisse dicitur tam in agro, quam in circumvicino Bethlehemi territorio quoscumque infantes NB. ἀπὸ διετῶν καὶ κατωτέρω κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἡκρίβωσε πάρα τῶν μάγων: à bimatu & infra, juxta illud tempus, quid ex Magis accuratā investigatione intellexerat. Statuit Herodes bimulos occidere, & quotquot infra illum terminum nati erant: causa, cur eousque terminum protenderit, erat Magorum de tempore stellæ visæ responsum: cumque nativitas Christi cum primâ stellæ apparitione sit componenda, legitimè sibi concludere vindentur jam tum bimulum fuisse Jesum; quodque tamē & infra illam ætatem subsidat Tyrannus, id factum videri posse ob dubium, num nativitas Christi illius esset componenda cum primâ apparitione stellæ, an verò cum Magorum adventu. Hæc, licet speciem habeant, nihilominus requisita soliditate carent. Tempus quod attinet, accuratā Herodis inquisitione ex Magis erutionem, illud nil præter tempus orientis primum sideris indicare potuit. Respexit fateor Herodes in infanticio illud ex Magis eratum tempus; ast fieri potuit, ut ejus rationem habens, illud haud parum quoque transcederit: si enim credidisset Herodes & ex Magis edoctus fuisset, jam bimulum esse Christum, utpote ante bienium cum primo stellæ ortu natum? cur quælo infantes infra bimatum omnes quoque occidisset? Ego potius inde colligo, quod Herodes stellæ ortum pro dubio habuerit ligno, nati scilicet Christi, aut nascituri? nec ex eorum verbis definire potuisse, an (ut ipsi opponentes agnoscunt) nativitas Christi componenda es-

set cum primâ stellæ apparitione? num etiam ipso annum Magorum adventu? Concedamus itaque apparitionem illius sideris annum aut biennium antea ipsius tempus decreti infanticidii: sed assūmamus etiam Herodem per accuratissimam suam inquisitionem non potuisse certo resīcere, an cum primo illo ortu jam natus, an postea nascendus esset? atque eum propterea nūc illud latissimè sumpsisse, ne ille, cuius regnum metuebat, elaberetur. Quid ni ergo dicamus ne quidem hoc potuisse definire, atque Regis anno dominium illud eximere. Quomodo ergo inquias, appulsi affirmare poterant, jam tum natum fuisse illam Judæorum Regem, & jam adesse quem adorantis Galia querebant? nonne ipsi dicunt se hoc affirere ex ejus stella in oriente? Non puto, sed ex aliquo accepto oraculo, quo jussi sunt in Judæam ire, ut regem Judæorum adorent, credere poterant se non frustra iter istud suscepturos: atque adeo cum huc venerant, ex isto principio affirmare poterant tunc eum natum fuisse, licet præcisè non tenerent, quandò natus esset; quia Deus ipsis spem fecerat, quod eum ut ab ipsis adorandum invenirent. Audiamus hic Keplerum, si forte cuiquam ejus sententia magis placeat.

De b  
 „ puerorum (inquit ille) quos oecidit Herodes se-  
 „ cundum tempus, quod exquisiverat à Magis,  
 „ sissimæ sunt patrum sententiaz; quidam enim existi-  
 „ mant ex Magorum indicio stellam quidem non ita du-  
 „ dum apparere cepisse; Herodem vero non  
 „ post recessum Magorum, sed longè post diuinum fo-  
 „ stulisse infantes, quos sequitur Susyga, qui vero  
 „ euangelium Luca tanto magis relinquit in apparentia  
 „ dissensione à Matthæo. Ego igitur illos sequor,  
 „ qui existimant jam tunc cum Herodes à Magis

„ pus

„ pus exquireret , biennium ferè lapsum fuisse à primo  
 „ exortu stellæ . Quæras cur ergo nunc demuni vene-  
 „ rint adorare Regem à stella significatum ? Quia stel-  
 „ la hæc non fuit è numero communium Cometarum  
 „ aut novorum siderum , sed accessit illi privatim mira-  
 „ colum motus ex inferiori regione aëris . Quamdiu  
 „ igitur stella visa est in æthere inter cæteras oriens &  
 „ occidens , commovit quidem novitate Chaldeos a-  
 „ strologiæ peritos , at de re aliquâ certâ in individuo  
 „ non monuit : postquam vero scle in aërem demitte-  
 „ re , & sensim occidentem versus progredi cepit , tan-  
 „ demque in occidentem recepta disparuit , tum de-  
 „ dum Magi consilium sequendi cepere , veneruntque  
 „ memorâ itineris stellæ in Judæam ; aut ante disces-  
 „ sum è Babylone (aut Arabiâ !) docti sucrunt à Ju-  
 „ dæis Babylonii ex Mose & Daniele , nasciturum ex  
 „ Judæis Regem , stellâ præsignificandum , univerita-  
 „ tis rerum Dominum . . . . Quæ dixi de motu  
 „ stellæ , consentanea sunt euangeliæ , & iis , quæ  
 „ postea quam Hierosolymis discessum , in hæc stellâ  
 „ sunt observata . Ecce enim stellâ , quam viderant  
 „ in Oriente (quæ se illis subduxerat , in occidentem  
 „ discessu facto ; jam in conspectum rediit , & ) ante-  
 „ cedebat eos , usque dum veniens staret , ubi erat puer .  
 „ Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno , co-  
 „ quod scilicet eam prius amiserant , eamque felici  
 „ profectionis consilio in Judeâ rursus reperissent . Sa-  
 „ ne nulla est necessitas credendi , quod quantocuyus vide-  
 „ rent portentosum illud sidus , statim dignoscere potue-  
 „ rint , quid portenderet , quodque esset stella illa præ-  
 „ coniatrix Regis Judæorum , aut nati , aut propediem  
 nascituri : Imò cum nuper natum dicant , eopie indi-  
 care videntur se ultimo conspectu talem in eâ stellâ aut

164 DE ANNO, MENSE, ET DIE  
motum, aut characterem observasse, unde collecte esse  
*Regis Iudaorum* signum fuisse, quem crederent pio  
nasci, atque se inventuros, aut ejus nativitatem jam  
moliri Deum.

Hinc colligere etiam liceat, cur Herodes infantes no-  
ciderit quotquot intra duos terminos ~~at~~ tertius fer-  
bant: nempe à bimatu juxta tempus primæ apparien-  
tis, & à recenti partu juxta tempus disparitionis: cum  
que, ut dubio satisfaceret atque harenti animo, omnes  
occidisse, quos intra illos terminos natos inveniuerat des-  
tri, dum cogitaret cum intra eosdem terminos nati  
potuissent.

¶. 5. Displacet quoque admodum in eorum feno-  
tiâ, qui Magos post sacrificium purificationis *Bethle-  
hem* appulisse, Jesumque insantem ibi invente statim  
quod multa fingere cogantur extra historiam euangeli-  
cam. Notissimum est, quod Jesus proximè à die  
puerperii solutis non fuerit *Bethlehem* reductione, sed  
*Nazaretham* deductus, tanquam in locum ejus educationi  
destinatum: imò *Josephum* cum puerulo & matre  
in Galileam rediisse tanquam ad sua, postquam al-  
quamdiu domo abesse coactus fuerat. Quod si infans  
à puerperii sacris non *Bethlehem*, sed *Nazareth* fuit  
educatus. Dic age, quomodo eum post illud tempus  
inter Bethlehemitas invenerint *Magi*, quos Jesus non  
reliquerat? Hic coguntur nescio quas novi itineri  
fingere causas, quibus *Josephus* cum puerulo & matre al-  
cives Bethlehemiticos invisendos fuerit invitatus. Co-  
guntur tempus nati Christi protrahere in anterius, ali-  
tra quam res ipsa patitur: qui enim *Nazaretham* con-  
cesserat, tanquam ad sua locumque educationis Chri-  
sti, non videbatur statim in locum relictum revoca-  
dus; quæ causa est, cur mentionem bimatus tam avil-

arripiant. Verum tunc coguntur epocham Christi reducere ad annum Julianum xl: & annum xv Tiberii, quadantenus cum ætate xxx annorum Christi compendum, nescio à quo imperio proconsulari numerare. Præsertim agnoscendum, quod talis expositio nimium à simplicitate euangelii recedat, in quo non ut Bethlehem post biennium elapsum rediitum; sed ut jam tum natum in cœ civitate, quando Magi adveniebant, describitur. Quibus omnibus pensatis, concludimus non obstante diutinâ ante hunc diem portentosi sideris apparitione, regis Judaici symbolum & adventus ejus propinquioris prognosticum referentis; Jesum, Mariæ filium (postmodum ad adorandum designatum) cum Magi Hierosolymis agebant, recens natum fuisse: idque etiam credidisse Magos, non ex stellæ apparitione, quam diu ante suscepimus iter viderant sine consultaione de hoc itinere suscipiendâ: sed ex monito Dei, ire præcipientis, ut filium suum adorent, eosque excitantis, quandò tempestivum erat, in Iudeam tendere, quam non appellerent, quin cum natum invenirent.

§. 6. Qui à Magorum discessu sacra puerperii volunt celebrata fuisse cum ipso fugæ principio, tot argumentis, ad absurdum deducentibus, urguntur, ut mirum sit quemquam posse in cœ perstare sententiâ: nam 1. Per præceptum Angeli istas necesse moras Josepho non licuit: quippe dixerat ille Matth. 2: 13. Εγερθεις παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα ἀντεῖ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον. Jubet ergo, ut quam primum excitatus esset è somno, nil cunctando suos secum assumeret & fugeret. Non jubet prius sacra facere obiter, & fugiendo pergere, sed sine ambagibus in Ægyptum tendere, atque ut fugientes solent vitæ infants imminens periculum festinato cursu evadere: imò satis aperte indicavit nullibi terrarum in-

regno Herodis tutum se inventurum latibulum: proin extra fines imperii Herodis properandum esse in Aegyptum. Non patiebatur itaque Angeli praeceptum retrocedere, & aulam Herodis appropinquare, ibique sacris publicis infantem exponere, atque vel hilum cunctari. 2. Obedientiam Josephi descripturus Euangeliista, viri promptitudinem & exactitudinem in obsequio speciatim commendat Matth. 2: 14. ὁ δὲ εγενέτο ταλαβέ τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα ἀπέ ΝΒ πορτος καὶ απορρύτεν εἰς Αἴγυπτον. Eadem ipsa nocte, ne die quidam exspectato, surgens puerulum eam matre assumpit, atque discessit in Aegyptum. Ad quid queso nocte assisa est? si plena luce templi atria ingredi, ibique publica sacra facere in animo habuit. Fugam exagerat Angelus: dictum factum: nihil cunctando sinecōrā surrexit, atque discessit in Aegyptum. Qui etiam rem sanctam in transitu trajeisse, ibique sacra peregrisse volunt, statuant oportet Josephum in summā temporis angustiā retrogressum, qui compendiosiore via Aegyptum petere potuerat: quod sane dictis euangelii minus consuatum est. 3. Nec credibile est Josephum, de periculo monitum (dixerat enim Angelus versus 13. Μάλιστα Ηραρχης ζητεῖν τὸ παιδίον τὰ απολέσαι ἀντό) ausum fuisse tam charum pignus proprio suo consilio tantis exponere periculis? aut Tyranno Hierosolymis degenti quam in os objicere? Deunque tentare, cuius ope de periculo monitus fuerat? habebat insidiator prædictum in arce Antoniæ, speculatores in turri orientali, emissarios in omnibus urbis angulis: atque ex Magis intellexerat Josephus ad famam Christi nati totam civitatem percurritam fuisse quam maxime, ut non nisi summa temeritate hoc moliri potuisset vir pius. 4. Nec passa summet eam temeritatem divina providentia, quæ non mirando sed

sed fugâ infantem ab Herodis insidiis tutum facere voluit : multò minus ipse auctor tantæ publicationis , quæ *Simeonis & Anne* professionibus facta est , fieri vellet. Talia enim suo consilio de infante occultando & in Ægypto recondendo , prout ab angelo fuerat expostum , non erant consentanea ; quoniam sic innotuit in atrio oblatus & decantatus toti turbæ ; ut ab *Herodis* cognitione hæc arcere nullum studium , nullaque prudenter laboraverit. 5. Neque capere possum , quomodo matres Bethlehemiticæ piores dicantur consolationem non admisisse , eo quod ipsum ablatum non putarent extare amplius : quid ni enim cognoverint eum , in vicinâ civitate sanctâ hoc die publice laudatum in templo , & salvum inde abductum , Herodis insidias evasisse. 6. Adde , quod à sacris puerperii teste Lucâ non in Ægyptum sed in Galilæam concesserint , atque *Nazaretham* ingressi , tanquam ad sua redierint , quod non est fūgentium , sed composito animo decedentium ; quæ , quod virorum doctorum pace dictum sit , nunquam conciliabunt viri acutissimi. 7. Præprimis notandum , hujus sententiae patronos nobiscum statuere , quod *Magi nuper natum invenerint Jesum* ; idque in oppidulo Hierosolymis adeo vicino , ut quicquid in unâ ageretur civitate intra duas tresve horas in alterâ cognosci potuerit. Jam , qui sacra puerperii , die **XL** peragenda , cum primo die fugæ componunt , abitum Magorum eodem vel antecedente die ( qui erat à nativitate quadragesimus ) peractum fateantur , necesse est , atque die **XXXIX** Magorum inquisitionem Hierosolymas turbasse. Hoccine istorum hypothesisib[us] est consentaneum ? fierine potuit , ut *Jesus* , Bethlehami natus , à pastoribus per omnes oppiduli vicos prædicatus , atque inter extraneos nomina sua illic loci profertibus jam cognitus , per integras

tegras quinque hebdomadas ita latitaverit, ut nihil horum in civitate sanctâ inauditum fuerit? Quomodo quæso fama rei desideratissimæ tam diu intra unius oppidum ambitum contineri aut includi poterat? præsertim iis diebus, quibus omnes reliquæ domus Davidis nominum professionem edituræ aderant, multique in eum finem accedentes & à solutâ obligatione recedentes quotidie in isto oppidulo conspicerentur lœtissimæ famæ procul dubio avidi latores. Aut si Magorum adventus tantam temporis ab epochâ nati Christi dilationem haud patiatur, concludendum ipsis erat nobilissimum, primum fuga diem necessario aliquamdiu anticipasse diem legitimum, in lege ad sacra ista facienda præscriptum.

Præter omnem rationem alii affirmant viri Docti, Herodem decretum illud infanticidium aliquamdiu differre voluisse: quod solidè discussit Chronologus cruditus D. Eg. Strauchius in diss. de Ægypt. D. n. exilio. §. „ Dum Herodis animum (inquit) cum omnibus suis qualitatibus è factis æstimamus, non capimus facile, cur sibi ipsi dissimilis Tyrannus distulisset tamdiu facinus, quod jam diu meditatus erat, ut nimis non tantum Magis abire peregrè, sed & Josepho ad necem quæsitus Regem, in macello præsentem sistere, mox Nazaretham pergere, ibi nuncium cœlestem exspectare, & ad iussa ejus in Ægyptum abire, post infinitas propemodum moras licet rit? Bethlehemum, quo scicute Herode abierant Magi, parum ab Hierosolymis distabat, vix sex miliaribus Italicis... citissime igitur de Magorum fugâ, inquieto & furiis agitato homini, qui noctes insomnes ducere erat solitus, quotiescumque scelus quoddam animo suo conceperat, constare potuisset: atque nisi maturius aufugissent, quorum vita insidia-

„ batur

„ batur potentissimus homicida , jam aetum de salute  
 „ tam chari pignoris fuisset , quod nullâ aliâ ratione ,  
 „ quam exilii ope , eo tempore servandum esse , in ar-  
 „ cano Dei consilio erat decretum . 2. Non repetimus  
 „ in praesenti , quod praeviderat disputantium pars alte-  
 „ ra , sed an feliciter declinaverit telum , sub judice  
 „ versari litem censemus : nempe , accuratissimum etiam  
 „ in sceleribus Regem verissime post festum (purifi-  
 „ cationis) adversus Bethlehemi incolas senviisse , quod  
 „ uxor Nazarethana scilicet enixa ibi puerum esset ,  
 „ quondam Regi suspectum , à Magis adoratum , Hie-  
 „ rosolymis post delationem visum , miro encomio or-  
 „ natum , & Nazaretham dimissum . Quasi ita in aurem  
 „ sibi locutus Herodes esset . Percant Bethlehemita-  
 „ rum infantes , bimuli ; quia Mariæ filium , tredecim  
 „ dies natum , me sciente & volente informati hospites  
 „ ibidem adorarunt , astutiores illi me ipso vulpes , cum  
 „ quos ego decipere cogitaveram , me ipsum fefellerint .  
 „ Percant (inquietabat Tyrannus ) Bethlemitarum in-  
 „ fantes bimuli , à quibus nil amplius metuo , post-  
 „ quam præda , vix duorum mensium extatam habens ,  
 „ in civitate regiâ cum triumpho suscepta , Nazare-  
 „ tham abiit . Sed Nazarethani infantes , quos inter  
 „ xvâbꝫ illud certissimè nunc erit , vivant omnes .  
 „ Quam inepta quoq[ue] h[oc]c fuisset collectio , & astuto  
 „ Tyranno indigna prorsus ! Neque vero illud ignorar-  
 „ re amplius Herodes potuit , Iesum cum tanto jubilo  
 „ in templo exceptum esse , & Nazaretham abiisse . .  
 „ Quam facile saltem fuisset huic , cui alioquin nullum  
 „ scelus intentatum erat , cruciatibus explorare , quo  
 „ Josephus & Maria abierint ?

§. 7. Tot nodos atque tricas insolubiles in eâ sen-  
 tentiâ observans Doctissimus Fr. Spanhemius parens ,

in dubiis suis euangelicis aliud quid excogitavit, quod probabile censuit, nimurum ad fugam capescendam tum demum monitum fuisse Josephum, quando Herodes se à Magis delusum putaret: eundemque Tyrannum ad infanticidii decretum non pervenisse, nisi à quo fama ablati in templo cum laudibus Simeonis & Annæ ad ejus aures delata, animum ejus magis exacerbasset, majus sibi indè periculum creatum existimans: unde Josephum non Bethelehami, sed Nazarethæ degentem, de fugâ capescendâ divinum accepisse monitum statuat necesse est. Quærerit itaque vir doctus interstitium inter Magorumabitum, & acceptum à Josepho oraculum de effugiendis Herodis insidiis: concipitque diem sacris puerperii definitum intra illos terminos cedisse. Verum, quam probabile sit illud effugium, videndum. 1. Si fama oblati Christi in templo Herodem exacerbavit, atque ad infanticidium decernendum impulit: quid ni eadem fama Tyrannum edocuit, inter sacra puerperii Regem illum Judæorum fuisse oblatum, atque adeò eum ætatem **xli** dierum non excessisse? cur itaque respexit potius tempus orti sideris, à Magis indicatum. Cur ad bimulos extendit mandatum de strage inter infantes edendâ? Cur terminis territorii Bethlehemiticí inclusit exterminii mandatum? qui jam intellexerat parentes cum filio atria ingressos, Bethlemeo egressos, ceterum haud certus quonam abierint? cur non coëgit Templi urbisque custodes sibi indicare, quorsum in redditu iter instituerint? quid ni tum rescire potuit, ab iis, quibus innotuerant isti homines, illos in Galilæam abiisse? Qui Magos tam accurato subjecerat examini, quid ni ille istius ephemericæ *sacerdotes*, necnon Simeonem & Annam ad se vocavit, ut in omnia inquireret accuratius. Sin vero audierat cùdem famâ horum abitum

abitum nunciante, in *Galilæam* rediisse, cur potius in agros Bethlehemiticos ipsumque oppidulum armatam misit manum, quam in *Nazarethanos & Galilæos?* imò cur non confestim sicarios misit in *Simeonem & Annam*, uberioris laudis præcones, aut in *Josephum & Mariam*, homines jam cognitos, & vix clausos, qui eos in viâ assèquantur atque cum puerulo interficiant? Sanè à quo in atriis conspecti fuerant, nullo argumen-  
to sibi spem formare poterat Herodes, se eum inter Bethlehemiticæ ditionis infantes interempturum, quem solum sublatum vellet.

2. Neque patitur narratio historica, ut intra istos terminos *tantus ponatur hiatus*: quoniam admonitio angelica apud Matthæum proximè componitur cum *Magorum* discessu. Matth. 2: 13.

*Αναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἵδε ἄγγελος κυρία Φάνεται κατ' ὄντας τῷ λόγῳ:* monens eum de fugâ properandâ. *Apparet Angelus Josepho,* dum *Magi*, etiam divinitus moniti, secedebant, aliam viam eligentes. Notent viri docti aoristum participii cum voculâ *ecce*: quæ proximæ connexionis significationem excent: ut potius eâdem nocte monita divinitus acceperint, atque *Magi* discessum parantes noctu abierunt; proximeque *Josephus* (dum *Magi* clam abirent monitus) paulo post, ante exortam diei auroram etiam effugere festinaverit.

3. Quis etiam non videt, Matthæi contextum exige-  
re, ut non *Nazarethæ*, sed *Bethlehemi* ab angelo monitus fuerit *Josephus*, atque fugam incepit; qui electionem habitationis *Nazarethanæ* demum post redi-  
tum ex *Ægypto* introducit: imò in eo erat, ut quæ *Bethlehemi* nuper nato evenerant describeret; ut à Magis ibi salutatus, donariis honoratus, & abhinc ab Herode quæsusitus fuerit, cum infanticum ibi comit-  
teretur, periculo haud eruptus nisi fugâ, ad angeli

monitum susceptā. 4. Imò quid attinebat fugam , ut medium evasionis ex imminentī infanticidii periculo; suadere iis , qui præsens periculum jam anticipaverant: non enim decreverat Herodes in Galilæam , sed in terram Ephrata sicarios mittere , quam jam egressi erant, dum Nazaretham , ubi latitare potuerunt postmodum ab Herodiadum furiis , appulerant. Sanè cum inter Ephrætos infantes se inter-einturum credens , à strage istā existimavit se eum sustulisse , rerum suarum satis securus. 5. Intervertit quoque ista expositio historiæ ordinem : qui postulat , ut post fugam Herodes demum sentierit se à Magis elusum , atque exacerbatus jussa dederit ad stragem illam edendam : sanè ita narrationum suarum ordinem non præter causam digessit Euangelista , ut fugam cum abitu Magorum componat, atque indignationis Herodis narrationem ei subjungat: contra ac vir doctus , qui Regis indignationem conceptam , cum reditu Josephi in Galilæam componit, & monitum Angeli postponit. Imò alias finget decreti infanticidii causas , quam quæ Matthæus tradit , qui nullam aliam exacerbati Regis animi & crudelissimi rationem affert , quam quod à Magis delusum se obser-vans exciderit spe singulatim dignoscendi infantem , quem ablatum vellet ; atque propterea decrevit in quos-cunque irruere , ut inter omnes certius tolleretur, quæ animi sollicitudo cum hominem urebat , & tem-pus protendit usque ad bimatum , & regionis terminos. Causa autem illa nova , quam fingunt viri docti , potius valeret ad omne hoc consilium evertendum , cum per famam celebrati in templo infantis potius in omnia alia ire debuisset. 6. Neque per hoc sagacioris ingenii in-ventum ante more difficultates omnes ablatae sunt : ma-net enim , famam nati regis non occupasse aulam , ne-que

que viros magni synedrii , nec urbem sanctam , ante Magorum adventum , licet ex virorum doctorum hypothesi tunc fere sex hebdomadas natus fuerat Jesus ; quod minimè ferendum esse ad priorem expositionem notavimus. Manet matres præter causam filios lugentes consolationem negasse , eo quod ille non esset : quia potius cum gaudio agnoscere debebant , eum jam ante à Josepho fuisse in Galilæam reductum ; scire enim poterant diem venisse , qui eos ad sacra puerperii facienda Hierosolymas vocaverat , nec non Hierosolymis cum honore fuisse acceptos , atque in antiquam sedem dimissos : neque clanculum ante monitum angeli discessisse Josephum insalutato hospite credendum , si sine fraudis aut periculi suspicione abierit.

Concludo itaque post Christi in Ægypto pereginantis solutum exilium sacra puerperii soluta fuisse , quæ ante exilii istius initium præstari non poterant , nec propter angustiam , nec propter faciem temporis : depulsi enim ab eorum sententiis , qui interstitium aliquod indicare , rei accommodum sibi videntur , & quidem iis ipsis rationibus , quibus se mutuo oppugnant , gravissimas ab causas asserimus , quodlibet intervallum , inter Christum natum , & in Ægyptum fugientem , interponendum ita esse characterizatum in historiâ euangelicâ , ut illam purificationem tanquam tunc celebratam admittere non possit. Si ante fugam absolutam non fuit templo receptus , & Simeonis ore laudatus Jesus : opoter , ut post eam ita exceptus sit , siquidem eum ita fuisse in atriis commendatum constet : ast verum est prius , & per inductionem probatum , dum illud tempus in tria intervalla discernentes , omnia tria excussimus , atque huic rei inepta esse evicimus.

§. 8. Antequam ab hoc arguento discedam , nota-

re quoque oportet; ut facies temporis proximè à revocatione filii Dei ex Ægypto nostram sententiam commendet. Credendum, eo die (quo *Simeon & Anna* publicis suis præconiis sine ullo metu ostentarunt Jesum, & ut Christum omnibus promiscuè commendarunt) nihil habuisse metuendum, præsertim ab Herode tam sinistrè in puerum hunc animato. Ex nostrâ sententiâ palam est, ut omnis metus recesserit; jam enim Herodes erat mortuus, & *Archelaus* in exsequiis parandis apud Hierichuntinos occupatus: atque proindè *milites*, aut ad funeris custodiam translati, aut ad *Archelai* (ex testamento regni Judææ hæredis) tutamen eo deducti saltem ab urbe sanctâ fuerint remoti. Nulla sancte temporis facies seu ante illud tempus, seu aliquot annos post, occurret tibi, quæ tam liberæ professioni magis fuerit accommoda; jam enim mortui erant, qui pueri vitam quærebant; aut nondum in regimine ita confirmati, ut sibi omnia indulgentius concedant: vel ut licuerit *Simeoni* in publicum prodire, infantem suis in templo excipere ulnis, omnibus ephemericæ istius sacerdotibus & Levitis, una cum viris stationariis, aliisque ad sacra solvenda appulsis ostentare, atque sine metu illum publico præconio atque vaticiniis commendare. Idem licuit *Anne* prophetisæ, longâ pietate spectabili fœminæ. Unde rursus concludo proximè post mortem Herodis, Archelao in exsequiis parandis alibi detento, Jesum in templo exhibitum, & publicis utriusque vatis encomiis celebratum suisse. Quod erat demonstrandum.

## C A P U T I V.

*An res Herodis , & Christi intra angustum illud XL  
dierum spatium campingi queant ? inquiritur.*

§. 1.



Ubitabit fortean aliquis , an cum rebus Herodis , à Josepho commemoratis , atque ad ejus vitæ finem spectantibus , tanta nativitatis Christi vicinia conciliari possit?

Erunt enim , qui spatium illud temporis justo angustius censemunt , quam ut Herodis ultima intra illud disponi possint. Sane diuturnior fuit Regis morbus , quocum luctabatur , videturque tamen , quando cum Magis agebat plenâ adhuc fructus sanitate , quippe qui Magis spondebat ( modo omnibus accurate inquisitis ad se redeant , atque inventum regem denuncient ) se quoque ad puerulum adorandum eum in locum profecturum ; quæ non videntur esse hominis in lecto decumbentis , sed benè fani , sufficientique valetudine gaudentis. Verum , illa conclusio penes nos non procedit : quia descriptionem morbi Herodis ( quæ apud Josephum est ) accurate inspicientes , observavimus morbum ejus in initio lentum fuisse ; qui cum non ita lecto affigebat , quin potuerit è loco in locum proficisci , & legatos audire : neque symptomata quotidie æque gravia fuerunt , ut non nunquam magnam recuperandæ salutis spem conceperit. Proin Magos ad se vocare , & lecto non affixus cum iis transfigere potuit , nec non aditum quoque ad civitatem Davidis ( non longè inde remotam ) spondere , qui ex Hierichunte ad thermas Callirrhœs se vehi passus est , cum multo propius à morte aberat.

§. 2.

§. 2. Verum, ut ratio temporis evidentius constet, nos anni rationem, & quæ de Herode dicuntur, in ordinem redacta conferamus inter se, quo benignus lector facilius animadvertat, quam commode omnia fluant. *Anni ratio* mihi non prætermittenda videtur, qui cum ex nostrâ hypothesi sit annus Jul. **XLII**, utilissime spectabitur in collatione cum anno Judaico concurrente. Fuit annus ille æræ Jul. **XLII** annus periodæ Julianæ **4710**, cuius cyclus Æ erat 6. Lunæ 17. Lit. Dom. G. atque Romanis notus consulatu C. Calvini Sabini & L. Paffieni Rusi, urbis scilicet cond. **749** aut **750**. pro differentiâ paliorum Catonis & Varronis. Hoc anno à xxiv Augusti incepit annus æræ Nabon. **745**. à i v Non. Septembr. æræ Attiacæ seu Asiar. receptæ **28**. Verum, quoniam res Judæorum evidentius cum formâ anni Judaici componuntur, sciendum annum *Judaicum* sacrum, à mense *Nisan* initium sumentem, atque cum anno *Jul.* **XLII** concurrentem, hanc connexionem cum anno Juliano agnoscere.

*Typus anni Judaici, cum anno Jul. XLII concurrentis, hic esto.*

Nisan	- - - - -	28 Martii.
Ijar	- - - - -	26 April.
Sivan	- - - - -	26 Maii.
Tamus	- - - - -	24 Junii.
Ab	- - - - -	24 Julii.
Elul	- - - - -	22 Auguſti.
Tifri	- - - - -	21 Septembriſ.
Marchesvan	- - - - -	20 Octobriſ.
Cislev	- - - - -	19 Novembris.
Tebet	- - - - -	18 Decembris.
Sebath	- - - - -	17 Januarii.
Adar	- - - - -	15 Februarii,

In hoc anno duos assumimus terminos , ex scriptoribus Judaicis eruendos: prius est defectus lunaris , qui notandus inter quartum & quintum Septembris , seu inter xiv & xv mensis *Elul* : qui character ex Josepho eruitur. Alter est mortis Herodis , notare ab authore libri *Taanith* ad diem vii mensis *Cisleu* , respondentem in anno XLII Juliano xxv Novembris : qui termini differentiam faciunt mensium duorum cum diebus octodecim. Inter diem enim istius anni à calendis Januariis 247 b & 248 c & diem 329. G. comprehenduntur dies 81 à 82. quibus ea ferè includimus , quæ ad ultima vita Herodis spectant.

§. 3. Morbi Herodis (qui Regi fuit lethalis) initium ferè ad initia mensis *Elul* collocandum puto ; nam vix fama correpti à morbo Herodis ad vulgi aures delata fuerat , quin Tyranni senectutem expendentes sibi spoponderunt fata hominis instare , neque cum ad pristinam sanitatem reversurum ; unde juvenes quidam animos sumpererunt (primita famæ doctoribus juveniles calores inflammantibus) Tyranni quædam facta damnandi , atque præprimis in aquilam auream , quam templo consecraverat , ut opus profanum , atque ex loco sancto auferendum , debacchandi ; in quo tantum sibi indulserunt , ut Zelotæ huic operi manus injecerint , atque aquilam illam auream avellendo dejiciendoque destruxerint. Hæc circa morbi Herodis initium (ad primam ejus famam) cum fierent , rei in flagranti delicto capiuntur , atque Hierichuntem in vinculis deportati , Herodis jussu confestim ad rigidissimum rapiuntur supplicium ; temerarium hunc ausum vivicomburio luere coacti. Hoc supplicium Josephus describens monet eadem nocte lunam deliquium passam fuisse : quæ eclipsis , diem Herodi emortualem proxime antecedens ,

per calculum astronomicum invenitur inter quartum & quintum Septembris anni Jul. **XLII** : horâ noctis fere decimâ ; Feriâ tertîâ : ut dies sumpti supplicii fuerit **IV** Septembris , qui erat **XIV** mensis *Elul* , Feriâ secundâ . Eodem tempore *Matthiae* Pontifici sacerdotium ademit , quasi ab hoc consilio non alieno , eique *Joazarum* , uxoris suæ fratrein , successorem dedit *Herodes* .

**§. 4.** Mensis sequens (anni naturalis primus , *Tisri* appellatus) cum à multis magnisque solennitatibus esset præclarus , videtur *Herodes* denuo ex *Hierichunte* (quam ad supplicium seditionis inferendum adierat) in civitatem sanctam revocasse ; præsertim cum è resuâ esse censeret , genti motibus addictæ , atque inter festiva gaudia sepe nova molienti , fere interessè , & è propinquo , quid ageretur , attendere . Hujus mensis die decimo expiationis sacra celebrabantur in templo , atque abhinc lætissimum Scenopegiae festum , cum die lætitiae legis , qui festiva cludebat gaudia **XXI** mensis .

**§. 5.** Mense *Marchesvan* , cum **xx** die mensis *Octobris* (293 : à cal. Jan. F.) ineunte (cujus calendæ in Sabbathum incidebant) *Herodes* adhuc Hierosolymis detenus , mirum in modum ex famâ nati Christi turbatur , atque tota Hierosolymorum civitas cum ipso ; quoniam ex nostrâ sententiâ , *ea nocte nascitur Dominus* , quæ inter primum & secundum diem mensis *Judaici* (20 & 21 Octobris respondentis) interque Sabbathum & priuam feriam intercessit : quâ & *angelus pastoribus* , gregem custodientibus , novum hoc nati Christi euangelium notificavit , toto canentium angelorum exercitu illi applaudente , atque pastores in fide confirmante . Elapsâ felici illâ nocte , cum primus *Septimanæ* , secundus autem mensis *Marchesvan* illuxit dies

dies, ponamus Bethlehemi pastores, *Hierosolymis* autem Magos jam natum Judæorum Regem quæsivisse: *pastores* quidem statim eum invenisse, atque rem ipsam abhinc cum oppiduli civibus & extraneis ad nominum professionem istic commorantibus communicasse. *Magos* vero frustra in locum nati infantis inquirentes ab *Herode* fuisse accersitos, atque ab eodem de loco ex prophetiâ edocto Bethlehemum missos, ut re exquisitâ *Herodi* ocyus quid invenerint indicent. Pone jam die mensis tertio, nati Christi secundo, civitatem sanctam egressos, atque oppidulum Davidis ingressos hos *Magos*, ibi sub oblatione munerum puerulum adorasse, reliquumque diem illic transegisse, & res omnis erit in tuto. Hic cunctantes, inque rei stupende contemplatione hærentes, Bethlehemi pernoctant, ac simul in somno monentur ad Herodem non redire, verum per aliam viam domum repetere: moneturque eâdem nocte *Josephus* infantem cum matre fugam capescendo in Ægyptum portare, atque Herodis iracundiae eripere. Tertio nati Christi & Septimanæ die orto (qui mensis erat quartus) ardentibus Regis præcordiis, cum *Magos* non observaret, seque ab iis delusum sentiret, militibus præcipit, ut armatâ manu ditionem Ephratæ unâ cum Bethlehemo invadant, atque maximâ cum festinatione omnes infantes à bimatu & infra occidant; spæfretus inter occisos se quoque comprehensurum quæsatum illum à Magis Regem Judæorum. Interea Tyrannus *Hierosolymas* deserens iterum *Hierichuntem* descendit. *Hinc Regi* (ut verbis *Josephi* utar) morbus fatus gravior, qui pænam impietatis dedit exigente nomine: & tametsi gravius affligeretur, quam ut videretur posse morbo perforando sufficere: tamen evasurum se sperabat, accersendis Medicis intentus, & medicamentis conquirendis undique.

§. 6. Medio mensis *Marchesvan* elapsō, cum frustra laborare medicos observaret, ad thermas Callirrhoeſe advchi curavit; verum statim sentiens earum uſum potius corpori ſuo damnum inferre quam commodum, ocyus ſe Hierichuntem reduci paſſus eſt: ubi atra bile eum stimulante gentis magnates ad ſe vocari, & cum advenerant hippodromo includi jussit, primā morte jaſculis confodiendos ne ipſe ſinē luſtu abiret. Interim ſingulis momentis mortem exſpectans, non nihil ex Legatorum ſuorum reditu ab Auguſto recreabatur, literas Cæſaris tradentium, ex quibus ſibi potestatem à Cæſare confeſſam intellexit ſtatueri in Antipatrum, quod vellet. Hunc legatorum reditum confero in diem Marchesvan ultimum, in feriam primam incidentem.

§. 7. Mense *Cifteu*, iplis calendis, feriā ſecundā, tanto cum impetu poſt levem illam recreationem redeunt dolores & cruciatuſ, ut ſe ipſum cultro ferire, ſibique vitæ filum abrumpere moliretur Rex, ex desperatione jam furens, idque, niſi quis mature intercedens arreptum jam cultrui ei eripuiffet, certo perfecifet: undē ploratus in adib⁹ obortus anſam rumori dedit, jam extinctum Regem, & Antipatruſ audaciam de laxandis vinculis transfigendi cum custode. Hoe cum poſtero die, mensis ſecundo, diceretur Regi, irā percutitus caput verberavit, erectusque in cubitum parciendam filium Antipatrum confeſſim occidi jussit: quod quinque ante obitum Herodis diebus factum notat Josephus. Hunc ſuppicio affectum in Hyrcanio condiuavit, atque mutato testamento *Archelao* regnum, *Antipa* vero & *Philippo* ſuas legavit tetrarchias: atque ſeptimo ejusdem mensis die, feriā primā, miserau evomuit animam: eftque hic ille dies, cuius nocte ſequente monitus eſt ab Angelo *Josephus* in ſomno, mor-

mortuos esse, qui animam pueruli quærebant; atque proin festinandum, ut infantem in terram Israëlis reducat.

§. 8. Videant ergo æqui lectores nihil esse in *Josepho*, quod non cum nostrâ sententiâ conciliari queat; imò omnia tam exacte consentire cum temporis articulis jam à nobis subnotatis, ut ex ipsa illâ convenientiâ potius maximopere suffulciatur.

§. 9. Dubitat forte etiam quis adhuc, an differentia temporis *xl* dierum sufficiens contineat spatum, cui res Christi includi possint: negaturi forte, quod exilium Christi, in Aegypto peregrinantis, intra tam arctos temporis cancellos coarctari possit: cum sic cogamur intra dies *xl* compingere nativitatem Christi, à pastoribus manifestatam, Magorum adventum & discessum, Iosephi fugam in Aegyptum, Mansionem in terrâ peregrinâ, & redditum in civitatem sanctam: nec antiquis visum tempori peregrinationis Christi in Aegypto infra biennium tribuendum esse, ut facit *Epiphanius* libr. 1. *Her.* 20. Esse, qui cum Hippolyto Thebano triennium largiantur: imò *Landulfum* aliosque pro istâ peregrinatione septennium postulare. Verum horum authoritati jam ante *Macrobius* & *Eusebius* opposuimus, atque in quænam se prosternant in commoda, indicavimus.

§. 10. Restat tantummodo nobis, ut temporis spatum, quod justo angustius volunt, rebus peractis satis amplum fuisse demonstremus. Primo quæsto expendamus, quantum temporis requirant ea, quæ de Magis narrantur, sc. eorum gesta Hierosolymis uno die absolvi. potuerunt facile: vocati enim ab Herode intra paucas horas colloquium cum rege habitum absolvere potuerunt, eratque locus Synedrii proxime à Regis

aulâ, quippe in australi templi atrio conditus, ubi rotatum fuit de loco, in quo nasci debebat Christus, ut responsum inde relatum sit: quod etiam intra paucas horas fieri potuit. Ultra diem unum eorum profectiōni in Bethlehem, atque adorationi pueri dare nefas est, cum iter non ultra duas horas postulareret, & reliquum diel satis temporis rebus agendis reliquerit. Imò notandum, quod stellâ duce itinerantes, ejus indicio cum prīmo appulsi domum non solum solum agnoverint, verum etiam cum veneratione & munerū oblatione ingressi fuerint, dum stellam ducem cernerent supra domum, quæ infantem reçeperat, consitentem: sequenti nocte monentur de reditu per aliam viam capescendo, quod primo mane etiam obſervant. Vide igitur, ut Magorum historia ab eorum ingressu in urbem sanctam non nisi ad tertium se porrigit diem; cumque dies reditus eorum coincidat cum die fugæ Christi (dum censemus eādem nocte & Magos & Josephum monitos, ut se ab Herodis insidiis caveant) termini isti concurrant necesse est: verum cum ante etiam probaverimus faciem temporis quoquè postulare, ut credamus Magos primo die nati Christi in locum nativitatis ejus inquisivisse: sequitur satis evidenter Josephum tertio à nativitate die (quo & Magi Bethlehem deseruerunt) primo mane ex eodem oppidulo clam egressum fuisse, atque festinanter Ægyptum versus iter suum promovisse.

§. 11. Fugæ tempus quod attinet; nihil notius, quam fugientes intra quāriduum, atque adeo ante proximè sequens Sabbathum, eo usque potuisse penetrare in Ægyptum, ut censi potuerint divino satisfecisse mandato: cumque etiam Iudæi per totam Ægyptum ferè dispersi, Synagogas haberent, in quācunque ferè civitate poterant tuto proximum Sabbathum quiescendo

do impendere cultui, studiisque sacris, atque die sequenti (qui à nativitate erat octauus) vacare etiam circumcisioni infantis, quam cum nominis impositione receperisse Iesum die octavo juxta legis præscriptum testatur Lucas. Quod si quis dubitet de rei possibiliitate, is mecum perpendat viam per *Hebronem in Beérzebam* à Geographis censeri **xii** i leucarum, quam fugientes jumentorum ope facile intra unum diem absolvunt: fuitque *Beérzebu* in ultimis Judææ confiniis sita urbs. Indè perrexerint *Raphiam* secundo die, atque tertio *Rhinocoruram*, quæ juxta Antonini itinerarium **22** MP. seu septem leucas à *Raphia* distabat: fuitque illa urbs ditionis Ægyptiacæ, ubi manere licuisset; aut si altius penetrandum in Ægyptum putes, restabat quartus fugæ dies, qui septimanæ & nati Christi erat sextus, qui que eos *Ostracenam* ducere poterat, civitatem **26**. MP. seu novem leucas à *Rhinocorurâ* remotam; ubi Sabbathum, diemque sequentem circumcisionis (& si quid ratio puerperæ atque infantis ulterius postularet) tutò satis transigere poterant. Si quis urgeat traditiones velle, quod *Heliopolin* usque perrexerint. Iste responsum referat 1. Traditiones hic valdè incertas jactari. *Hippolytus Thebanus* fateor exili locum dixit *Heliopolin*. *Sozomenus* tamen *Hermopolin* Thébaidis oppidum. *Burchardus* assignat *Matharæam* inter Memphin & *Heliopolin* sitam, nec desunt qui *Memphin* præeligant. Nulla ergo traditionum est authoritas, dum tantopere inter se dissentient, neque tantæ antiquitatis sunt earum testes, ut illis tuto credere liceat. 2. Potuerunt etiam Sabbatho postulante alicubi in viâ morari, atque ibi plures manere dies refectionis gratiâ, potuerunt deinde iter resumere, atque pedentem ulterius pergere in Ægyptum. Sic *Rhinocorure* aut *Ostracene*, servaverint Sab-

Sabbatum, manserintque ibi ubi circumcisionem aliquot dies: an propterea arcentur ab Heliopoli, aliave civitate, ubi maximè habitaverint? Per me licet, ut quam proximè iter suum promoverint in interiora Ægypti, modo agnoscamus à quo finies Judææ egressi fuerunt, non habuisse festinandi aut ulterius fugiendi causas. 3. Sufficiebat ad obsequium divino mandato debitum, si alicubi in Ægypto conamorantes tutum invenirent puerulo umbraculum, etiam si haud longè à Palestina confiniis talem locum occuparent: omnis Ægyptum adeundi ratio, atque scopus fuit, ut extra terminos imperii Herodis confidentes, ibi latitarent, ubi nulla Tyranno jurisdictio. Imò cum quilibet locus in Ægypto huic fini responderet satis, quid attinet eos in locum provchere, ubi aulae aut Principum habitaculis iterum forent propinquiores: latebras quarebant, non loca publica; undē oppida minus præclara scopo videntur potiora. 4. Nisi dicere velimus eos nullibi tenuisse in Ægypto fixum domicilium, sed potius pedentim huc, illucve oberrasse, & majoris securitatis gratiâ perpetuo locum mutasse: ita intra integri mensis spatium *Heliopolim* aliaque oppida & vicus perlustrare potuerunt, & circulum faciendo in confiniis Ægypti tandem exspectare, donec revocentur.

§. 12. Vidi mus jam nativitatem Domini cum pastorum præconio, nec non Magorum adventum & recessum unâ cum fugientis Josephi primo in Ægyptum apulsu intra quinque aut sex dies absoluvi potuisse: ut septimo mensis *Marchesvan* die potuerit *Ostracene* in Ægypto à fugæ laboribus & molestiis tuto quiescere: à quo die usque ad vii mensis sequentis *Cisseu* (quo Herodem mortuum vidi mus) mensem integrum in Ægypto latitarunt. Neque video quo jure, aut titulo viri

viri Docti plus temporis huic peregrinationi requirant.

1. Textus enim nullo verbo definit temporis istius quantitatem: monet tantummodo eos juxta præceptum angelii fugâ in *Ægyptum* tendisse, eamque feliciter ingressos, ibi ad mortem Herodis usque mansisse. Quamdiu ibi hæserint? haud definitur.

2. Dei consilio & Hoseæ vaticinio ab Euangelistâ allegato fit satis, si in *Ægypto* terti, omnisque periculi expertes fuerint, atque ita Deus filium suum ex furentis Tyranni unguibus eripiendo, eo in loco sartum testum servaverit, qui à Prophetis ad id designatus fuerat. Hoc unicum nobis sufficit, quod historia Euangelica initium fugæ cum infanticidii molimine, & finem exilii cum morte Herodis componat.

3. Ratio exilii unica atque sola cum fuerit insidiarum Herodis evasio, cumque *Josepho* præscriptum fuerit ibi tantummodo remanere usque ad mortem Herodis: patebat cessante regis vitâ cessare exilii rationem. Jam verò nihil est, quod nos credere jubet vitam Tyranno à perpetrato isto infanticidii scelerre diu fuisse prorogatam. Præsertim, si illa verba *Matth. 2: 13.* & esto ibi, donec dixero tibi: concipiamus ut spem brevioris exilii facientia; atque indicationem oportunitatis redeundi spondentia. Scilicet notum erat *Josepho*, Tyrannum jam altâ senectute cum morbo luctari, lento quidem, sed ex omnium sententiâ lethali: quo supposito, non poterant ipsi longam exspectare exilii moram, sed instantem hominis mortem respicere ut oberrationis istius finem. Quod eo magis exspectabant, quia omnes homines credebant hominem impium ultricem experiri Dei manum, tot hominum innocuorum sanguinem ab ejus manibus repositulan tem.

4. Movet me porrò, ut in unius mensis spatio acquiescam, ipsa Dei clementia ergâ filium suum

ejusque parentes. Dictat ratio *vocationem filii ex Aegypto* beneficii loco fuisse censendam, quæ quo priùs fieret, eo majus collatum fuisse beneficium putemus oporter. *Aegyptus* hisce Dei amicis terra peregrinationis facta, illis erat molesta atque onerosa, quippe in quâ homines haud opulent & ab omnibus vitæ commodis separati non sine majoribus impensis morari poterant: Sane qui alieno urbi cogebantur domicilio & supellecili, quiq; peregrino in loco victui lucrando vix erant pares, non poterant non absumi & majoribus in omnia necessaria faciendis impensis depauperari summoperè. Fuerint *Magorum* donaria satis ampla, oportunè oblata, ut in præsenti exilio haberent, quo subsistant: non tamen in diuturniori peregrinatione necessario erant absorbenda: neque constat tanti fuisse, ut exindè divitias possedisse Josephum & Mariam censeri debeant. Proin divinae bonitati consentaneum erat, illud exilii tempus non prorogare, atque hostem tollendo amicos suos (homines quippe mundanâ opulentâ destitutos, atque honestè tamen alendos) quam primum ad sua revocare.

§. 13. Restat jam tandem, ut temporis intervallum expendamus, quod inter Herodis mortem atque pueri sacra interponimus. Fuit Dei consilium filium suum natum secundâ vice glorificare, atque in piorum solatium ita patefacere, ut in spe confirmarentur, qui redemptionem spiritualem exspectabant. Prima ejus glorificatio facta erat inter Davidis posteros Bethlehemi die nati infantis, primo quidem per testimonium pastorum, secundo vero per *venerationem Magorum*. Ast videri poterat iste natus rex per proximè sequentem in *Aegyptum* fugam, terris tantum ostentatus, sive cum aliis ferro extinctus, sive ob mundi ingratitudinem in cælum rapitus

ptus: undè in solatium lugentium matrum (solatium alias negantium, eo quod ille non extaret) iterum erat manifestandus; jam verò satis erat per mensem integrum plorasse dubios animos. Decreverat quoque Deus illam filii sui glorificationem, novamque ab illâ occultatione manifestationem, cum sacris puerperii conjungere, quando primogenitus ille filius erat Sacerdoti sistendus ad consecrationem: atque in eum sincim prophetam virum, ac prophetissam scemnam excitare, & ad testimonium filio suo perhibendum in templum mittere. Hinc admiranda Dei providentia venit exosculanda, q̄ti diem Tyranni intra illos definiuit terminos, ut redeentes commodè diem sacris puerperii in lege definitum servare possent, modo moras non nechterent. Neque alia videtur ratio, cur *Angelus*, Josephum de reditu faciendo monens, eum haud aliter jussit maturare redditum, ac primo fugam festinandam præscriperat: scilicet ex nostrâ hypothesi tempus instabat sacris impendendum, quod legitimè observare poterant, si redditum properarent. Huic intervallo concedimus iterum *quadrivium*, supponentes, quod admissâ licet aliquâl peregrinatione in Ægypto, *diem* jam tuin decumbentis Regis *emortualem* exspectantes in confiniis hæserint; unde facile intra quadrivium, urgente pietatis causâ, Hierosolymas appellere poterant. Pono enim die *viii* mensis *Cisleu* primò mane illos redditum incepisse (*xxvi Novebris*, feria secundâ) atque *xii* *Cisleu* (seu ultimo Novebris feria sextâ) sacra fecisse, die à nato Domino *xli* currente, seu post quadraginta dics plenos proximè sequente. Ita omnia intra definitum dierum numerum commodissime absolvi potuerunt, quæ perfecta dicuntur, quod nobis demonstrandum suscepimus.

§. 14. „ Qui à morte Herodis usque ad Christi res-  
 „ ditum, integrum annum elapsum esse opinantur,  
 „ quod facit *Baronius*, non assequuntur certe verbo-  
 „ rum emphasis, *Matth. 2: 19-21.* (ut bene urget,  
 „ *Straubius*, cuius verbis ex disp. cit. hic utimur)  
 „ dicit enim ille τελευτήσαντος τῷ Ηρώδῃ, ἵδε ἄγγελος κι-  
 „ ρίς κατ' ὅναρ Φαίνεται τῷ Ἰωάννῳ ἐν Αἴγυπτῳ, λέγων ἐγερ-  
 „ θείς παράλαβε τὸ παιδίον &c. Item ὁ ἐγερθεὶς παρέλαβε  
 „ τὸ παιδίον &c. Et quamvis *Jacobus Salianus*, qui  
 „ in *Annal. Eccl. Tom. vi. A. M. 4055.* opinionein  
 „ hanc cum *Baronio* communem habet, illud potissi-  
 „ muni urgeat, quod *Josephus*, dum redire in Pale-  
 „ stinam intendit, audierit. Οὐτὶ *Archelaos* βασιλεὺς  
 „ ἐπὶ τῆς Ιudeiae ἀντὶ Ηρώδῃ τῷ πατρὸς ἀντεῖ, *Matth. 2:*  
 „ 22. quod eō demum tempore dici potuisse *Salianus*  
 „ persuasus est, quo *Archelaus*, post gravissimam Ju-  
 „ dæorum seditionem, quam mortem parentis fecutam  
 „ legimus, & aliarum rerum difficillimam compositio-  
 „ nem, Romæ comparens, nec non à Judæis multo-  
 „ rum scelerum accusatus, Ethnarcha tandem ab Au-  
 „ gusto constitutus est. Quæ omnia, *Saliano* judice,  
 „ multum omnino tempus exegerunt, si animum quis  
 „ referat ad infinitas cunctationes & moras, quibus li-  
 „ tes, magni præsertim momenti, trahuntur in curiis;  
 „ Objectio tamen hæc facile ex eo solvitur, quod *Ar-*  
 „ *chelaus* Regium axioma statim post Herodis mortem  
 „ sibi vindicaverit, à Patre nimirum in ultimi testamen-  
 „ ti Codicillis *Rex* scriptus, & à cohortibus eō nomi-  
 „ ne salutatus, uti prolixissimè *Josephus* exponit. Ni-  
 „ si enim de *Archelai* conatibus, & Parasitorum quo-  
 „ rundam elogio, τὸ βασιλεύειν, cuius *Mattheus* me-  
 „ minit, explicetur, difficile erit, verba illa D. Euan-  
 „ gelistæ explicare, & ingens ex iisdem obortum du-  
 „ biūm

„ bium solvere ; Nunquam enim Romæ Archelaus  
„ Rex dictus , nec usurpavit eum titulum , postquam  
„ ab Octavio non nisi hanc gratiam obtinuit , ut Eth-  
„ narcha diceretur , axiomate Regiò ei promisso , ει-  
„ περ τὴν εἰς χυτὴν ἀρετὴν προσφέροιτο , Josephus lib. xvi.  
„ Antiqu. c. 10. 11. 12. Vides , quod βασιλεύειν,  
„ Archelao adscriptum , è testamento Herodis , ne-  
„ quaquam verò ex Augusti decreto explicandum sit.  
„ Invertimus ergò argumentum à Saliano usurpatum.  
„ Quo tempore Archelaus Rex dicebatur , eo Christus  
„ ex Ægypto rediit ; atqui statim post Herodis mortem  
„ ex apertis testamenti ejus tabulis , priusquam consta-  
„ bat de Augusti dissensu , Archelaum Regem dixe-  
„ runt subditi : à quo titulo postquam decretum Cæ-  
„ saris innotuit , Judæos abstinuisse certum est. Ergò  
„ statim post Herodis mortem Josephus cum Servatore  
„ nostro & matre ejusdem in Palæstinam rediit.

## C A P U T V.

*Epocha nati Christi. ad annum Jul. XLII. d. Octobr.  
XXI. Fer. I. conciliatur cum Luc. 3: 1. & 23.*

§. I. **E**X iis, quæ ad primam hujus dissertationis partem cap. 3. discussimus, nos solide evicisse autem amus, annum Tiberii XV, in quem principium prædicationis euangelii cum principio ministerii Johannis confert *Lucas* Euangelista (*Luc. 3: 1.*) fuisse annum XV à morte Augusti: quém è vivis decepsisse *duobus sextis cōſſ. XIV Kal. Sept. ex Suetonio adstruximus*. Hunc annum Fasti Consulares jubent compónendum cum anno U. c. 767. Per Jul. 4727. ær. Jul. 59. Cyclo Θ23. Lunæ 15. L. Dom. G. Nēque dubitandum, quin æra Tiberii incipiat ubi Augusti desinit. *Tacitus* enim *Annal.* libr. 1. affirmat, quod simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem (qui idem Tiberius) fama eadem tulerit. Hinc porro initia imperii Tiberiani ad corundem consulum præfeturam refert. *Sextus Pompejus* (inquit codem in libro) & *Sextus Apulejus* cōſſ. primi in verba Tiberii Cæsaris juravere, apudque eos *Sejus Strabo* & *C. Turrianus*, ille prætoriarum cohortium præfetus, hic annona: mox senatus, milesque & populus: nam Tiberius tuncta per consules incipiebat. Ostendimus quoque ex Ptolomæo & nummis Orientis annum Tiberii primum componi cum anno Nabonassaris 762. æræ Aetiacæ seu Asiat receptæ 45. Imò cum his anni formis proximè consentire. Quod si inde numerare pergamus, donec ad annum XV Tiberii perveniamus, erit ille annus,

nūs, in quem inquirimus, U. c. 781. quo consules fuerunt *Appius Junus Silanus*, & *P. Silius Nerva*. ann. per. Jul. 4741. ær. Jul. 73. vulg. seu Dionysianæ 28. Ita tamen, ut præcise loquendo annus Tiberii xv currens initium demum acceperit ab anni istius die qui dicitur xiiii Kal. Septemb. seu xx Augusti. Quare anni Tiberii longè convenientiūs componuntur cum annis Nabonassaris, Actiacis, aut Judaicis, qui eos proximè commensurant: ad quem modulum annus Tiberii xv concurrit cum anno Nabonassaris 776: cuius primus mensis *Thoth* incepit ab Augusti die xvi, cum anno vero Actiaco, seu Asiae receptæ 59.

§. 2. Utile quoque erit annum istum æræ Julianæ 73 conferre, cum anno Judaico, huic parallelo, cuius typus hic sequens esto.

<i>Nisan</i>	incepit	15 Martii.
<i>Ijar</i>		13 Aprilis.
<i>Sivan</i>		13 Maji.
<i>Thammus</i>		11 Junii
<i>Ab</i>		11 Julii.
<i>Elul</i>		9 Augusti.
<i>Tisri</i>		8 Septembris.
<i>Marchesvan</i>		7 Octobris.
<i>Cisleu</i>		6 Novembris.
<i>Tebeth</i>		6 Decembris.
<i>Sebath</i>		4 Januarii.
<i>Adar</i>		3 Februarii.

Videas ergo natalem imperii Tiberiani diem hoc anno xv recurrere ad diem xii mensis *Elul*, correspondens xx Augusti, & v mensis Ægypt. *Toth*.

§. 3. Cum autem nostra sententia exigat, ut Christus natus sit anno æræ Jul. xlxi. Asiae receptæ xxviii die 21 Octobris, dicendum sanè Dominum nostrum anno

anno Jul. LXXII. Asiae receptæ LVII die 21 Octobris implevissæ annum ætatis trigesimum, atquè ab eo tempore fuisse virum triginta annorum, seu quod idem est egisse annum trigesimum primum: atque si progrediamur, eundem anno Jul. LXXIII. Asiae receptæ LIX, qui Tiberii (ut diximus) est quintus decimus, die 21 Octobris implevissæ annum ætatis trigesimum primum, ut abhinc dici debuerit vir unius supra triginta anni, agens annum suum trigesimum secundum. Verum hoc cum dicitis *Lucæ* cap. 3: 23. conciliari non posse objicent nobis viri Docti, qui annum Tiberii XV cum anno Christi trigesimo componit: juxta nostrum calculum ferè componendum cum anno Christi trigesimo secundo. Hanc difficultatem ut tollamus, ex iis, quæ in primâ parte cap. 3. disputavimus, in memoriam revocemus. 1. Dubium de annis 30 Christi, an currentibus, num verò completis? ex textu Lucæ definiri non posse: patitur enim phrasis, ut annos completos intelligamus: atque tum potius dicendum esset, annum XV Tiberii cum anno Christi trigesimo primo currente componi ab Euangelistâ; est enim vir triginta annorum, qui trigesimum annum complevit, quamdiu trigesimus primus currit, atque nondum impletus concipitur. Sic *B. Ignatius* Lucæ textum intellexit, dicens Christum τρεῖς δεκαδας ἑτῶν πολιτευσάμενον ὑπὸ τῆς Ιωάννης βαπτισθεῖσα: qui tres annorum decades ante Christi Baptismum elapsas & completas statuit, priusquam munere suo fungi coepit; hoc totum tempus vitae Christi privatæ tribuens.

2. Annum Tiberii XV. latè sumptum, nota accipi posse pro eo anno, in quo decimum quintum incepit *Tiberius*; qui est ær. *Jul. LXXIII. vulg. XXVII.* Atque ita supponi potest, *Johannem Baptistam* hoc anno ad munus vocatum fuisse mense *Nisan*, *Iesum vero Baptis-*  
mum

num ab eo recepisse *mense Tisri*. Cumque etiam in priori parte observaverimus nec illud ex Lucæ textu definiti posse : sane non contradicit sententia nostra dictis *Lucæ*, quæ statuit Jesum anno Jul. LXXIII ær. vulg. XXVIII à XXI Octobris anni precedentis, usque ad XXI Octobris hujus anni currentis, egiſle annum trigesimum primum : atque facile admittere potest *Jesum* hoc anno ante mensim *Octobrim* à Johanne baptizatum fuisse. Saltem nemo apodicticè demonstrare poterit *Jesusum* post mensis Octobris diem vigesimum primum anni æræ vulg. XXVIII. à Johanne fuisse baptizatum. 3. Ne sententia nostra *Lucæ* dictis sit contraria, sufficit, si *Christus* ante diem XXI Octobris anni ær. Jul. LXXIII. ær vulg. XXVIII ponatur à Johanne baptizatus ; atque nihil sit, quod id prohibeat, in dictis *Lucæ*. Jam vero in nostra sententiâ, etiamsi annus XV Tiberii numeretur à XX Augusti, satis relinquitur spatii, ut Johannes potuerit dici eo currente vocatus, & *Christus* simul baptizatus ante XXI Octobris ; intercedit enim duorum mensium spatium ; quo saltem utruinque comprehendendi potuit. Quid si concipiamus juxta formam anni Judaii Johannem vocatum munusque suum auspicatum fuisse in fine mensis Elul, aut principio Tisri, quando anni decimi quinti Tiberii mensis primum currebat : nonne hoc cum dictis *Lucæ* *Luc* 3; 1. consentiret apprimè ? Quid si concipiamus quoque Christum eodem Mense *Tisri*, in diebus luctitiae & festivitatis tabernaculorum baptismi fuisse initiatum : nonne si tunc incepit, dicendus esset triginta annorum vir ? quamdiu trigesimum primum currentem, imo ad finem properantem, nondum impleverat. Ego sane non video esse hic quicquam, quod hæreat ; aut cum dictis *Lucæ* non accuratissime consentiat. Pone *Lucam* hoc dicere vo-

luisse , quod nos assumimus , an potuisset hanc mentem aliter exponere , quam verbis vocibusque , quibus usus est ? Dicant quælo , quid ad istius sensus expositionem in vocibus corrigendum aut reprehensibile inventiant.

S. 4. Repetent forte particulam ὡτεὶ obstare , ne que pati , ut Lucas rem tam arctis inclusam cancellis conceperit , aut tantoperè ab anno trigesimi primi principio remotam . Verum ad ea quæ ostendimus cap. 3. part. 1. nunc adjiciamus . 1. Particulam ὡτεὶ , ut diximus , posse hic loci accipi ut superfluum , seu ut ex Etymologici Magni auctore notavimus , ut ἐπιφράξα πλέκον , qui pleonasmus satis frequens est in Novo Testamento ; inspice modo in eodem hoc libro locum *Luc. 23:44.* ubi legimus ἦν δὲ ὡτεὶ ὥρα ἔντη : quod tamen duo euangelistæ sic exponunt , ut particulam illam tanquam pleonastican excludant : apud *Mattheum* enim legas cap. 27:45. ἀπὸ ἔκτης ὥρας & apud *Marcum* , cap. 15:33. γεγενομένης ὥρας ἔντης ; ubi uterque Euangelista sine ullâ hæsitatione affirmit horam sextam fuisse tunc adimpletam . Adde , quod idem *Lucas Act. 10:3.* ὥρα ὡτεὶ ἐνάτη ad vers. 30 exponat absolutè horam nonam . Quid ni ergo si res ita ferat , hic eadem particula accipienda erit ut superflua , & per pleonasnum juxta vulgarem idiotsimum posita ? 2. Nota etiam particulam ὡτεὶ non semper esse fluctuantis , aut dubitantis ; sed aliquando etiam συνηρπιτικῶς sumi ; quotiescumque scilicet res cum re confertur : atque tunc comparativam significationem exercere , constat ex locis . *Matt. 9:36. 28:4. Hebr. 11:12.* quam potestatem etiam hæc vocula apud Euangelistam nostrum exercet . *Luc. 24:11. Act. 2:3. 9:18.* Hanc vocis potestatem huic loco applicat interpres *Syrus* , dum vertit אָנָּב בְּ

**בָּר שְׁנִין תַּלְתֵּן** quemadmodum filius triginta annorum: ut comparatio ætatis Christi fiat cum ætate viri triginta annorum, quam attigerat cum munus suum aupsicaretur. Ratio comparationis tunc erit, ut Christus respiciatur tanquam matus ad gravissima munia, quæ cum ætate prudentiam postulant, obeunda: erat enim illa ætas virilis, constans, gravis, & muneri capessundo apta: commode igitur proponitur in ordine tricennarium cum susciperet prophetæ munus, ne quis suspicetur eum ex juvenili fervore temerario ausu munus istud involasse: sed ex ætatis maturitate potius colligamus maxima in ipso continentiae arguimenta spectanda esse, quando videoas eum in obscuru latitasse, nec in publicum prodiisse, usque dum ætatem attigerat, quæ ad munia publica matura censetur. Sic in lege Sacerdotes ad munus publicum non ante annum trigesimum adiunctorum admittebantur Num. 4: 3. Hac ætate Josephus praefectus Ægypti, & David regno adiutori sunt, uterque typus Christi: nec non Ezechiel ad munus propheticum vocatus. Vide Gen. 41: 46. 2 Sam. 5: 4. Ezech. 1: 1. Vocabatur illa ætas in politicis legitima. Sic Theophilus I. inst. tit. de libert. §. 4. ἐνομος ἡλικία ἡ ὑπὲρ τῶν λ' ἐνιαυτῶν. Legitima ætas est, quæ trigesimum annum excedit. Ulpianus in fragm. Tit. I. dicit legem Ulpiani dictasse, ut minorem triginta annorum servatu manumittere non licet. Quid obstat quæsto, ut cum Syro non cum in sensum dicta Lucæ accipiamus, quasi dixerit. Ille ipse, qui ita in baptismo Johannis fuit glorificatus, erat Jesus, non juvenis effrenis, sed cum viro triginta annorum comparundus, quando incipiebat ministerium suum aggredi, existens Adami & Dei filius. Elliptica igitur est phrasis ἐτῶν τριάκοντα, supplenda voce ἀνὴρ aut εἰδε. 3. Notandum quoque vobulam

culam ὥστε etiam componi posse cum verbo ἀρχόμενος; in quā vocum constructione locus vertendus esset, quasi incipiens, quod etiam Setho Calvisio in mentem venit: quā versione admissa sensus erit baptismi susceptionem retulisse speciem susceptionis muneris propheticī, quod Christus tunc videbarūt adire, cum se baptizandum susteret: fiebat sanè sub baptismo Christi ejus quasi in munus Doctoris inaugratio, quando per spiritus in eum descensum, addito divino oraculo, à Deo populo commendatus fuit ut dilectus ejus filius, ac proin ab omnibus audiendus. Huc respiciunt dicta *Act. 1: 22.* ubi ὁ κύριος Ιησοῦς dicitur ἀρχόμενος ἀπὸ τῆς βαπτίσμatos ὁώννα: concipiaturque ergo susceptio baptismi ejus, quasi exordium & principium auspicati muneris. Quamcunque harum expositionum suscipias, sensum invenies voculae ὥστε, nostram sententiam minimè subvertentem; sed potius confirmantem: ut nullo indicio hic doceatur quoisque annus ille trigesimus primus aut à suo principio recesserit, aut ad suum termintum accesserit.

§. 5. Hic subsistere potuisse, contentus *Luce* locum ita exposuisse, ut sententiae nostræ non contradicat, nec eam ullo modo infringat. Verum, re diligenter perspensi juvat hunc locum adducere potius ad nostram sententiam amplius confirmandam. Ostensum dedimus cap. 3. part 1. solo isto loco *Luce* controversiam de anno Christi natali definiri non posse. Ast nunc si componatur hoc testimonium cum demonstratione anni, mensis, & diei mortis Herodis; ausim dicere, quod tales nobis dentur per utramque positionem termini, qui satis sunt ad eam controversiam quam proximè determinandam: nam 1. per demonstratum annum, & in anno diem mensis, quo mortuus est *Herodes*, omnes illæ sententiae redarguuntur, qui tempus, Christo

Christo natale assignant post felicem illum diem, quod ecclesiam à Tyranno liberavit Deus. Proin, qui natalem Christi diem post emortualem Herodis (qui fuit dies 25 Novembris anni Jul. XLII) collocant, omnes de ponte dejiciuntur. 2. Per hunc autem Lucæ characterem, *annum trigesimum primum Christi cum xv Tiberii componentem*, omnes illi quoque refutantur, qui Jesum ante xx Augusti diem anni Jul. XLII natum conjecterant: qui enim natalem Christi ad anteriora retrahunt, omnes efficiunt *Jesum anno Tiberii xv plusquam triginta annorum fuisse*. Nec patitur quidem hic character, ut natus dicatur anno *Jul. XLI*, quin dicere cogantur istius sententiae patroni Jesum anno xv Tiberii egisse annum trigesimum secundum; quoque magis in anteriora retrocedas, ut exempli gratiâ, ad annum *XL* aut *XXXIX*, eo magis recedes à termino Lucæ, atque urgeberis ad annum Tiberii xv componendum non cum *XXXI* Christi currente, sed cum *XXXIV*, vel *XXXV*. Imo hic character Lucæ ne quidem patitur, si rigidè descriptionem temporis sumamus, ut *Jesus natus censeatur ante calendas anni Nabonassaris 745.* aut *Asiae receptæ 28*, seu quod idem est, ante anni Jul. XLII diem *xx Augusti*, ut attendenti satis constat. Relinquitur igitur nativitati Christi tantummodo illud *intervallum*, quod intra duos illos definitos terminos intercedit; nempe inter anni Jul. XLII diem Augusti 20 & Novebris 25, trium tantum mensium spatum complectens. Hoc *interstitium*, quoad quantitatem trimestre continens, quoad temporis qualitatem anni tempestatem referens, ad *autumnum spectat*.

§. 6. Quod si adhuc altius ex collatione duorum istorum characterum in temporis restrictionem penetrare luet, pensandum, quænam intra hujus trimestris

spatium sint collocanda ; huic enim non solum dies Christi natalis , sed quicquid etiam ab eo usque ad finem exilii Aegyptiaci accidit , includi debet , qui cum die emortali Herodis in eundem diem incidit : sicut & pars iusta ejusdem trimestris diei Christi natali præmitti debet , ut ante trigesimum primum Christi annum ad impletum dici posset anno xv. Tiberii baptizatus. Hæc sane nemo commodè disponere poterit , nisi qui diem purificationis brevi post redditum ex Aegypto observatum nobiscum statuat. Ita tandem stabili veritas perstat cothurno , æternumque stabit : ut ista rerum collatio jam vim habeat tertii pro sententiâ nostrâ argumenti. Cui hoc *intervallo temporis* justo videtur angustius (licet præter causam) necesse est , ut illam intercapidinem dilatet , seu baptismum Christi ad posteriora rejiciat tempora , seu vocationem Johannis & natalitiam Christi ad anteriora retrotrahat. Si priùs velis , efficies *Iesum* post fata Herodis natum , quod est contra euangelium ; si posterius , vide ne efficeris *Johannem* ante xv Tiberii annum ad munericum exercitium vocatus fuerit , quod foret contra assertionem *Lucæ*. Manet proin , intra xx Augusti & xxv Novembbris anni LXXXIII Jul. primò vocatum fuisse Baptistam , haud diu post baptizatum *Iesum* , post aliquot elapsos dies rediisse diem mnemonicum nati Christi , & intra quadraginta dies indè numerandos secutum fuisse diem festivæ satis lætitiae , ex memoriam mortis Herodis Ascalonitæ , hostis pietatis & Christi , celebrandæ.

## CAPUT VI.

*Epocha nati Christi ad annum Jul. XLII O&E. XXI F.*

*1. conciliatur cum calculo Ephemeriarum.*

*S. I.*



Ui cyclum hieraticum adhibuerunt, ad tempestatem nati Christi inveniondam, hujus calculo non multum ef- fecerunt: atque etiam ad priorem dissertationis nostræ partem ostendi- mus, quanti sint in hoc inveniendi verum tempus nati Christi medio defectus. Ast hujus loci est, ut osten- damus etiam illum calculum quam facilime cum nostrâ sententiâ conciliari posse. In quem finem id nobis a- gendum est, ut cycli hieratici connexionem cum anno Juliano manifestemus. Nos, ob mota jam ante dubia adversus illustris Scaligeri connexionem (quâ ordinem hieraticum denuo ad diem lustrati à Juda Macchabæo templi ab ovo incepisse credi postulat) ad aliam con- nexione computum nostrum convertimus; quam in- venimus in anno Æ. vulg. 70. Jul. 115. ad diem mensis Loi decimum, seu nonum diem mensis Judaici Ab, quo, ministrante primâ classe, quæ erat rōi Jojarib, ignis in templum conjectus totum dicitur concremasse sanctuarium. Vide nexus, quem didicimus ex Josephi de bello Jud. libr. 6: 26. & ex libro Taanith ad diem nonum mensis Ab: atque confer de hâc re Lig- footium in oper. tom. 2. pag. 139. Cunæum de Repl. Jud. libr. 2: 15. & Cl. Mejerum in suis commentariis ad li- brum Taanith. Quod nobis porrò agendum est hic spectat, ut in anno Jul. 41. inveniamus eundem cycli nexus:

## 200 DE ANNO, MENSE, ET DIE

nexus : scilicet Novilunium mensis *Ab* incidit anno  $\text{\AE}$ .  
vulg. 70 in diem 26 Julii , ut nomen eius fuerit ce-  
lebrata die 27 Julii Lit. c. seu Fer. vi . proin nonus e-  
iusdem mensis erit Augusti quartus, ipso illo Sabbatho,  
quo classis Jojarib ad ministerium fuerat ingressus. Jam  
inter annum Jul. 41 & 115 (qui est  $\text{\AE}$ . V. 70) à 1v  
Augusti prioris ad 1v Augusti posterioris comprehen-  
duntur anni 74 , quorum octodecim fuerunt intercalares : hi autem anni constant diebus 27028 , in qui-  
bus (per 168 divisis) invenies cyclos hieraticos 160 ,  
una cum diebus superfluis 148 . Sequitur hinc die 1v  
Augusti in anno Jul. 41 cyclum hieraticum pervenisse  
ad diem 21 (& antequam absolvatur , per dies 148  
currere debuisse) unde si numeres ad diem 50 , incidet  
in primum ephemerizæ octavæ Classis , qui erit secundus  
Septembribus G. Fer. vii seu Sabbathum : itaque die e-  
iusdem mensis 10. Fer. i. redierit à ministerio Zacha-  
rias ad sua , atque conceperit Elizabeth . Hoc anno  
itaque incepit Classis *Abie* 2 Septembribus (qui concurrit  
cum 29 mensis *Ab*) atque ministravit usque ad quin-  
tum mensis *Elul* : redditus vero incidit in eiusdem men-  
sis septimum diem ; unde si numeres menses novem ,  
ut venias ad tempus nati Johannis , incidet in mensem  
*Sivan* , ejusque initia , seu diem à septimo parum re-  
motum ; impleverat enim Elisabeth mensem à concep-  
tione nonuin die vii mensis *Sivan* in anno Juliano 42.  
ipsis calendis *Junii*.

§. 2. In hoc calculo suppono conceptionem *Johannis Baptiste* factam , à quo Zacharias , adimpletâ suâ ephemericiâ , domum redierat: indubium enim mihi est vi-  
rum pium , à quo ei spes prolixi facta erat divinitus , ac  
quam primum id honestas pateretur , quæsivisse semen  
Dei: cum de naturâ pietatis sit Deo præcipienti prom-

ptum

ptum præstare obsequium : præsertim id fiet promptius , si quando res à Deo commendata boni alicujus specialis spem concitet . Conjugati instinctu quodam naturali semen videre desiderant , præprimis steriles & orbi . Saltem hic noster calidis sèpè precibus & votis legitimum thori fructum à Deo flagitaverat , undè *Deum ejus exaudivisse orationem dixerat Angelus , Luc. 1:13.* Quod tantopere erat in votis (cum nunc ejus spes divinitutis facta esset , & quidem *seminis Dei* , quod Christi , dudum exspectati , prodromum ageret) nonne ocyus quæreret vir optimus ? Idque eo magis , quia incredulitatis pœnâ modo latâ fidem rei servo suo jam tum extorserat Deus , à quâ etiam liberari cupiebat ; vel saltem credere fas est , quod ejus interventu adatus fuerit ad illum fidei fructum quantocytus promovendum . Neque etiam ab alterâ parte dubitandum est , quin homo probus hæc juxta Dei promissionem & præceptum quærens , invenerit , quod eum in modum quærerbat ; sicuti enim promissio Dei non potest esse frustra , ita dubium esse nequit , quin *Zacharias* ad primum actum consuetudinis cum uxore expertus fuerit concursum Dei ad probrosoe sterilitatis ablationem efficacem . Quibus politis , cum virum optimum unâ cum uxore in montanis Judæ habitasse dicatur ; atque ita in civitate *Hebron* suum habuisse domicilium credatur ; quæ ut ex *Josuâ* constat , civitas sacerdotalis fuit : cumque ea civitas à civitate sanctâ non ultra diætam absfuerit : sequitur conceptionem illam commodissime eâ nocte fieri potuisse , quæ proximè diem redditus consecuta fuit : die nempe cycli hieratici quinquagesimò octavo , seu mersis *Elul* anni *Jul. 41 die septimo* . Neque terminum illum esse prætergrediendum existimo ; nisi velimus aut *Zachariam* non promptum præstitisse

obsequium : aut Deum non illico respondisse hominibus  
juxta ejus verbum quod promiserat piè querentibus.

§. 3. Cognito jam tempore concepti, & præterpropter  
nati Johannis Baptiste: indagandum nunc porro erit tempus  
conceptionis Domini nostri Iesu Christi. Lucam si  
denuo audiamus, utcunque etiam invenire licet diffe-  
rentiam temporis, inter utriusque conceptionem inter-  
cedentis : dicitur enim *Luc. 1: 26.* *Angelum Ga-  
brielem sexto mense à Deo ad civitatem Galileæ , di-  
ctam Nazareth , fuisse missum , qui isthic loci de con-  
ceptione Christi jam futurâ Mariam monuit ; additurque  
vers. 36. *angelum Mariæ dixisse , hunc mensem fuisse  
Elizabethæ nepti ejus ( quæ sterilis dicta fuerat ) sextum .*  
Sicut itaque mensis Elul fuit imprægnationis pri-  
mus, ita mensis Sebath fuit à conceptione sextus. Ve-  
rum, quantum istius mensis fuerit clapsum ? non cer-  
to constat. Hoc saltem mihi probatu facile est, diffe-  
rentiæ istius temporis, quam indagamus, non dandum  
esse mensem integrum ; quoniam Maria , per tres inte-  
gros menses apud cognatam commorata , non tamen Jo-  
hannem natum vidit ; ut liquet ex inspectione vers. 56 :  
oportet itaque ut huic mensi sexto aliquid temporis de-  
trahamus : & ad minimum tantum , quantum inter  
*Mariæ imprægnationem miraculosam ejusque in do-*  
*mum cognatæ ingressum , nec non inter Mariæ redi-  
tum & cognatæ partum intercessit. Nazareth à  
montanis Judæ ad minimum quinque diætas aberat, ut  
eundo & redeundo decem impensi sint dies : cui adde  
aliquid temporis etiam à concepto Christo ad iter suscep-  
tum dandum esse deliberationibus & præparationibus.  
Cumque regressus etiam aliquamdiu diem partus Eli-  
zabethæ anticipaverit ; probabile mihi est admodum,  
diem visitationis angelicæ, proximum cum Christi con-  
ceptione**

ceptione nexum habentem, initio sexti mensis esse al-ligandum. Adicet proin. *Maria*, jam grava ex spi-ritu sancto, cognatam suam, cum iam proximè à quin-que mensium occultatio[n]e in publicum prodire incep-erat *Elizabetha*, quod dicitur *Luc.* 1: 24. 25. Sanè textui *Lucæ* fiet satis. Hinc sequitur conceptionem Domini cum Mense *Sebasti* (qui à mense *Elul* sextus est) componi debere: neque quicquam prohibere, quominus circa ejus initia conceperit *Maria* Dominum. Ita etiam ill. *Scaliger*. *A. conceptione Iohannis, ad conceptionem Domini, menses sunt quinque absoluti* . . . . Metà dè ταύτας ἡμέρας συνέλαβεν ἐλισάβετ η γυνὴ ἀν-τᾶ, καὶ περιέρυθεν ἔαυτην μῆνας πέντε. *Quinque menses solidos à conceptu occultavit se[re]nē*. Itaque sexto ineunte contigit ἀγγελισμός *Mariam*. Εν δὲ μηνὶ τῷ ἑκτῷ ἀπεσά-λη Ἀγγελος; sine ullis ambagibus ostendit sextum illum mensem iniuisse à conceptu *Iohannis*: & ita clare se-quentibus confirmatur, ut locus non sit pertinacie. Kai οὐτος δὲ μὴν ἑκτος ἐσιν αὐτῇ τῇ καλιμένῃ σε[re]na. *Sextus men-sis à 1111 Auguſti anni. 4710 inverit à 1111 Janua-rii anni 4711*: & circiter illud tempus inciderit ἀγγελι-μός *Mariam*. & delegatio *Angeli Gabriel*. Proinde na-tale Domini inciderit circiter Octobrem ineuntem, plus minus. *Diem enim definire unius Dei est, non homi-nis*. In hoc autem deserimus *Scaligerum*, quod nata-lem Christi ad annum per. *Jul. 4711* ponat, quem nos ad annum anteriorem periodi *Jul. 4710* invenimus: ut duos cyclos ejus calculum anticipemus. Dein, quod nexum cyclorum cum anno Juliano ab anno & die ex-cidii templi retro numerando repetiverim. Ceterum hoc assumimus; differentiam conceptionis utriusque statuen-dam solum quinque mensium solidorum, & *Angeli eu-angelium* cum principio sexti mensis esse componendum.

§. 4. Progrediamur jam à tempore conceptionis Christi ad tempus nativitatis ejus , & facile patebit tempus à nobis definitum non abhorre à calculo hieratico , quin cum eo possit redire in gratiam. Sit mensis *Sevath* primus , quo concepit *Christum* Maria: mensis *Murchesvan* , quo natum eum credimus , abhinc decimus est ; ut tempus novem mensium completorum fuerit adimpletum circa ejus initium. Neque dicat aliquis nos tempus parturitionis hoc calculo novem definire mensibus lunaribus , quales sunt menses Judaici : cum id nobiscum faciant Medicorum plurimi , atque etiam experientia comprobet pro variâ muliercularum indole magnam quoque inveniri eâ in re varietatem : ut partus , octo menses excedens , atque currente nono accidens , pro partu plenariò habeatur. Scilicet in anno Jul. 41. diem conceptionis Johannis ponentes ad diem *decimum Septembbris* , adjicimus *xiv* lunationes ad tempus nati Christi (quæ comprehendunt dies 413) atque ita ducimur ad diem 28 *Oktobris* anni Jul. 42. unde conficimus mensem octavum fuisse adimpletum die 28 *Septembbris* , atque mensem currentem nonum eum fuisse , qui inter 28 *Septembbris* , & 28 *Oktobris* in anno Jul. 42 intercedit : intra quod curriculum serius ocyus natalis Christi accidere potuit , quem nos cum 21 *Oktobris* composuimus. Verum age , sumamus menses solares *xiv* , atque à *decimo Septembbris* anni Jul. 41. eos numeremus usque ad *decimum Novembbris* in anno Jul. 42. Hinc sequitur mensem nonum concepti Domini cum esse , qui inter *decimum Oktobris* , & *decimum Novembbris* intercipitur ; ut proinde satis commode mense nono à conceptione natu dici potuerit , quem die *Oktobris vigesimo primo* natum posuimus. Sin verò quis diem nati Christi ad

28 Octobris, Fer. 1. protrahere malit, per nos licet; erit enim unius septimanæ differentia, quæ spatium inter redditum ex Ægypto, & diem purificationis una amplificabit hebdomadâ, atque efficiet, ut *Josephus* vel ex ipso Ægypti meditullio adduci poterit, & in tempore Hierosolymas ad sacra puerperii celebranda appellere: diem enim ita præcise definire dico cum Scaligero, folius Dei esse. Ego tamen cum *Herodis* ante obitum gestis magis convenire putabam, si natalis Christi per unam hebdomadam promoveatur in anteriora, atque cum 21 Octobris F. 1. componatur.

Concludo itaque calculum ephemeriarum non modo sententiam nostram haudquaquam convellere, sed potius confirmare, atque ei multum ponderis adjicere; modo cum reliquis characteribus conferatur: nam, non posse nos aliam Abiæ ephemeriam admittere vel inde constat, quod *Ephemeria* posterior natalem Christi propelleret ad tempora, *Herodis* mortem sequentia, quod est contra indubiam hypothesisin: adde enim cylclum 168 dierum, & ita promovebis diem nati Christi à 21 Octobris anni 42, ad diem Aprilis septimum in anno Jul. 43. Sin vero ephemeriam Abiæ anteriorem eligas, natalis Christi promovendus esset in anteriora dies 168, seu à 21 Octobris ad sextum Maji in anno Jul. 42. Quo admisso, Christus anno xv Tiberii baptizatus, fuisset non annorum triginta, sed unius ultra triginta: ut proindè intra terminos mansuri, aliam Abiæ ephemeriam præter hanc eligere nequeant, quæ nos cogit natalem Christi diem in mensem Octobrim anni Jul. 42 ultra medium vergentem, conferre: quod nobis erat demonstrandum.

## CAPUT VII.

*Epocha nati Christi ad annum Jul. XLII Octobr. XXI.  
Fer. 1. conciliatur cum antiquitate.*

§. 1.  Uod nobis fortassis adhuc amolendum restat, erit accusatio novitatis: neque credibile multis videbitur, universam antiquitatem adeo fuisse veritatis ignoratum, ut nullibi relictâ sint ejus rudera aut minima vestigia: proin vel ob solam novitatem hanc nostram sententiam non esse admittendam judicabunt. Age igitur, & hunc campum ingrediamur, ut etiam à tali nostrâ sententia liberemus præjudicio, atque Patrum antiquissimorum legamus vestigia; ea collecturi, quæ cum quoad annum, tum quoad anni tempestatem faciunt, atque nostram sententiam plane confirmant.

§. 2. Est autem annus, in quem nos nativitatem Christi contulimus, per Jul. 4710. Jul. 42. U. C. 750. C. Calvisio Sabino & L. Passieno Rufo coss. Verum cum ille ortus ad mensem Octobrim spectet, ad alias anni formas etiam nos utiliter convertimus, dicimusque eundem annum primum Christi invenire suam epocham anno ætæ auctiace 28. Alexandrina 27. Nabonassaris 745. Regni Herodis à nece Antigoni 34. Nostrum characterem per designationem consulum confirmat Historiæ Ecclesiastice scriptor diligentissimus, Sulpicius Severus, qui circa annum A.D. vulg. 400 vixit, atque libr. 2. cap. 39 in hæc verba scribit. *Christus natus est Sabino & Ruffino Coss.* Horum consulatus in fa-

in fastis Consularibus refertur ad annum V. C. Varonianum 750. adeoque is scriptor plane nostram corroborat sententiam quoad annum : cumque vir fuerit rebus historicis & chronologicis intentus , credendum est eum auctores habuisse , quos ipse secutus fuerit ; neque Eusebium præter causam deseruisse purandus est , ut proinde veterum quosdam fuisse ex quibus hanc traditionem acceperit , necesse sit . Ille solus proinde mihi sufficit , ut id obtineam scilicet inter variantes veterum traditiones unam adhuc tunc temporis fuisse superstitem , quæ Christi natalem cum horum predicatorum consulum administratione componebat . Imo , cum nemo antiquorum patrum hoc tempus ad certos consules referat (nisi quod Eusebius in Chronico & Epiphanius nequant cum consulatu Octaviani xiiii & M. Plautii) atque reliqui mentionem consulum , ut ipsis minus faventem , omittant , mihi verisimile redditur horum consulum , quos Sulp. Severus memorat , memoria fuisse in antiquâ traditione , sed ab iis præteritam , qui eam cum suis hypothesis conciliare non poterant .

§. 3. Inter antiquissimos Patrum , qui annorum numerum ineunt , est Justinus Martyr in suâ ad Antoninum Pium apologiâ (quæ vulgo audit secunda , sed ob gravissimas rationes censetur prima ) ubi innuit πρὸ ἑτῶν ἐκατὸν πεντήκοντα γεγεννηθεῖς τὸν Χριστὸν ἐπὶ Κυρηνίᾳ . Ante annos 150 Christum natum fuisse sub Quirino . Verum incertus manet ille Justini character , donec demonstretur quoto Antonini anno fuerit tradita ista apologia . Sunt qui exhibitam fuisse istam apologiam Imperatori velint Ann. Antonini I. AE. V. 138. Petavius Antonini 2. AE. V. 139. Fuscius ejusdem anno 3. AE. V. 140. Calvius & Helvius anno Antonini 13. AE. V.

Æ. V. 150. Quid si ex *Pagio* assumamus, Christianos in more habuisse, cum sub decennalibus insolentiores à gentibus paterentur insultus, suas quibus Imperatorum animos emollient instruere apologetas; atque ita hanc editam fuisse anno Antonini decimo Æ. V. 147. U. C. 900. quo etiam ludi seculares cum Imperatoris decennalibus coincidebant? hoc posito, deceptis annis 150 Christus poneretur natus anno V. C. 750. ante æram vulgarem triennium, & quod excurrit, quæ nostro calculo planè consentiunt. Saltem *Marcionitarum mentio*, quam in hâc apologi facit *Justinus*, cuius auctor *Marcion* demum sub *Pio Papæ* innotuit, nos credere jubet, non traditam fuisse eam apologiam ante annum Æ. V. 142, quo *Pius* curam episcopalem demum suscepit; imò eam aliquamdiu post ejus initia fuisse recitatam, quia *Marcion* non statim sub initiis ejus Romæ innotuit, nec illico sectam fecisse dicendus est. Hinc bene monet *Ruinartus*. *Hanc apologiam ad Pii Papæ initia referri non posse*, quia in eâ *Marcionitarum fit mentio*, qui sub *Pii initiosis nondum sectam fecerant*. Neque post annum 147 fuisse conscriptam, à quo *Marcus & Lucius* tribunitiæ potestate acceptâ *Antonino Pio*, tanquam confortes imperii facti, conregnarunt, vel inde constat, quod *Justinus* in titulo apologiæ eorum nomina sine ullo digniori titulo commemoret; contra procul dubio facturus, si jam tunc eos in consortium imperii adscivisset *Pius*. Quibus ritè perpensis annus 147 ante datos hisce Cæsaribus tribunitiæ potestatis honores videtur confirmari, ut huic apologiæ faciundæ præ omnibus aliis oportunus.

§. 4. Sunt quoque inter Veteres, qui nativitatem Christi per annos *Augusti* definitiunt: primus hoc egit *Irenæus*, *Polycarpi* discipulus, secundi seculi docttor, qui

qui circa annum æræ vulgaris 170. sub Marco Antonino Philosopho ecclesiæ Lugdunensi in Galliâ præerat ; ille enim in operum libr. 3 : cap. 25. scribit : *natum esse Dominum nostrum circa annum XL I. imperii Augusti.* Quod si hos annos *Augusti* (uti fieri apud *Iosephum* videoas) putemus à morte Julii , erit ille annus æræ Jul. *XL II.* atque sic haberemus & *Irenæum* consentientem. Neque memini me quicquam in *Irenæo* legisse , quod nos prohibeat epocham annorum Augusti cum in modum accipere , atque dictis *Irenæi* applicare.

*Tertullianus* contra *Judeos* quidem annum Christi natalem etiam anno *Augusti* *XL I* alligat , sed ita expo- nit , ut videoas eum annorum Augusti epocham collo- care ad annum Jul. 3. quo *Triumviratum* suscepit *Augu-  
stus* : Relege enim *Tertulliani* verba in libro contra *Judeos* cap. 8. Adhuc Cleopatra conregnavit sub *Augu-  
sto* annis *XIII.* Post Cleopatram *Augustus* alios annis *XL IV.* : nam omnes anni imperii *Augusti* fuerint an- ni *LVI.* Videmus autem , quoniam quadragesimo & primo anno imperii *Augusti* , quo (lege qui) post mor- tem Cleopatræ imperavit , nascitur *Christus* , & super- vixit idem *Augustus* , ex quo nascitur *Christus* , annis quindecim. Nota *Augustum* ex mente *Tertulliani* re- gnasse 43 annos post Cleopatram , & 15 post natum *Christum* , cumque mortuum anno Jul. 59 : hinc se- quitur annum Christi natalem coincidere *Tertulliano* cum anno Jul. *XL II* & anno *XXVI* 11 post Cleopatram. Ve- rum hos errores peperit dubia *Augusti* epocha : fuerit ex traditione *Iesus* natus anno *Augusti* *XL I* , ut vi- deo apud *Irenæum* ; idque ex oriente haustum ; qui hoc exposuerunt juxta æram *Augusti* secundam , id i- pfum male contra mentem auctiorum traditionis acce- pertunt , calculum atque *Æram* sive gentis secuti : non at-

tendentes se tunc diem nati Christi ultra diem Herodis emortualem protrahere, hoc uno contenti, quod triginta annos Christi apud Lucam dividentes, effecerint, ut quindecim effluxerint sub Augusto, & quindecim ultimi concurrant cum Aëtrâ Tiberii, ad annum ejus xv usque. Sic remanent adhuc vestigia antiquæ veritatis, licet per erroneam quorundam interpretationem non nihil inflexa.

§. 5. Sunt etiam, qui annum Domini natalem cum anno *Augusti* 28. componant; annos Augusti numerantes à devicto Antonio: verum etiam hic relinquitur dubium, ex diverso numerandi principio: in Asiad & Syriâ eum calculum incipiunt à victoriâ Actiacâ, quam Augustus reportabat anno Jul. xv. i v. nonas Septembribus: in Ægypto verò & Africâ ab occupatâ Alexandriâ, atque Antonii simul & Cleopatræ exitu, quæ anno Jul. xvi facta sunt, circa finem Augusti: atque sic annus 28 ær. Act. est 27 ær. Alex. Clemens *Alexandrinus* progenitis more trahit annum Augusti 28 (quo natus ferebatur Christus) ad annum ær. Alex., atque idem faciunt *Eusebius* & *Epiphanius*, licet in die non consentiant; ille enim eam anni partem indicat, quæ cum anno Jul. 43 cohæret; duo posteriores vero ultimam anni xxviii partem assumunt, quæ cum anno Jul. 44 concurrebat, ut ex consulibus, cum apud Eusebium in Chronico, tum apud Epiphanium Hær. 51 indicatis constat; qui sunt *Ottavianus* xiiii & *Plautius Sylvanus*. Verum, si notassent viri optimi, annum Augusti xxviii juxta ær. Actiacam, exacte respondere anno regni Herodis à Senatusconsulto xxxvi i, à nece Antigoni xxxiv, qui illi ultimus vitæ fuit: nunquam ad annum xxviii ær. Alex. (qui Actiacus xxix est) natalem Domini transtulissent; ut fons aberrationis iterum sit

ærarum confusio, pravaque acceptio, interpretando annum 28 in traditione designatum de anno ærae Ale- xandrinæ, qui accipiendus erat secundum æram Asiaticam; quos oportebat esse memores ex Asia seu Palæsti- na traditionem profluxisse, ubi æra Asiatica obtinebat, non Alexandrina. Cui rei ansam dedit, quod nimis fuerint solliciti de conciliando Lucae testimonio *Luc.* 3: 33. cum anno Augusti in traditione memorato: atque interim nihil solliciti de æris Herodis; ubi *Eusebius* & *Epiphanius* omnia subvertunt, & secum coherentia non dicunt: atque revera natalem Christi post Herodis e- mortuaem trajiciunt: quæ aperta contra euangelium contradicatio est. Ausi quoque sunt *Eusebius* & *Epiphanius* contra *Irenæi* traditionem, & *Tertullianu*, na- talem Christi cum anno Augusti **XLII** componere, quem illi ad annum ejus **XLI**. posuerant: ita & secundâ vice tra- ditionem violantes, atque ad praconceptas suas opini- ones inflectentes.

§. 6. Verum dicat aliquis, de anno quidem consta- re, quod etiam inter Veteres quidam annum Asiae re- ceptæ 28. cum *Jul.* **XLII** concurrentem agnoverint, Chri- sto fuisse natalem: Sed neminem Veterum diem & mensem conjectisse in autumnum: esse hoc inventum *Beroaldinum*, quod perplacuit *Scaligero*, atque ex viri famâ auctoritatem accepit. Nos tamen etiam in hâc caussâ veritatis vestigia legimus in observantiâ Veterum, qui natalem *Johannis* diem mediò vere celebrabant: unde sequitur natalem Christi respondere debere autum- no. Legant viri docti *Cyrilli Alexandrini* homiliam in natalem Joh. Baptistæ, observentque, ut inoneat *E- clesiam Alexandrinam* solere *Johannis Baptistæ* nata- lem celebrare die 28 *Pharmuthi*. Qui respondens men- si *Aprilii Juliano* exigit, ut ejus auctores crediderint

Dominum nostrum mense Septembri aut Octobri natum fuisse. Adde Clementem Alexandrinum Stromatum libr. i. inter natalem Christi diem, & emortualem Commodi, qui ultimo Decembribus strangulatus occubuit annos numerare 194, mensem unum, & dies tredecim: unde evidenter ex sententiâ Clementis sequitur natalem Christi anticipasse Kalendas Januarii mensem usum, & dies tredecim; seu incidisse in mensis Novembribus diem xvii: qui proinde etiam tempus autumni eligit, cui natalem Christi affigat: ut ex Clementis definitione Christus natus sit anno Iul. xliiii, die xvii Novembribus. At viri magni error exinde oritur, quod annum xxviiii Auguſti juxta æram Alexandrinam interpretatus fuerit, qui juxta æram Aetiacam erat accipiens; quodque mensem Judaicum, & formam anni Judaicam minus recte cum anno Juliano contulerit. Sufficit tamen nobis ex antiquorum dissensu patescere, quod non satis certi fuerint patres de anni tempestate, mense atque die nati Christi, & inter illos etiam fuisse, qui cum diem ad autumnum retulerint.

§. 7. Quoniam itaque nostram sententiam ita firmavimus, & cum omnibus characteribus, & postulatis conciliavimus, ut ne quidem novitatis titulo respui, aut rejici possit: restat solum ut L. B. oremus nostrum laborem æqui bonique consulant, & quæ ad sententiae nostræ adstructionem adduximus æquâ lance expendant, hoc unum servantes, ut liceat nobis ἀληθευειν εὐαγγάπη.

## A D D E N D A.

Pag. 53 ante §. 4. Hisce adversus *Æram Tiberii proconsularem* allatis addere licet, argumentum à falsitate principii presumptum, ex quo viri docti hanc æram derivarunt. Videbant Patrum quorundam assertionem, quam traditionis loco habendam censem, qua *D. N. Iesum duobus Geminis Coss. crucifixum vii Kal. Aprilis* affirmant. Hoc cum dixisset *Tertullianus contra Iudeos*, fecuti sunt *Laetantius* (qui tamen id factum dicit ante diem decimum Kalendarum Aprilium in Instit. & Post diem decimum Kal. Aprilium in libro de morib. Persecut.) *Sulpicius Severus* & *Augustinus*. Horum auctoritati cedentes *Prosper Aquitanus*, & *Veterius* in canone Paschali, cedunt & illi, volentes annum Christi σαρώσιμον propter annotationem consulum fuisse U. C. 782. *Per. Jul. 4742.* *Æ. vulg. 29.* Hæc propter plura in euangeliis numerata durante Christi ministerio paschata suâ absurditate corruerent, nisi annum *Tiberii xv: Luc. 3:1*, alias anno *Æ. Vulg. 28* parallelum, ex aliâ quâdam æra, quam proconsularem vocant, triennium aut quadriennium in anteriora promoverent. Verum cessante causâ cessat effectus. Jam dum est, quod alii rerum chronologicarum peritis Mathematicè demonstrarint inter annum *Ær. Vulg. 28* & *33.* nullum dici posse Christi σαρώσιμον præter illum ultimum U. C. 786. *Per. Jul. 4746.* *Ær. vulg. 33.* *Galba & Sulla Coss.* idque propter characterem euangelicum, qui postulat, ut luna xiv mensis *Nisan* pro varietate numerationis alligetur Feriæ quintæ aut sextæ, & dies Festi primus, lunæ xv, Feriæ

Sextæ aut Sabbatho ; Crucifixus enim est Dominus Feriā sextā , qui vesperā præcedente agnum comedederat, quem vesperā diei crucifixionis ederent Sacerdotes. Hunc characterem calculus Astronomicus in nullo annorum controversialum invenit, præterquam in anno Æ. Vulg. 33. jam allegato: atque idem ille calculus quoquè ostendit, quam imperitè illi patres emortualem Christi diem anno Æ. Vulg. 29 conjiciant in viii aut x. Kal. Aprilis , id est in 23 aut 25. Martii. Audiamus raræ eruditionis virum Cl. Tornardum , harum literarum perlitissimum , in notis ad *Lactantium* ita expostulanten.

„ Quis , inquit , Philolaus vel Ptolomæus ? Quis „ Copernicus vel Tycho , in illo 29. Æræ vulg. an- „ no reperiet characteres , dici passionis Christi con- „ gruentes ? Feriam in quaam sextam , cum die pascha- „ tis congruentem ? & tamen ille ipse *Lactantius* est , „ qui cum similibus auctoribus , id est Chronologicæ & „ Euangelicæ historiae æquè incuriosis , obtruditur ab „ iis , qui negant Christum Ær. Vulg. anno 33 & „ quidem mensis Nisan xiv , sive mensis Aprilis tertio „ cruci fuisse affixum. Verum absit , ut indè quic- „ quam detractum velim *Lactantii* , aliorumque Ec- „ clesiasticorum Scriptorum auctoritatì. Id unum con- „ tendo , eis , quantò magis ob vetustatem prædicantur , tantò minus in rebus Chronologicis habendum „ esse fidei : cum enim unum Christum scirent & do- „ cerent , cumque crucifixum , rerum gestarum ordi- „ nem non ita accuratè servabant. Cumque Hardui- „ nus in suo Antirrheto eam patrum sententiam de- „ fensurus dixerat *Judeorum* ritus , & astronomicas ta- „ bulas in eum annum consentire ; reponebat vir Maximus , se quidem nescire , quid ab Harduino stabilien- „ dæ huic sententiæ proferri possit , addens , neque enim „ Iudai-

Judaicorum rituum planè sicut rudit, neque porro astronomicis ex tabulis ullâ machina eruentur F. vi, ac paschatis dies, in quibus conjunctionem luminarium in anno Æ. V. 29 passus sit Christus. Sanè conjunctionem luminarium in anno Æ. V. 29. inveniri juxta tabulas astronomicas die 2 Apr. à meridie H. 9. 30 F. 1. Sole in ariete gr. 10: 16. experientur, quotquot rei periti calculum ineunt. Proin phasis ante vesperam diei sequentis haberi non potuit. Hinc manifesto sequitur eo anno Neomeniam à Judæis sanctificatam fuisse die 4 Aprilis. F. 3. atque xiv Nisan incidisse in diem 17 Aprilis. F. 2. ac xv ejusdem mensis in 18 Aprilis F. 3. Tantum abest, ut 25. Martii huc spectet (qui incidit quoque eo anno non in F. 6. sed in Sabbathum) ut pertinaces hic brachia contra torrentem nitantur, atque se omnibus Mathematicis propter frustraneos conatus ridendos præbeant. Imò ipse prænominatus Hardunus, hæc diligentius expendens, tandem resipuit, caussamque illam ut deploratam deferens in Chronologiâ V. T. pag. 273. in hunc modum scribit. *Passio Christi D. die 3 Aprilis anno Æ. Chr. 33. lit. Dom. D. feriâ sexta accidit, urgetque (pag. 279) nullo præter istum trigesimum tertium anno decimum quintum diem lunæ à conjunctione incidere in feriam sextam, & à primo lunæ conspectu in diem magnum Sabbathi.*

Nec solum ille annus ob minus consentientem characterem excluditur, verum etiam sequentes tres Æ. v. 30. 31. 32. eandem ob causam: excluditur inquam annus Æ. V. 30. qua conjunctione luminarium, incidens in 22. Martii à meridie H. 9. 21. F. 4. Sole in piscibus gr. 29. 30 phasin demum exhibuit sequentis diei vesperâ, & neomeniam constituit in 24. Martii F. 6. Proin xiv Nisan incidit in F. 5. non sextam, & xv Nisan in Sex-

Sextam, non in Sabbathum. Excluditur etiam annus  
 AE. V. 31. quia tunc luminarium congressus invenitur  
 12. Martii horā à mediâ nocte 1:43. *Sole in pisc. gr.*  
 26:46. F. 2. ut neomenia celebrata fuerit die sequen-  
 ti F. 3. ergo luna xiv incidebat in F. 2. 26 Martii, &  
 luna xv in F. 3. 27. Martii. Nec tertius annus, qui  
 est AE vulg. 32. huc facit, quia conjunctio lumina-  
 riū istius anni incidit in 29 Mart. à meridie. H. 11. F.  
 7. *Sole in ariete. gr. 6:47.* ut juxta phasim neomenia  
 sanētificanda fuerit 31 Mart. F. 2. atque luna quarta  
 decima inciderit in 13 Aprilis. F. 1. quinta decima in  
 14. April. F. 2. qui character adhuc à desiderato planè  
 differt. Verum, solum annum AE. C. 33. respondere  
 characteri euangelico constabit, si quis per calculum  
 astronomicum nobiscum inveniat, eo anno conjunctio  
 nem luminarium contigisse 19 Martii F. 5. à meridie H.  
 1:31. *Sole in piscibus gr. 26. 28.* quo neomenia ex  
 calculo potuit sanētificari 20 Martii F. 6. juxta phasim  
 verò debuit differri ad 21 Martii F. 7. undē sequitur  
 lunam decimam quartam à conjunctione incidisse in 2  
*Aprilis F. 5.* quo die Christus agnum comedit; atque  
 à phasi incidiisse in 3 Aprilis F. 6. quo die Christus cru-  
 cifixus est: ut rectè dixerint viri doctissimi, hunc an-  
 num solum, & nullum ex præcedentibus alium, chara-  
 cteri euangelico consentire.

Hoc itaque ex Mathematicâ demonstratione assump-  
 to, annus xv Tiberii, quem Lucas ponit, & cum  
 principio ministerii Christi connectit, non potest dici  
 positus ex ærâ proconsulari nuper effictâ; sed ex ærâ im-  
 perii Augustæ: incidit enim pascha Christo emortuale  
 in annum Tiberii à morte Augusti 19 (cum anno 33  
 AE. V. ex parte concurrentem) undē si quinque pa-  
 schiata, in euangelio à variis notata, retro numeraveris,  
 erit

erit annus primus ministerii Christi , Tiberii 15 , à morte Augusti numerandus ; non verò æræ istius proconsularis , hanc æram triennium aut quadriennium anticipantis ; alias statuendum foret durante Christi ministerio eum octo vel novem celebrasse paschata , quod suâ absurditate corruit . Desinant ergo tandem viri optimi æram illam proconsularem Tiberii amplius inculcare , aut saltem Lucæ textui applicare , quæ tantum abest ut harmoniam euangelicam promoveat , ut potius eam turbet , & tempora Christi veritati haud consentanea lectoribus obtrudat .

Pag. 81. post lineam 25. Verum ut quis adhuc clarius perspiciat , à moribus Romanorum non fuisse alienum , triumphum differe in annum , aut biennium , & si casus intercedens ita postulet , in quamcunque oportunitatem ; attendamus ad Augusti triumphos , quos egit anno U. C. 725 ex victoriâ ad Actium 1V. Non Sept anni U. C. 723 partâ , & ex debellatâ Agypto mense sextili anni U. C. 724. perfectâ : hos enim triumphos mense sextili se quintum & sexto Apulejo Coss. egit , qui anno U. C. 725 consulatum gerebant . Addc Tiberii ex Pannoniis & Dalmatis triumphum : de quo Vellejus Paterculus lib. 2: 121. sic scribit . Tiberius , in urbem reversus , jam pridem debitum , sed continuatione bellorum dilatum , ex Pannonis Delmatisque egit triumphum .

Pag. 94. ad finem §. 5. Inō ex nummo Silani , anno Asiae receptæ XLV edito contrarium patet ; signat enim ille nummus notâ literali A annum Tiberii primum , atque cum anno XLV Actiaco connectit . Ipse Hardunus in Chron. V. T. pag. 263 id in pluribus nummis fieri observavit , quorum unus ex palma , Judæe symbolo , ab ipso censetur in Judæâ cusus ; ubi intra lauream legas

218 DE ANNO, MENSE, ET DIE  
TI. ΚΑΙΣΑΡ, in parte aversā ΙΟΥΛΙΑ L. A. Alter  
est *Antiochenus* apud *Tristanum*, exhibens *Tiberii*  
*caput laureatum* cum verbis TI. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ  
ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. *Tiberius Cæsar Augustus Pont. Maximus*: in parte aversā legitur APXIEPATIKON ANTIOCHEIS  
A. quod ipse vir doctus exponit *Sacrorum principatum*  
apud se *ANTIOCHENI* Tiberio deferunt anno  
ejus primo. Quis non hinc mecum agnoscat, non fuīs-  
se morem in Oriente, in nummis magis omittere pri-  
mum Augustorum annum, quam reliquorum numeros,  
quoniam primum *Tiberii* in tribus nummis confignum  
cernimus.

---

## APPENDIX PRIMA

*Aliquot nummos cum eorundem expositione referens.*

§. I.  Xhibet tabula nostra prima nummos Præ-  
sidum Syriæ novem, quorum tres priores  
sub Quintilio Varo, quinque sequentes  
sub Silvio, cusi sunt, atque ultimus seu  
nonus sub Flacco. Hi omnes æram cum Antiochenam  
tum Seleuciensem in annis signatis referentes, ostendunt  
eas civitates (circa Christi tempora & post) æram  
actiacam assumpisse, atque annos suos ab Afia recepta  
putasse: cuius æræ annus primus concurrit cum anno  
*Nabonassaris* 718. *Olymp.* 187: 2. Scilicet à iv Non  
Sept.

Sept. anni U. C. 723. Per Jul. 4683. Jul. 15. Octavianus 111 & Messalà Coss.

§. 2. Tres priores, quos repræsentamus, nummi, omnes ab Antiochenis sub Quintilio Vard Syriæ Præside editi sunt, annis Asiae receptæ EM. & M. & ZM. id est. 25. 26. & 27. Primus & secundus extant in *thesauro Regio*, secundus & tertius in cimelio D. Foucault, teste Harduino. Em. Card. Norisius diss. 3. de Epochis Syromacedonum, dicit priorem etiam Florentiæ servari in scriniis ill. March. Franc. Riccardi: alterum possidere dicit Franciscum Dron Parisiis S. Thomæ ad Luparam canonicum: Tertium ab seme*v*isum in Cimeliis Mediceis.

§. 3. Omnes ab unâ parte conspiciendum præbent caput Jovis laureatum, qualem etiam Prudentius notat, ita canens hymno x de Romanò Antiochiæ martyrium passo.

*Ars seminandi efficax erroribus,  
Barbam rigentem dum Jovis circumPLICAT.*

Antiochenos Jovem Philium adorasse testis est Julianus in *Misopogone*, atque celebre erat Antiochiæ templum Jovis Philii: hic videas ejus simulacrum.

§. 4. Omnes quoque in aversâ parte *Deam*, vel Antiochiæ imaginem turritam, rupi seu monticulis insidentem referunt, dextrâ quod tenet Harduinus dicit *spicas* esse, ut notet Antiochiæ agrum frugibus uberem, ast Norisius *ramum palmae* esse, atque Syriæ symbolum affirmat: ad pedes fluvius sub viri effigie emergit, designans Orontem amnem, quo urbs alluitur. Eadem in singulis epigraphe ANTIΩΧΕΩΝ ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥ Sed annorum numerus, ut dixi, variat.

§. 5. Horum numerum operâ effectum est , ut observatus fuerit virorum Doctissimorum error , qui antehac *Saturnini* in Syriâ præfecturam extenderunt ad annum æræ Jul. 41. ei *Varum Successorem* concedentes anno Jul. 42. Hinc *Casaubonus* tempus illud notat fuisse U. C. 750 : addens de tempore adventus Vari in Syriam ex tempore mortis Herodis omnino statui deberet , atque ad extrema vitæ Herodis tempora cum Syriam rexisse ex *Josepho* notat. Verum , à quo hi producti sunt *Q. Vari nummi* , sententiam mutare coacti sunt viri docti , atque credere , cum jam anno Jul. 40 Syriam administrasse , atque tempora *Herodus* eorum ope multum esse restituenda , prout in hoc opere etiam demonstravimus. Jam tenendum *Antipatrum* , post fratrum necem se Roman recipientem , ante annum Jul. 40. Asæk receptæ 25. iter suscepisse ; quia discedens *Saturninum* muneribus placavit : & per consequens mortem *Herodis* non esse ultra annum Jul. 42. facile protrahendam.

§. 6. Sequuntur quinque nummi *Sub Silano scalpti* , notati literis numeralibus BM. ΓΜ. ΔΜ. ΕΜ. & ΖΜ. id est annis 42. 43. 44. 45. & 47. in tribus prioribus cernitur etiam *Jovis Philii caput* sine inscriptione , eodem modo ac in nummis sub *Varo* editis : in parte vero aversâ aries capite circumflexo , pedibus anterioribus ad saltum sublevatis , supra signum stellæ referens. Inscriptio habet ANTIOXEΩΝ ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ , intra ventrem videoas BM in primo , ΓΜ in secundo , ΔΜ in tertio. Verum duo posteriores , nempe quartus Antiochenium , & quintus Seleucensium *caput* referunt *Tiberii laureatum* , cum inscr. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ CAESAR AUGUSTUS Augusti filius. Pars aversâ utriusque intra Lauream exhibet verba his:

ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, illinc ΕΠΙ ΣΙΛΑΝΟΥ ΣΕΛΕΥΚΕΩΝ. Prior supra hanc inscriptionem exhibet literam numeralem A, infra EM, alter supra Γ, infra ZM.

§. 7. Fuit hic *Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus*, qui cum *A. Licinio Nervâ* ad U. C. 760 consul fuit: is notante *Tacito* cum Germanico affinitatem contraxerat, quia *Silani filia Neroni vetustissimo liberorum Germanici pœcta erat*. Hujus præfectura in Syriâ se ad annum U. C. 770. *C. cælio Rufo & L. Pomponio Flacco* coſſ. porrigebat: dicit enim *Tacitus Ann. L. 2.* ad hunc annum. Sed *Tiberius dimoverat Syriâ Creticōm Silanum*, per adſinitatem connexum Germanico. Nummi ostendunt annos Syriacæ administrationis, quam *Creticus Silanus* tenuit; ſcilicet triennium ante mortem *Augusti*, & triennium ſub *Tiberio*. Cumque annus Asiae receptæ 42 respondeat partim an. U. C. 764. partim 765. Videtur ab Anno U. C. 765 Syriæ *Augusto* auctore præfectus: duravit autem ex nummis ad annum Asiae receptæ 47. qui ab autumno anni 769 incipiens terminatur in autumnum 770, quo anno *Tacitus* monet eum ab administratione Syriæ fuille remotum. Videtur hic *P. Sulpici Quirini*, Syriæ Præſidis (cujus annus concurrit cum anno U. C. 760) in istâ præfecturâ successor.

§. 8. Primum extare dicit *Norisius* in scrinio Basletti & in cimeliarchio conñitis de Lazarâ: secundi & tertii typi plura inveniri numismata in gazâ Mediceâ. Quartus eodem teste in museo Mediceo ex collectione Cardinalis Leopoldi, & Mediolani in cimeliis Septalianis: imo indicante Harduino unus primæ molis in Thesauro Regio & ſimilis ex ære mediocri apud D. Foucault. Quintus, qui fuit Seleucensium, extat in Cimeliis Bignonii ex indicio *Norisii*: & in Gazâ regiâ teste *Hardiano*.

§. 9. Duorum ultimorum usus est , quod æram Tiberii cum annis Æ. Actiacæ seu Asiae receptæ componat , primum nempe cum anno Actiaco 45. & tertium Tiberii annum cum anno Actiaco 47. Evidem (dicit Norisius) nisi contentiosus , ac vitilitigandi cupidus , negare possit illis literis A in nummo Antiochenorum , ac Γ in alio Seleucensium , annum primum ac tertium Tiberii significari : res enim ex convenientiâ cum historiâ temporis evidentior est , quam ut in litem vocari posît. Huc confecimus in Oriente nequaquam , & speciatim non inter Antiochenos & Seleucienses in usu fuisse æram Tiberii Proconsularem ; sed Augustæam , à morte Augusti annos imperii Tiberiani numerantem , quam non potuit non respexisse Lucas euangelista , qui ad Theophilum Antiochenum historiam suam misisse certitur in prologo.

§. 10. Tandem vides nummum , in tabulâ primâ nouum , quem *Vallantius* possidet ; in cuius unâ parte laureatâ conspicitur Tiberii imago cum epigraphe ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ , aversa ut in ectypo intra lauream legendum præbet ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ . ET BI. Sub Flacco Antiochenorum anno lxxxii. Erat hic L. Pomponius Flaccus , qui anno U. C. 770 consulatum gessit , & in magistratu in Syriâ obiit anno U. C. 786. Sulpicio Galba & Cornelio Sulla cost. Notandum hic in hoc nummo aliam occurtere æram Antiochenorum , quam Pompejanam vocat Norisius , annos ab anno U. C. 705 numerantem : undè sequitur Flaccum attigisse annum U. C. 786 (nam 704 + 82 = 786.) qui huic fuit emortualis , atque concurrit cum anno Æ. vulg. 33. Christo domino nostro etiam emortuali.

§. 11. Pergimus jam ad nummos se undæ tabule , in quâ exhibemus ectypa numismatum septem : ubi

qua-



NUMMI PRASIVVM SYRIÆ CVM ARA ANTIOCHIENA.  
A PVGNA ACTICA SEV ANNO ANTE KRAM VLGAREMDXX.



NAPOLI

NUMMI HERODIS ANTIÆ ET PRÆSIDVM SYRIÆ.





quatuor sunt adhuc Præsidum Syriæ : unus *Antiochenorum*, duo *Herodis Ethnarchæ*.

§. 12. Præ primis hic exhibemus nummum Herodis Tetrarchæ, ejusdemque duplex egyptyon, priuum est ejus, quem in museo D. Rigordi patricii Massiliensis servari testatur *Norisius*; alterum est nummi, quem ipsi vidimus inter cimelia ampl. L. de Wilde, qui que pro sua humanitate ejus delineationem misit ad me. Pars antica Rigordi intra lauream legendum præbet ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. alterius, ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. . . . M. cætera sunt abrasa. Pars postica utriusque sibi invicem similis, nisi quod quædam literæ in nummo D. de Wilde sint extritæ, *ramus palmæ* tamen in utroque est spectabilis, unâ cum notis literalibus L. MG, ut in istis nummis quam evidentissimè annus Tetrarchiæ Herodis XLII signatus conspiciatur. Quem usum iste nummus in definiendo anno emortuali Herodis præstet, suo loco diximus, atque epistola Emin. Cardinalis Norisii ad Antonium Pagium comprobat.

§. 13. Vides etiam hic numnum *Antiochenum* Tiberio pontificatus Principatum deferens anno ZK id est 27. qui in nummo Seleucensium sub Varo componitur cum anno Tiberii tertio: qui ob elegantiam, & æram actiacam inter Antiochenos sub Tiberio obtinenter, saltem in ejusdem imperii initio, hic apponitur.

§. 14. Ex nummo Flacci videmus Antiochenos illam æram actiacam relinquere, & Pompejanam reassumere, quod ipsum sub Claudio adhuc sequi Antiochenos nummi Petronii & Cassii probant.

I. *Petronii* cernitur in Gazâ Regiâ & Museo Mauroceno, ejusque pars antica refert caput Claudii cum inscr. latinâ IMP. TI. CLAUDIUS AUG. GER. Postica intra lauream exhibet verba ΕΠΙ ΠΕΤΡΩΝΙ

ANTI-

224 DE ANNO, MENSE, ET DIE  
ANTIOXEΩΝ. id est. Sub Petronio Antiocheno-  
rum, anno 90 qui est juxta æram Pompejanam U. C.  
cum primo Claudi concurrens.

2. *Cassii* latet in Museo Baffetti, & *D. Foucault*,  
cujus antica pars plane similis ac Petronii, exhibens ca-  
put Claudi cum inscriptione latinâ; postica intra lau-  
ream scribit ΕΠΙ ΚΑΣΣΙ ANTIOXEΩΝ ΕΤ ΣΩ  
id est 96, qui Urbis conditæ juxta æram Pompejanam  
est 800, atque ab ejus autumno incipit. Fuerat ille  
*Cassius Longinus* anno U. C. 783. consul suffec-  
tus.

§. 15. Sequitur Præsidum Syriæ in hâc tabulâ num-  
mus tertius, *Quadrati* administrationem Syriacam cum  
anno ΔΡ id est 104 componens, servaturque in cimeliiis  
Mediceis. Antica pars *caput Antiochiae surritum* exhi-  
bet cum inscriptione ANTIOXEΩΝ. Postica arie-  
tem cum sidere intra lunam bicornem, quæ obvia sunt  
Antiochiae symbola, adjicitur ΕΠΙ ΚΟΓΑΔΡΑΤΟΥ  
ΕΤ. ΔΡ. Hæc æra iterum est Pompejana, atque an-  
nus ille 104 ab autumno U. C. 808 cœpit, seu quod  
idem est à secundo anno Neronis III id. Octobris.  
Fuit ille *C. Ummidius C. F. Terentinus Durmus Qua-  
dratus*, qui consulatu suffecto functus est, à Claudio  
in Syriam missus *C. Cassio* successor datus est anno V.  
C. 803 ex *Tacito*. In istâ provinciâ moritur anno U.  
C. 813.

§. 16. Accedo ad nummum ultimum in tabulâ no-  
strâ secundâ, qui in Gazâ Regiâ extat, in quo legitur  
*Muciani* nomen. Fuit ille *Publius Licinius Mucianus*.  
Antica pars *caput Galbae* exhibet laureatum, cum in-  
scriptione latina, quam *Norissus* non repræsentat; *Har-  
dunius* vero notat fuisse IMP. SER. SUL GALBAE.  
Pars postica in laurea legit ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ sub Mu-  
ciano

piano præside Syriæ. ANTIOXEΩN ET ZIP anno 117 scilicet juxta tertiam æram, quam Cæsarianam vocant, atque pro epochâ habet annum U. C. 707; quâ Julius Cæsar libertatem à Pompejo concessam Antiochenis restituit, aut confirmavit; atque incidit in annum 822, Æ. V. 69. ab ejus autumno. Ita triplicem Antiochenorum æram eviciimus.

---

## APPENDIX SECUNDA.

*Gesta Herodis ad annalium formam  
revocans.*

### CAPUT I.

*Res & gesta Herodis sub J. Cæsare & Antonio.*

§. I. Nno P. J. 4667. U. C. 707 Caleno & Vatinio coſſ.

 Devicta Alexandriæ *Antipater* ob natam Cæſari operam Judææ fuit præfetus, atque *Hyrcanus* in pontificatu aliisque dignitatibus confirmatus, cuius legnitiem notans *Antipater Phasaelum*, filium suum natu majorem, ducem Judææ, *Herodem*, natu secundum, ducem Galilææ constituit, à quo in Syriam Cæſarem deduxerat. Erat tunc HE-

Ff

RO-

RODES xxv annorum juvenis , virtute & consiliis præstans , qui statum ac Galilæa ipsi committeretur , Ezechiam , latronum ducem , cepit , atque provinciæ suæ securitatem reddidit . Quo facto Sexto Cæsari , Syriam tenenti , ita innotuit , ut eum totius Coelestyræ ducem crearet . Doridem , fæminam Idumæam , ex quâ Antipatrum filium primogenitum susceperebat , in matrimonio habuit .

§. 2. Anno P. J. 4668. U. C. 708. Cæsare III & Lepido coſſ.

Julio Cæſare bellum Africanum contra Scipionem & Catonem præparante , Hyrcanus per legatos fœderis & amicitiæ confirmationem rogavit & accepit . Interim Judæorum quorundam incitationibus in jus vocatur Herodes , eo quod Ezekiam (Synedrii judicium non exspectans) ipse ex suâ ſententiâ supplicio affecerat : vocatus comparuit , peractaque apologiâ ad Hyrcani monitum fugâ ſibi consuluit , atque Damascum lecedens Sextum Cæſarem adiit , qui eum acceptâ pecuniâ Coeleſtyræ militiae præfecit . Neque illatam injuriā concoquere potens exercitum in Hierosolymas duxit , ſe vindicaturus , atque ab iis , qui mali contra eum fuerant auctores , vindictam sumpturus , niſi patris & fratriſ occurſu atque precibus fuifet cohibitus .

§. 3. Anno P. J. 4669. U. C. 709. Cæſare IV eo- que ſolo conſule. Jul. 1.

Magni in Syriâ oborti ſunt tumultus . Cecilius Bassus , ex Pompejanis unus , interfecto per inſidias Sexto Cæſare , ipſe cum legionibus provinciam ferè occupavit : Apamiam oſlidet , circa quam (Cæſarianis ducibus cum copiis tam equeſtribus , quam pedeſtribus adverſus eum venientibus) magnum ortum eſt bellum , quo durante Antipater Cæſarianis auxilia misit .

§. 4.

§. 4. Anno P. J. 4670. U. C. 710. *Cæsare v. & Antonio* *coss.* *Jul. 2.*

*Julius Cæsar* idibus Martii à *Cassio* & *Bruto* turpicæ de tollitur. *Marcus* loco *Sexti Cæsaris* in Syriam Legatus bellum contra *Cecilium Bassum* continuat, donec *Cassius* à cæde confectâ in Syriam venit, exercitum circa *Apameam* castrametantem occupaturus, qui solutâ obsidione tam *Murcum* quam *Bassum* in suas pertraxit partes. Abhinc *Cassius*, bellum civile propagare meditans, plus quam 700 argenti talenta à Judæis exigit, quando Herodes ex Galilæâ quantum ipsi imperatum erat, promptè attulit, qui istâ prudentiâ & promptitudine eo usque sibi *Cassium* devinxit, ut coacto exercitu *Herodem* iterum *Cœlesyriæ* ducem constituerit, attributis ei navalibus, equestribus & pedestribus copiis, etiam *Murco* consentiente post finitum bellum civile ei regnum pollicitus. Interim *Malichus* per insidias patrem *Herodis Antipatrum* veneno sustulit, quo ab *Herode* intellecto, ipse cum militibus festo instante urbem sanctam ingreditur, & impetratâ à *Cassio* veniâ rursus *Malichum* dolo interfici curat, ita mortem patris vindicans.

§. 5. Anno P. J. 4671. U. C. 711. *Pansâ & Hirto* *coss.* *Jul. 3.*

*Cassio* ex Syriâ cum exercitu & pecuniâ in Asiam & Græciam movente, inter Judæos tumultus oritur, dum *Felix*, *Malichi* frater, *Phasaelum* perebat, multaque castella occupabat: quo auditio *Herodes* ad *Fabium*, *Damasci* Præsidem, profectus est, ut fratri suppetias ferret: ast morbo impeditus, audit interim *Felicem* à *Phasælo* superatum; atque ipse à morbo restitutus omnia castella Felici denuo eripuit.

§. 6. Anno P. J. 4672. U. C. 712. *Lepido & Plancio* *coss.* *Jul. 4.*

*Antigonius*, conciliato sibi per pecuniam *Fabio*, & comparato exercitu, aliquid contra *Hyrcanum* fratrem molitus, *Galilæam* invadit. Interim *Hyrcanus* de-sponsat *Herodi* suam ex filiâ neptem *Mariammem*, ex *Alexandro Aristobuli* & *Alexandrâ Hyrcani* natam, cumque hoc medio in familiam suam adicavit, quo honore *Herodes* alacrior *Antigonus* invalit, ex *Galilæâ* expulit, vi torque rediens cum ab *Hyreano*, tum à populo coronis honoratur. Hoc anno p̄cilio circa *Philippos* commissio *Cassius* & *Brutus* cœli sunt.

§. 7. Anno P. J. 4673. U. C. 713. P. sero. *Vatia Isaurico.* 11. & *L. Antonio* Coss. *Jul. 5.*

Hoc anno rebus in Macedonia & Græciâ compositis *Antonius* in Asiam trajecit, Bithyniam ingressus, qua-rumcunque gentium legationes habuit obviam. Ju-dæorum vero Primates, *Phasaelum* & *Herodem* accusaturi, quod raprâ ad se potestate Hyrcano nil præ-ter speciem regni relinquenter, non admittuntur, ab Herode præventi, qui ingentem pecunia summam obtulcerat. *Ephesi* à legatis *Hyrcani* auream accepit *Antonius* coronam, qui petenti, ut à Cassio abductis li-bertas, atque deprædatis agrorum restitutio adjudicetur, quod postulabat concessit. Syriam ingressus apud Daphnem accusationes Judæorum, & *Phasaeli* ac *He-rodis* apologiam audivit, accusatos absolvit, & ambos Tetrarchas denunciat, utrique Judæorum gubernacula committens. Huc sorte nummus ille referendus, cu-jus mentio apud *Harduinum*, quique anticâ parte uvan refert, agri vini feracis Symbolum, cum inscriptione ΗΡΩΔΟΥ: posticâ verò flore rubentis lili, alii ga-leam dicunt, cum voce ΕΩΝΑΡΧΟΥ.

§. 8. Anno P. J. 4674. U. C. 714. *Cn. Domit. Calvinio* 11 & *Afinio Pollione* coss. *Jul 6. Herodis* 2  
Syriam

Syriam Saxâ *Antonii* in eâ provincia Legato occiso  
*Patorus*, Parthorum Regis filius, subito subegit; at-  
que ab *Antigono* litis inter se & *Hyrcanum* arbiter ele-  
ctus, sed reverâ antea pecuniâ corruptus, *Phasaelum*  
decepit, cumque & *Hyrcanum* vinculis constrinxit,  
*Herodi* quoque insidias struens; ast ille astutum præsen-  
tiens fugâ elapsus est, à quo tempore *Antigonus* Rex  
Judeorum constituitur à Parthis. *Herodes* jam ante se  
feliciter *Antigoni* & Judeorum machinationibus oppo-  
suerat; atque circa Pentecosten quandam manum prælio  
prope urbem sanctam devicerat, nunc verò pugnando  
recedens Idumæam petit, domestos suos Massadæ ca-  
stello munitissimo includit, atque Arabiâ præter exspe-  
ctionem exclusus in Ægyptum & quidem Alexandri-  
am concedens Romanum properat, *Antonium* quæsiturus.  
Multis infortuniis iter retardatum tandem abolvit & I-  
taliam appulit, *Rome* oportunè *Antonium* cum *Oetaviano* conciliatum;  
Senatumque de bello Parthico de-  
liberantem invenit; cui tanquam ad bellum Parthicum  
utilis futurus, si Rex crearetur, commendatus, placuit:  
quare ipse Senatus consulto *Rex* denunciatur, atque  
*Antigonus* ut hostis Republicæ proscriptus.

Hilce peractis *Ventidius* statim in Orientem mittitur:  
& *Herodes* ad suos properat: dumque *Ventidius*, A-  
siam ingressus, feliciter agit contra Parthos, *Herodes* e-  
tiam se masculè gessit, quippe *Ptolemaida* appulsus Ga-  
lileos subito in partes suas pertraxit; collectoque exer-  
citu *Joppen* cepit; *Massadæ* obsidionem solvit, *Ref-  
san* castellum subegit, atque *Hierosolymas* adiens me-  
tum omnibus incussum, quanquam admissus non fuit.

§. 9. Anno P. J. 4675. U. C. 715. L. M. Censori-  
ño & C. Calvisio Sabino coss. Jul. 7. Herodis  $\frac{1}{2}$

*Ventidio* adhuc contra Parthos prosperè agente, *He-*  
*Ff 3* *rodes*

contra Latrones, Galilæam infestantes, arma movet, atque in speluncis eorum expugnandis felix, provinciæ suæ securitatem restituit. Postmodum anno regni secundo incunte, ad expugnationem Samosatæ promovendam, Antonium cum copiis auxiliaribus adiit, undè res suas contra Antigonum promovere haud potuit. Ventidius interim Romanum ab Antonio ad triumphum ex Parthis agendum missus, Sosium habuit in præfecturâ Syriæ successorem; atque v Kal. Decembbris triumphum egit.

§. 10. Anno P. J. 4676. U. C. 716. App. Cl. Pulchro & C. Norbano Flacco Coss. Jul. 8. Herodis 2;

Sosio imperatore Herodes bellum contra Antigonum instauravit: qui rediens omnia invenerat profligata, Josephum fratrem suum interemptum, & exercitum solutum ac dissipatum. Proin octingentis ex Libano monte assumptis viris, receptaque unâ Romanorum legione, castra movit, atque Ptolemaida & Galilæam ingressus occurrentes illi hostes profligavit, in castellum compulit, & alterâ legione, ei ab Antonio in auxilium missâ, superveniente, perterriti hostes castellum noctu deseruerunt. Hinc recuperatâ Galilæâ Hierichuntem properat, desertam occupat, & quinque oppida debellat, interfectis bis mille præfidiariis. Tandem prœlium cum Pappo, Antigoni duce, committens, cæsis his, fugatis aliis, Pappum, fratri occisorem, capite truncat, multisque tumultuariâ fugâ Hierosolymas petentiibus, atque Antigono fugam meditante, urbem cepissit, si victoriam suam prosecutus fuisset. Incipiebat hoc anno à mense Tifri annus Sabbathicus, æræ Judaicæ 3724, regni Herodis, à quo Senatus cum Regem renunciaverat, tertius.

§. 11.. Anno Per. J. 4677. U. C. 717. M. Vips. Agrrippâ

*grippâ & L. Can. Gallo. coss. Jul. 9. Herodis*  $\frac{11}{3}$

*Herodes*, à quo hyems desævit adversus Hierosolymas castra movit, quæ ipse, dum *Sosii* copias auxiliares exspectat, è regione civitatis posuit. Interim *Mariammen* sibi jam ante despontatam, Samariae commorantem, uxorem dicit: *absolutis nuptiis*, & acceptis Romanorum copiis, expugnationem urbis, durante adhuc anno Sabbathico, per quinque menses promovet, tandemque die jejunii festo eam occupat. *Antigonus* à *Sosio* captus & ad *Antonium* missus in vinculis morte plectitur, cum tres annos & tres menses regnum à Parthis datum tenuisset. Hic altera regni *Herodis* epocha statuitur, quæ annorum numerum ab occupatâ gentis Metropoli & truncato *Antigono* init.

§. 12. Anno. P. J. 4678. U. C. 718. *L. Gellio*  
*Poplicolâ & M. Coccejo Nervâ* coss. Jul. 10. *Herodis*  $\frac{2}{3} \frac{1}{2}$

*Hyrcanum* ut remittat *Parthorum* Rex, tunc Babylone degentem, per Legatum rogit *Herodes*, atque acquirit, quem reducem blandè recipit. *Ananelum* ex Babylone anno præcedente accitum, creat Pontificem. *Aristobulum*, annum xvi agentem, à matre Cleopatræ commendatum, atque ab *Antonio*, ut ad ipsum mittatur, rogatum, prudenter domi retinet, atque de caussâ æquitate *Antonium* persuadet.

§. 13. Anno P. J. 4679 U. C. 719. *Sext. Pompejo*  
*M. F. & L. Cornificio* coss. Jul. 11. *Herodis*  $\frac{2}{3} \frac{1}{2}$

*Herodes*, precibus *Mariamnes* expugnatus, *Ananelum* à Pontificatu removet, & *Aristobulum* affinem suum ei substituit, qui Scenopegia festo nimis populi acclimationibus salutatus in *Herodis* invidiam incidit, atque haud diu abhinc in piscinâ, inter natantium lusus, submergitur, cum vix annum ætatis xvii impleverat.

*Hero-*

*Herodes*, ob hoc crimen ab Alexandrâ apud Cleopatram delatus, & per eam apud *Antonum*, Laodiceæ causam dicit, atque *Antonum* muneribus placat: quod factum *Antonio* à bello Parthico & Armenico redeunte, *Herodes*, domum reversus, omnia invenit inestimis diliis plena, & *Alexandrum* locrum in vincula conjicit.

§. 14. Anno P. J. 4680. U. C. 720. M. *Antonio II.*  
& L. *Scribonio Libone* coſſ. Jul. 12. Herodis <sup>613</sup>  
<sub>714</sub>

*Antonius* contra Armenios proficiscens, Cleopatram habuit ad Euphratem usque sequacem: unde rediens, quas illi extorserat regiones perspexit, Herodem quoque invisit, cui partem Arabiæ & redditus agrî Hierichuntini locavit, ejusdemque concubitu frustra tentato, reducta est ab *Herode* usque ad terminos Ægypti. Sub anni finem *Armeniorum* Regem, dolo captum, Alexandriae in triumpho duxit *Antigonus*. Aretas locata Herodi tributa Iponē persolvit.

§. 15. Anno P. J. 4681. U. C. 721. C. *Cæſ. Octavianio* 11 & L. *Volcatio Iullo* coſſ. Jul. 13. Herodis <sup>714</sup>  
<sub>815</sub>

Arabs adhuc in pendendo Herodi tributo perseverat; quod Cleopatra ei locaverat.

§. 16. Anno P. J. 4682. U. C. 722. Cn. *Dom. Ahenobarbo* & C. *Sofio* coſſ. Julu. 14. Herodis <sup>815</sup>  
<sub>916</sub>

Simultates inter Antonium & Octavianum in publicas erumpunt accusationes. *Antonius* queritur, quod *Cæſar* proprio suo arbitrio *Lepidum* magistratu depulerit, provincias & exercitum cum *Lepidi* tum *Sexti* tibi vendicari, dimidiam horum omnium partem postulans, nec non militum, quos *Cæſar* ex Italia, utrique communī delegerat. *Cæſar* offensus erat, quod *Antonius* contra fidem conjugalem fororem suam, quam conjugem duxerat, omittens, in Cleopatrae amplectibus hæceret.

He-

*Herodes*, Arabibus tributum elocatum amplius pendere negantibus, cum veniā *Antonii* & *Cleopatræ* bellum indixit, atque eōs post acerrimum conflictum cum iisdem habitum superavit: cumque magna pars Arabum denuo ad *Canam*, locum Cœlesyriæ, confluueret, instruita acie in hostes progressus, Arabes fugavit, actumque fuisset de iis, nisi *Athenio Cleopatræ* dux Herodem ejusque exercitum invassisset, qui fessos adortus inter *Judeos* magnam stragem edidit. *Arabes* quoque regressi fugientes trucidant, & castra capiunt. Abhinc hyeme instante *Herodes* excursionibus in Arabiam factis eos vexat, & castris in montibus positis, ut præclium committerent sui cavet: ita suos labori assuefaciens continuis exercitiis præparabat ad ignominiam abolen-dam.

## C A P U T II.

*Gesta Herodis per octennium à bello Actiaco usque ad Agrippæ adventum.*

S. I. **A**NNO P. J. 4683. U. C. 723. C. Cæs. Octavianus III. & M. Val. Messalæ Corv. coss. Jul. 15. *Herodis* 2.<sup>16</sup> 17.

Bellum civile Antonium inter & Cæsarem exarsit; magnique hinc indē siebant apparatus bellici; pugna navalis ad Actium habita iv Non. Septembris, quā Cæsar classem Antonii superavit, Parchisque per legatos suos fugatis universam Asiam recepit: Hinc æra actiaca, quæ etiam Asia receptæ dicitur, ab autumno an-

nos numerans, introducta est, cujus annus primus, regni Herodis ab occiso Antigono septimus, ærae Iudaicæ 3731, fuit Judæis *Sabbathicus*.

*Herodes* anno regni sexto bellum continuavit contra *Aretiam*, seu *Arabes*. Sub veris initio magnus terræ motus *Judeam* concussit, atque infinita quidem pecorum, triginta verò hominum millia peremit, exercitu, quiā sub dio erat, manente incolumi. Hinc *Arabes* insolentiores legatis *Judæorum* interemptis in *Judæam* irrumpunt denuò. Milites sibi mala ex hoc portento ominantes *Herodes* oratione erigit, atque cum exercitu *Jordanem* transgreditus *Philadelphia* castra ponit; cumque instructis aciebus hostes congregri nolent, vallum eorum castrense aggreditur, disturbat, atque ita coactos confusis ordinibus pugnare eos urget; ubi verò terga dederunt hostes multi à *Judæis*, multi verò à commilitonibus conculcati perierunt, quinque millia in fugâ ceciderunt, cæteraque multitudine intra vallum compulsa, statim circumsepta obsidionem passa est, atque tandem pars ad deditiōnem coacta fuit, pars deleta. Atque ita finitum est bellum illud.

Anno verò regni septimo cum *Antonium* intelligeret superatum nova ipsum corripuit sollicitudo, videns amicum & confoederatum suum *Cæsar*is armis victum, atque Legatos mitti ad omnem Orientem occupandum; inter quos *Q. Didius* fuit, cui *Syriam* mandaverat *Cæsar*. Hinc ut se periculis eripiat, decrevit *Cæsarem* adire, atque occiso *Hyrcano*, quia fugam meditabatur, Rhodus transitit, ibique se coram *Cæsare*, ut virum magnanimum decet, stitit; à quo etiam generosè excipitur, atque pactâ amicitiâ in regno suo confirmatur, maximo cum gudio rediens ad suos.

§. 2. Anno P. J. 4684 U. C. 724. C. Cæs. Octavianus

viano IV. & M. Licinio Crasso coſſ. Jul. 16. Herodis  
<sup>1017</sup>  
<sup>1118</sup>

Cæſar hoc anno victoriam proſequens, Ægyptum in-  
 greditur, Alexandriam capit, & cum interitu tam Antonii  
 quam Cleopatræ mense sextili bello civili fine in imposuit.  
 Rediens per Syriam, ubi moratus est, Parthica Tyrida-  
 tem inter & Phraortem negotia compositus, à quo in  
 Asiam concessit, ibique hyemavit. Augustus loco Di-  
 dii *Messalæ* sub fata Antonii legatum miserat in Sy-  
 riā, qui hoc anno & ſequenti Syriam rexit, anno  
 verò U. C. 726 contra Gallos missus (à quibus viator  
 triumphavit) locum *Varroni* cefſit.

Herodes, à quo Cæſari opem ſatis fidelem navafſet,  
 eum ſibi amicū expertus eſt, qui huic noſtro partem  
 non ſolūn Judææ à Cleopatrâ surreptam reſtituit, ve-  
 rum etiam plurima Judææ contermina oppida regno ejus  
 adjectit.

§. 3. Anno P. J. 4685. U. C. 725. C. Cæſ. Octa-  
 viano V. & Sexto Apulejo coſſ. Jul. 17. Herodis  
<sup>1118</sup>  
<sup>1119</sup>

Cæſar tantâ victoriâ illuſtrior, mense ſextili Romam  
 ingrediens, continuo triduo tres egit triumphos Dalmati-  
 cum, Aetiacum, & Alexandrinum. Notiſſimum eſt Cæ-  
 ſarem consulatum hunc quintum in Samo iniſſe, atque  
 æſtate ex Asiam in Græciam, atque hinc in Italiam tran-  
 miſſe. Aram victoriæ v Kal. Septembris dedicavit.

§. 4. Anno P. J. 4686. U. C. 726. C. Cæſ. Octavi-  
 anio VI & M. Vipſ. Agrippa II. coſſ. Jul. 18. Herodis  
<sup>1119</sup>  
<sup>1110</sup>

*Varro* loco *Messalæ* in Syriam mittitur Praeſes.

Mariamne, Herodis uxor, ex Aſſamonaē gente no-  
 bilis foemina, quinque liberorum mater, trium filio-  
 rum & duarum filiarum, veneni contra mariti vitam pa-

rati à Salome accusata, morte plectitur. Propediem Regem facti pœnituit, qui ex dolore in morbum incidit gravissimum: ex quo convalescens, atque intelligens Alexandram, Mariamnes matrem, nova militam dum decumberet, eam quoque occidi jussit. Planè restitutus Salomen recepit, divortio à Costobaro marito facto ad eum configidentem, quæ conjurationem mariti in fratrem patefaciens ita incitavit in eum regem, ut Costobarum cum omnibus conjuratis, nec non Babæ liberos ab eo occultatos, unâ cum totâ Hycani cognatione exsciderit.

S. 5. Anno P. J. 4687. U. C. 727. C. Octav. Cæsa-

re VIII & M. Vips. Agrippa III coss. Jul. 19. Herodis

<sup>13 10</sup>  
<sup>14 11</sup>

Cæsar, ante xvi Kal. Februarii hujus anni in senatu tanquam sanctius & venerabilius nomen accipiens Augustus dictus fuit. Mense Mayo urbem egressus ad expeditionem Britannicam, in Galliis manlit, res Gallicas componens, quia legatos Britannorum accepit. Hoc anno primum actiada celebrarunt.

Herodes, sublatis omnibus, quorum dignitas excellebat, nil sibi metuendum ratus, quotidiè magis magisque ad peregrina studia defecit: certamen athleticum, quinto quoque anno in honorem Cæsaris celebrandum, instituit, theatro in ipsa civitate sanctâ & amphitheatro in suburbis constructis, athletas, ludiones & fera undisque conquisivit, atque ludus maximus cum celebritate habitus est. Videtur autem actiacæ viatoriae memoriam respiciens actiada egisse, in quibus heroica Cæsaris gesta erant celebranda, cuius quinquennalia in hujus anni mensem Septembris incident.

Hæc Herodis studia tantoperè Judæos offendebant,

ut

ut quorundam conjuratio ejus vitam petuisse, nisi mature innotuisse. Hos conjuratos non solum sustulit Rex, sed etiam in auctores severius inquisivit & animadvertisit.

Abhinc rebus suis consulens, ut minaces inter Iudeos refrænaret, consilium cepit de munimentis condendis, quibus tales coerceat. Ante omnia Samariam condi jussit, eique nomen *Sebaste* destinavit, in memoriam nominis *Augusti*, quod hoc anno Cæsari datum fuit.

§. 6. Anno P. J. 4788. U. C. 728. *Augusto VIII*  
¶ T. Statilio Tauri II coss. Jul. 20. Herodis <sup>15 11</sup><sub>15 12</sub>

*Augustus*, Narbone in Galliâ Tarraconem in Hispaniâ profectus, arma ipse adversus Cantabros movit. Ægypti in præfecturâ loco Cornelii Galli, primi in eâ provincia Cæsaris nomine Procuratoris, fuit Ælius Gallus (an Largus?) ad bellum Arabicum missus.

Post primum actiada, qui ludus anni precedentis autumno videtur habitus, Damasceni ad Varronem Syriae Præsidem, sicuti ille ad Cæsarem per literas, querelas miserant contra Zenodorum, latrones excurrere in fines Damascenos clanculum facientem; ille enim Lysaniae ditionem conduxerat: rescripsit autem Cæsar Varroni expugnanda esse latronum receptacula, atque ditionem illam regno Herodis esse adjiciendam; atque ita Trachon, Batanæa & Auranitis regno Herodis accesserunt.

§. 7. Anno P. J. 4689. U. C. 729. *Augusto IX*  
M. Junio Silano coss. Jul. 21. Herodis <sup>15 11</sup><sub>16 11</sub>

Ælius expeditionem contra Arabes suscipiens, quingentos ex Herodis satellito suscepit auxiliares, quos cum exercitu ad mare rubrum duxit: cuius expeditionis æque apud Strabonem ac Josephum fit mentio. Circa anni medium Petronius, bellum contra Æthiopes gerens,

rens, videtur constitutus tertius Aegypti à morte Antonii Praefectus.

Josephus monet eodem tempore Herodem Samariam condidisse, id est, absolvisse, & dedicasse, quo Aelio copias auxiliares misit, ut quidem res incepta fuerit ante sesquennium, nunc vero consummata.

Anno Herodis <sup>111</sup> maximæ Judæam irruerunt calamitates, primò enim diuturna obtinuit siccitas, inde insecura est sterilitas, per inopiam mutatâ victus ratione fecuta est pestis. Nec amplè erant Herodi facultates, absumptâ in aedificationem urbium vetere pecunia, & fraudato agrorum redditibus. Populare in Regem odium efficiebat, ut ipse calamitatum causa diceretur. Ille igitur remedium querens, quicquid erat regiae suppellectilis tam aureæ quam argenteæ totum concidit; & inde confeetam pecuniam mittit in Aegyptum, quam tum Petronius obtinebat pro Cæsare. Ille privatum Herodi amicus subditos ejus servatos cupiebat, atque amicq; facultatem exportandi frumentum non concessit tantum, verum & in emendo & evehendo operam navavit. Hoc annonæ beneficium Herodi populi denuo conciliavit benevolentiam. Maxima ejus fuit quoque in distribuendo prudentia & munificentia. Adversus hysmis adspexitatem etiam providit, ne pauperes vestium inopia periclitarentur. Distribuit etiam ad sementem faciendam fruges, quod sane ipsi fuit commodum, terramox uberem referente gratiam, ut omnibus alimenta suppetret.

§. 8. Anno P. J. 4690. U. C. 730. Augusto X & C. Norbano Flacco coss. Jul. 22. Herodis <sup>1613</sup> <sub>1714</sub>

Augustus medio circiter anno confecto bello Hispanico Romanum rediit.

Cum jam messis tempus adesset, segetesque messi matu-

maturæ factæ essent L. M. hominum , quos ipse *Herodes* aluerat , dimisit per agros , atque res poenè perditas suâ restituit diligentia : etiam finitimus sublevatis.

Rebus in pristinam felicitatem restitutis , regiam in superiori urbis parte , superbè exstructis ædibus , ædificavit. Conjugem *Simonis Boëthi* filiam duxit , ipsum verò patrem loco *Jesu Phabetis* filii exauctorati pontificem creavit : peractis nuptiis *Herodium* castellum LX stadiis à civitate sanctâ condidit.

*Zenodus* , partim invidiâ partim dolore ademptæ possessionis permotus , ad *Herodem* accusandum Romanum profectus nihil efficere potuit : quod ad hunc annum refereo ; quia Augustus ab anno 727 post mensem Majum , usque ad annum 730 præsentem , ejusque æstatem , extra urbem , partim in Gallia , partim in Hispania fuit.

*Mariamnes* filii , ut Cæsarem salutarent , Romanissi , & ab Augusto summâ humanitate excepti , etiam ante hoc tempus dici non possunt ab Herode dimissi ; quia ante hoc tempus non poterat *Augustus* dici Roman rediisse , à quo tantâ humanitate excipientur : regnumque Herodis concipitur , ut jam *Lysanias* ditio ne auctum.

## CAPUT III.

*Gesta Herodis sub decennio tribunitiae potestatis Agrippae.*

§. 1. Nno P. J. 4691. U. C. 731. C. Cæs.  
 Augusto XI. & Cn. Calp. Pisone coss.  
 Jul. 23. Herodis <sup>18114</sup>  
<sub>18115</sub>

Agrippa in Asiam venit Orientis Re-  
 citor, qui in Lesbo manens Orientem gubernavit per le-  
 gatos. Senatus Augusto Consulatum (quem tri-  
 mestrem gessit) deponenti hos decrevit honores, ut tri-  
 bunus plebis perpetuus esset, ut proconsulare imperium  
 semper haberet, neque id in urbem intrans deponeret.  
 Id factum y Kal. Aprilis.

*Herodes*, quam primum advenerat *Agrippa*, cum fa-  
 lutatum adiit, atque Mitylenem appulsus eum invenit.  
 Gadarenenses quoque eum adeunt Herodem accusatu-  
 ri, quos ille ne auditos quidem ad Regem vinclitos re-  
 quisit.

§. 2. Anno P. J. 4692. U. C. 732 M. Cl. Marc. Æser-  
 nino & L. Aruntio coss. Jul. 24. Herodis <sup>18115</sup>  
<sub>19116</sub>

Augustus hoc anno exeunte Româ profectus est, ut  
 provincias constitueret, egitque in Siciliâ, atque *A-*  
*grrippam* in urbem revocavit, ut Rempublicam curaret.  
*Tiberium* misit ut Artabazem regno pelleret, Tigranem-  
 que Armeniae præficeret.

§. 3. Anno P. J. 4693. U. C. 733. Q. Æmilio  
 Lepido & M. Lollio coss. Jul. 25. Herodis <sup>19116</sup>  
<sub>20117</sub>

*Augustus* ex Siciliâ in Græciam & postea in Samum  
 navigavit, ibique hyemem transgit. *Agrippa Ju-*  
*liam*

iam Augusti filiam duxit uxorem: atque Gallius fuit  
Præfectus.

S. 4. Anno P. J. 4694. U. C. 734. M. Epulejo  
Nepote & P. Silio Nervâ coss. Jul. 26. Herodis

<sup>20</sup>  
<sub>21</sub> 17  
<sub>21</sub> 18

*Augustus* in constituendis provinciis pergens Asiam  
ingreditur, atque in Syriam penetravit, quod sub his  
consulibus factum Dio notat, Josephus id anno Hero-  
dis xvii factum refert. Hujus præsentia Partho ter-  
rori fuit, Phraates enim, qui pæcis Anno U. C. 731  
non steterat, jam bellum inferendum veritus signa Ro-  
mana & captivos Augusto remisit, quæ trophæa à Crassi  
clade & ab Antonio abstulerant. Ex Dione colligere  
est, hanc signorum restitutionem, & Tigranis inter  
Armenios inaugurationem circa æstatem hujus anni fa-  
ctam fuisse. Huc spectant nummi cum inscr. *Civibus*  
& *signis Militaribus à partibus Restitutis*. Agrippa  
hoc anno Cantabros in Hispaniâ subegit.

Coram *Augusto*, Syriam vix ingredi, *Gadarenes* à  
Zenodoro impulsi Herodem, sed denuò frustra, accusant.  
*Augusto* hic commorante *Zenodorus* ex sanguinis proflu-  
vio apud Antiochiam Syriæ periit, cuius ditionem *Au-*  
*gustus* Herodi addit, quæ Galilæam inter & Trachonem  
sita, comprehendebat Vlatham, Paneadem, & agros  
finitimos. imò etiam Herodem Rectoribus Syriæ adjun-  
xit, mandavitque ut omnia ex ejus sententiâ fierent.  
*Pheroræ* fratri suo etiam Tetrarchiam impetravit, ut  
res ejus si quando fatis cederet, essent in tuto, nec fi-  
liorum suorum subesset imperio.

Deducto inde ad mare Cæsare, in sua reversuro, ipse  
Herodes quoque in regnum suum reversus splendidissi-  
mum ex marmore propè Panium in Cæsaris honorem  
templum condidit. Obmurmurantem autem populum

Hh

remis-

remissione tertiae tributorum partis placare conabatur: vetitis per urbem conventiculis occasiones sermonum abruperit, missisque ubique speculatoribus in pertinaces animadvertisit, tandem jurejurando sacramentum fidei Cæsari & sibi præstandæ exegit.

§. 5. Anno P. J. 4695. U. C. 735. Q. Sent. Saturnino & Q. Lucr. Vespillone coſſ. Jul. 27. Herodis  
<sup>21118</sup>  
<sup>22119</sup>

*Augustus (juxta Dionem)* hoc anno à constituendis provinciis Romam redit, iv. id. Octobris, aramque Fortunæ Reduci condidit: abhinc triennium in urbe mansit. *Agrippa* contra Pannonios bellum gessit.

*Herodes* anno regni sui xviii. oratione ad populum habitâ templi restorationem spopondit; atque in apparatu faciendo, materiâque cum advehendâ, tum præparandâ multum laboratum fuisse videtur.

Abhinc videtur *Herodes* Romam profectus, atque indè rediens filios Mariammes secum reduxisse in patriam. Ita *Josephus*. Per idem tempus navigavit in Italiam, salutatum Cæsarem, & ad invisendum Romæ suos liberos. Ibi Cæsar humanissimè tractato filios domum reducendos reddidit, satis jam instructos disciplinis liberalibus. Reducti ad quorundam invidiam magnis multitudinis studiis excipiuntur. Duos reduxit, quia tertius natu minimus Romæ in studiis mortuus erat.

§. 6. Anno P. J. 4696. U. C. 736. P. Corn. Lentulo & Cn. Corn. Lentulo coſſ. Jul. 28. Herodis  
<sup>21119</sup>  
<sup>22120</sup>

Verisimile est hoc anno templum incepturn fuisse condi: testaturque *Josephus* quod ambitum & exteriōra intra octennium & adyta intra sesquennium absolvērint: ut anno Herodis xxix omnia fuerint absoluta, quinquennium ante Regis mortem. Huc multi refe-

runt

runt dictum in Euangelio, Job. 2: 10. annos 46 condidisse templum, quod anno Jul. 73 (id est 27  $\text{X} 46 = 73$ ) dictum purant.

§. 7. Anno P. J. 4697. U. C. 437. C. Furnio & C. Junio Silano coſſ. Jul. 29. Herodis  $\frac{23}{24} \frac{110}{121}$

Licet Mariammes filii magnis peterentur calumniis, nondum tamen frigescente paternâ pietate, Rex nihil mali suspicans, eo quo par erat honore illos habuit, & quod jam essent adulti, uxores iis dedit. Aristobulo Salomes filiam Bernicen, & Alexandro Archelai Cappadocum Regis filiam Glaphyram.

§. 8. Anno P. J. 4698. U. C. 438. L. Dom. Ahenobarbo & P. Corn. Scipione coſſ. Jul. 30 Herodis  $\frac{24}{25} \frac{121}{122}$

Agrippa in Asiam remissus est hoc anno juxta Diōnem, quem iterum salutatum adiit Herodes, atque in regnum suum invitavit.

§. 9. Anno P. J. 4699. U. C. 739. L. Livio Druso & L. Calp. Pisone coſſ. Jul. 31. Herodis  $\frac{25}{26} \frac{122}{123}$

Agrippa in regnum Herodis venit, ubi ille venientem omnibus obsequiis & studiis demeretur, & abeuntem prosequitur.

§. 10. Anno P. J. 4700. U. C. 740. L. Lent. Augure & M. Licino Crasso coſſ. Jul. 32. Herodis  $\frac{26}{27} \frac{123}{124}$

Herodes, exactâ hyeme, quando Agrippa expeditionem in Bosphorum suscepit, quam Dio ad hunc annum refert, cum rursus adiit, cum classe in Ponto hærentem invenit, per totam expeditionem fuit comitatus, eaque peractâ cum eo terrâ redit in Joniam: Iudeis vero in Asiâ dispersis libertatem vivendi juxta legem suam ab Agrippâ impetravit. Hh 2 Do-

Domum rediens omnia invenit aduersa & perturba-ta ; traducuntur *Aristobulus* & *Alexander* principes à Pherorā & Salome , ac si enecatæ Matris vindictam me-ditarentur : quodque Archelaus rex ipsis spem fecerat se eos ad Cælarem ducturum. His auditis *Herodes* de-crevit ad ferociam juvenum reprimendam *Antipatrum* ex Doride natum , qui haetenus ut privatus vixerat , accer-fere , & honoribus evchere. Quoque magis illud in-dignabantur principes , eo majoribus Rex Antipatrum honoribus cumulavit ; cuius precibus postremo vicitus , & matrem ejus , ante repudiatam , in regiam induxit. Sæpe etiam Cæsari scribens *Antipatrum* commendabat.

## C A P U T IV.

*Herodis gesta sub ultimo regni sui decennio.*

§. 1. Nno P. J. 4701. U. C. 741. Tib. Cl.



*Nerone* & *Quint. Varo* coss. *Iul.* 33.

*Herodis*  $\frac{27}{29} \frac{1}{1} \frac{24}{25}$

*Agrippa* , elapso Tribunitiæ potestatis decennio ex Oriente in urbem regresso , *Marcus Titius Syriam* administравit. Lepido P. M. demortuo *Augustus* eam dignitatem suscepit pridie Nonas Martias.

*Agrippam* deceſſurum ut ſalutaret *Herodes* atque eum navigavit , atque ſolum ex filiis *Antipatrum* ſecum du-xit , quem ei cum multis muneribus tradit Romam du-cendum , & in Cæſaris amicitiam recipiendum ; ut jam omnia vidarentur per hunc agi , protrusis à principatu Mariammes filiis.

§. 2.

§. 2. Anno P. J. 4702. U. C. 742. Sulp. Quirino &  
M. Valer. Messalà coss. Jul. 34. Herodis <sup>241 25</sup>  
<sub>29 1 26</sub>

*Agrippa in Campaniâ moritur, & Tiberius ejus vi-  
duam Julianam ducit uxorem.*

*Antipater Romæ amicis omnibus Herodis commen-  
datus illustris factus est, atque ea peregrinatio illi ad  
honorem & priuatum regios inter liberos non medio-  
criter profuit.*

§. 3. Anno P. J. 4703. U. C. 743. P. Fabio Maxi-  
mo & Q. Elio Tuberone coss. Jul. 35. Herodis <sup>29 1 26</sup>  
<sub>30 1 27</sub>

*Antipater, qui Romæ omnibus potiebatur hono-  
ribus, hoc unum molestè ferebat, quod non poterat  
fratres suos continua vexare calumniis, veritus ne pa-  
rentis animus mutatus se æquiorem præberet erga Ma-  
riamnes filios: quare absens literis Herodem perpetuo  
in eos exacerbavit, quasi de ejus incolumitate sollici-  
tus, atque ad tantam cum perduxit iram, ut tandem  
inimicus esset adolescentibus.*

§. 4. Anno P. J. 4704. U. C. 744. Julio Antonio  
& Q. Fabio Africano coss. Jul. 36. Herodis <sup>30 1 27</sup>  
<sub>31 1 28</sub>

*Herodes unà cum filiis Mariamnes, eos accusaturus,  
Romam profectus, cum Augustum intelligeret in Gal-  
liis degere, eum Aquilejæ invenit, qui utraque parte au-  
ditâ litis arbiter factus, parentem filiis suis conciliat:  
Romam reversi, sibi id haud displicere simulans Anti-  
pater, iis gratulatur, atque cum parente etiam rediit  
in Patriam.*

Statim ac rediit Rex advocatâ in templum concione  
orationem habuit, quâ aulicos & cæteros ad concor-  
diam hortatur, pronuncians filios post se regnatores, pri-  
mum Antipatrum, deinde ex Mariamme natos Ale-  
xandrum & Aristobulum.

Per idem tempus Cæsaræ consummatâ eam urbem dedicavit Herodes Olympiade cxcii: 3. In quâ dedicatione maxima fuit celebritas , & certamen , Cæsaris in honorem , per singula quinquennia instaurandum , instituit.

Abhinc sepulchrum Davidis , spe pecuniae inveniendæ , tentavit , sed divirio portento territus vacuus rediit. Machinationes contra Mariamnes filios renovatae sunt , & recruduit vulnus , quod optimis adolescentibus ferale fuit.

§. 5. Anno P. J. 4705. U. C. 745. Cl. Druso Neroni & T. Crispino coſſ. Iul. 37. Herodis <sup>3</sup><sub>2</sub> <sup>128</sup><sub>2129</sub>

Alexander malorum artibus in vincula conjicitur ; sed Archelaus , Cappadocum Rex superveniens singulari dexteritate eum iterum Herodi conciliavit : panguntque , quod Herodes , qui jam ad Augustum cā de re literas dederat , Romam proficiseretur : redeuntem usque ad Antiochiam deduxit Herodes , ibique Atchelaum Titio Syria Præſidi reconciliavit.

Hoc anno Encœnia templū Hierosolymitanī , die regni Herodis natali , quem Herodes anniversariā hilariter colere solebat , celebrata fuerunt.

§. 6. Anno P. J. 4706. U. C. 746. C. Marc. Censorino & C. Asinio Gallo coſſ. Iul. 38. Herodis <sup>32</sup><sub>33</sub> <sup>129</sup><sub>130</sub>

Hoc anno Augustus lustrum condidit , & censum solus egit.

Roman proficiscens Herodes , in Achajā apud Elidenſes , cum Olympiaca sumptuum defectu deficere vide-ret , ea restituit , atque perpetuōs in eum usum pecuniarum reditus dedit , ipſe tertaminis agonotheta factus eo iuſtro , quo Roman navigavit. Herode in Italiam & Graciā harente , Trachones terram latrociniis infestant

à Syl-

à Syllæo Arabe suscepit. Reversus Syllæum apud Saturninum accusat, qui pacts non stans Romanam abiit; interim cum venia Saturnini contra refractarios arma sumens latronum munimentum cepit & diruit, Nacebum Arabum Regem ei occurrentem in fugam compulit, & Idumæorum tria millia in Trachonem deduxit.

Properatis Romanam nunciis Syllæo relata sunt omnia, qui hæc in accusationem Herodis vertit apud Augustum: ille hinc offensus scribit Herodi, se hactenus illo usum ut amico, posthac habiturum eum pro subdito.

§. 7. Anno P. J. 4707. U. C. 747. Tiberio Cl. Neroni & Cn. Calp. Pisone coss. Jul. 39. Herodis <sup>111<sup>10</sup></sup>  
<sub>34<sup>11</sup></sub>

Tiberius hoc anno incunre triumphum egit, ast insurgentibus iterum Germanis, haud diu post novam in eos expeditionem suscepit.

Herodes, ut diluantur accusationes Syllæi, videns Arabes & Trachonitas à quo iram Augusti intellexerant protervè intulare, nec ijs resistere audens, quia legationem unam & alteram non admiserat Augustus, tandem Nicolatum Damascenum misit, cuius oratione auditâ, Syllæus capitis damnatus, remissus est in provinciam, ut postquam creditoribus satisfecisset, daret supplicium.

Interim malevolorum suggestionibus filii Mariamnes in carcerem conjecti sunt, & Olympus ac Volumnius cum literis Romanam mittuntur, potestatem occidendi eos rogaturi: hi adsunt cum Herodes jam jam Nicolai oratione defensus Augustum iterum haberet placatum. Augustus lectis literis scribit se ei potestatem permittere in particidas, ast suum consilium esse, indictio concilio apud Berytum rem examinari permittat. Ocyus re istâ intellectâ juxta Cœsarî consilium apud Berytum con-

concilium convocat, in quo coram *Saturnino* filios accusat, qui ex plurium votis damnantur. Soluto concilio *Tyrum* regressus ibi commode invenit *Nicolaum*, à legatione obitâ reversum, qui omnia Herodi exponit, nec non amicorum de filiis coercendis sententiam aperit; hic navigio cum Herode Cæsaream petiit, undè rex *Sebasten* tendit, atque ut ambo filii strangulentur, curavit.

*Antipater* post deplorandum fratrum excidium, quotidie magis magisque in odium incurrens, sibique coniurationis in vitam parentis conscientius, à patre, istius sceleris ignaro, Romain abeundi veniam acquirit, atque eodem navigio, quo *Syllæus* Roman pœnas datus mittebatur, navigabat, *Saturnino* magnis muneribus ante sibi conciliato. Sola *Saturnini* mentio efficit, ut post hunc annum illud *Antipatri* iter collocari haud possit, quoniam ex *Vari* nummis jam constat *Saturnini* administrationem Syriacam ultra hunc annum non fuisse prorogatam. Inter fratrum mortem & *Antipatri* abitum tantum præcisè temporis intercessit, quantum *Sylleo* datum, ut creditoribus satisfaciat, quippe quoicum Roman abiit *Antipater*.

§. 8. Anno P. Jul. 4708. U. C. 748. D. *Lelio Balbo*, & C. *Antistio Vetere Coss. Jul. 40. Herodis* <sup>34131</sup>  
<sub>35132</sub>

Augustus Caij & Lucij repressurus audaciam, tribunitiam potestatem in quinquennium *Tiberio* dedit, ei-que *Armeniam* mandavit: verum is proficiscens in Rhodum secessit, ibique privignorum suorum offenditionem veritus, per septennium delituit. *Quintilius Varus* Syriæ administrationem suscepit loco *Saturnini*, ut ex nummis probavimus.

*Pheroracum uxore*, postquam *Herodis* jussu & edicto aulam excesserat, in suā vixit Tetrarchiā, jurejurando obstri-

obstrictus, unum sibi exilii finem forc mortem *Herodis*, neque ad eum se reversurum, dum ille vixerit. Hinc ad *Herodem* decumbentem, quamvis saepius invitatus ad hoc, venire negavit. *Herodes* interim, ex morbo convalescens, à conjuratorum insidiis (Deo scelus perpetrandi occasionem avertente) salvus remansit. Dum *Pheroras* ejus frater in Tetrarchiâ suâ, *Antipater* verd ejus filius Romæ commorabatur, & uterque cum remotior esset ab aulâ, neuter vitæ *Herodis* damnum inferre valuit.

§. 9. Anno Per. Jul. 4709. U. C. 749. C. Cæsare Augusto xii. & Cornelio Sullâ Coss. Jul. 41. *Herodis*

<sup>35132</sup>

<sup>36133</sup>

*Augustus* hoc anno *Cajum* filium in forum deduxit, atque eum in fineq; consulatum xii suscepit. *Tiberius* in insulâ Rhodo tanquam in exilio manxit, aut fortè hoc anno demum in hanc insulam se recepit: narrat enim *Vellejus Patereulus* *Tiberium* demum *Rhodum* fuisse profectum, cum *Cajus Cæsar* virilem jam sumpfisset togam: nec obstat, quod secundum alios anno præcedente dicatur Romam egressus; quia acceptâ in quinquennium Tribunitiâ potestate, simul etiam accepit mandatum de *Armeniâ*, quæ defecerat, reducendâ: quod à *Tigranis* obitu factum *Zonaras* testatur. Videtur itaque, quod *Tiberii* iter primum fuerit in partes orientis, eaque regio ad solam famam adventus *Tiberii* ex liberis *Tigranis* regem receperit. Postea autem intelligens *Tiberius* liberorum ferociam, consultum duxit *Rhodum* abire, ibique latebras quærere, quò emulationem effugiat.

*Quintilius Varus*, Syriæ præses, alterum egit præfectoriæ suæ annum, qui respondet Aëræ Actiacæ xxvi & xxvii: uterque enim annus in nummis ejus est designatus.

*Pheroras* subito ab assumptione cibo (cui amatorij vice clam velenum immixtum fuerat) morbo correptus intra paucos dies extinguitur; *Herode* frustra fratri sanitatem curante, quem amabat. Ante obitum *Pheroras*, fratri Regis officiis motus, poenitentiâ propositi tangitur, uxorem ad se vocat, atque venenum ab Antipatro relictum adducere, seque inspiciente igni tradere jussit; quod ex parte factum. Mortuus vero *Herodis* jussu & sumptibus Hierosolymas translatus, magna cum pompa lepelitur, ac publico gentis luctu honoratur. Hisce vix absolutus, indicato à libertis *Pherorae* eum lugentibus mortis genere, inquirit Herodes in criminis autores, atque ex ancillâ sub torturâ gemente forte aliud quid audit, ex quo in cognitionem coniurationis adversus vitam suam pervenit. Doridem Antipatri matrem, ut consiliorum conscientiam, omni ornatu spoliatam ex aulâ ejecit. Pontificis filiam, alteram ejus uxorem, etiam accusatam, expulit, filiumque ejus ex testamento suo, ubi Antipatri successor fuerat destinatus, delevit; nec non sacerdotum Pontificem (qui erat *Simon Boëthi* filius) eâ dignitate exuit: in cuius locum surrogatus est *Matthias Theophili* filius. Hæc verò incidiile ante diem expiationis, & scè gesta fuisse mense Elul exinde conficimus, quod de *Matthia* iam Pontifice moneat *Josephus*, etm dic expiationis ob contractam in somno contaminationem sacra non fecisse, sed ea à *Josepho Ellemi* filio, Pontificis vicario & cognato, fuisse peracta. Cumque ille *Matthias* ante sacra expiationis sequentis anni etiam fuerit exauktoratus, necesse est tū initia Pontificatus ejus hoc anno diem illum publicum anticipaverint.

Dum illa agitantur in Iudeâ *Antipater*, coniuratio-  
nis faber & caput, Romæ degens, & nescius istarum

terum, vanâ adhuc spe fese lactat. Iuncte per amicorum literas, *Archelaum & Ptolemaum* fratres insimulaverat apud Patrem, ut parum cum eum affectos, propterque Alexandri & Aristobuli cædem morosos, ac iis effecerat ut in patriam fuerint revocati, qui hacenus Romæ institutionis gratiâ educati fuerant.

Nunc verò id curat *Herodes*, ut nullo modo intelligat, quid contra eum moliretur: quod adeò feliciter effectum est, ut per septem menses elapsos nihil eorum resciverit *Antipater*: quò ejus redditum in patriam promoveat, & in justas poenas præter opinionem incidat.

§. 10. Anno Per. Jul. 4710 U. C. 750. C. Calvi.  
fio 11. & L. Passieno Russo Coss. Jul. 42. Herodis  
<sup>261<sub>33</sub></sup>  
<sup>371<sub>34</sub></sup>

*Quintilio Varo*, tertio anno Syriæ Præside, Cæsis in istis oris Procurator fuit *Sabinus*, non vero *Sulpitius Quirinus*, ut quidam erroneæ existimant.

Res Romanæ magis internis infestabantur malis, quam externis: nam, *Tiberius* in insulâ Rhodo altero anno clandestinum vitae genus agens, absuit à Republicâ. *Cajus* vero & *Lucius* deliciatus non modo vivabant, sed etiam insuper ex *Tiberii* decessu ferociè haud desierunt. Bellane gesta fuerint cum hostibus minus constat, tacentे aut deficiente historiâ? hoc saltem constat, si Germani pacem non coluerint, & Armenii ab omni motu se non abstinuerint; saltem minus ea curasse Romanos, & expeditiones bellicas aliqui momenti ob istas causas non suscepisse, antequam *Cajus* in Orientem fuit missus, ut bellum Parthicum cum imperio proconsulari gereret, atque Armeniam recuperaret. Num vero hoc anno Jani tem-

plum clusum erit? in controversiam vocat amicus noster, *Blond*, sentiam adstructurus, *D. J. b. Masson*, eruditus in dissertatione de Jani templo Christo nascente referato, quæ hoc ipso anno in publicum prodidit. Ego me adhuc dubitare profiteor.

*Res Judaæ* multo turbatior ob *Antipatri* detectum parricidium fuerunt, qui Regis literis domum revocatus, circa veris initia mari non amplius clauso Româ discensit. *Tarenti* hærens demum ex literis allatis non sine animi concusione *Pherore* mortem intellexit: Ciliciam appulsus matris audivit ignominiam, atque lectâ parentis epistolâ iram sub mollioribus dictis obvelante, de itinere promovendo dubitare coepit, aliis eventum expectare suidentibus, alii vero sine morâ domum proferendum esse ad suspicitionem amoliendam urgenteribus. Ille posteriorum secutus consilium navigio se committit denuò; & *Cæsaream* ad portum *Sebastum* appulsus alienos à se omnium sentiit animos: hinc Hierosolymas ingressus, parentemque adiens ab ejus complexibus arceretur; dieque sequenti coram *Quintilio Varo* Syriæ Præside, tunc fortè in civitate sanctâ cum Rege de rebus agendis consulente, accusatur, reus peragitur, atque in carcerem conjicitur, ibi detinendus donec ex missis ad *Cæsarem* Legatis Rex ejus sententiam intelligeret.

Facta itaque fuit legatio cum litteris ad *Cæsarem* deferendis, iisque accusatoriis: & haud diu post, ex interceptis hinc *Antiphili* illinc *Acmes* literis, cum planius evaderet turpisimum parricidii decretum, nova secuta est, quæ omnem caussam pleniùs exponat *Cæsari*. Legatis vero Romanâ sic itinerantibus *Rex* morte corrumpitur, ob proiectam ejus axatem mortem præagiens: ad cuius famam insignis obortus est tumultus: duo enim præstantissimi legis doctores, *Judas*

Sar-

Sarip  
curab  
reæ  
dejed  
in fl  
atqu  
Her  
batu  
nem  
indu  
sui  
cess  
diat  
luna  
sedit  
vico

I  
quo  
lenn  
van  
rod  
cher  
tum  
voc  
esse  
bat  
sub  
nur  
ven  
que  
ran  
præ  
diu

*Sariphæi & Matthias Margolothi*, morbum Regis incurabilem præsumentes, discipulos suos ad aquilæ aureæ (supra portam templi majorem à Rege constitutæ) dejectionem incitant. Incitati rem aggrediuntur, illique in flagranti delicto unâ cum auctoribus facti capiuntur, atque in vinculis Hierichuntem deducuntur. Abhinc *Herodes*, concione congregatâ, ex lecticâ, quâ gestabatur, de crimine perpetrato querulum habet sermonem, atque *Matthiam Theophili filium Pontificem* ob indulgentiam, quâ se raptoribus non opposuerat, deposuit, eique *Joazarum* pontificiæ dignitatis dedit successorem: quæ mutatio aquilæ aureæ raptum immediate secuta est. Hisce ita statutis eo die, cuius nocte luna istam stupendam obscurationem passa est, in reos seditionis & violatæ aquilæ aureæ tanquam sacrilegos vivicomburii supplicio animadverti jussit.

Inter Hierosolymitanos degens, toto mense Tisri, quo præter expiationis diem sacra tabernaculorum solennitas celebraretur, & circa initia mensis Marchesvan, morbo haud decrescente, quæsivit remedia Herodes, sed frustra; donec in initio mensis secundi Marchesvan unâ cum totâ civitate turbatur à Magis, in natum Judæorum Regem inquirentibus; quos Rex ad se vocat, & ex synedrii responso intelligens Betlehemum esse locum, ubi juxta Michæ prophetiam nasci oportebat Christum, eosdem in istud oppidulum alegat, eâ sub conditione, ut invento puerulo de re compertâ nuncium referant, spondens se quoque puerulum inventum adoraturum. *Magi* autem iter prosequentes, quem quærebant recenter natum inveniunt, & adorant: sed per aliam redire viam divinitùs jussi, *Herodem* prætereunt: qui se suo-excidisse scopo sentiens, infanticium præcepit, sperans inter istos parvulos occisum iri

quoque Christum natum. Milites vero mandatis regis obsequentes horrendam in oppidulo & regione contermina infantum stragem edentes nihilominus Christum non attigerunt, Deo filium suum ex isto percundi periculo eripiente, & per fugam, in somno imperatam, malum illud prævertente; *Joseph* enim, jussus cum matre & infante salutis gratia in Agyptum aufugere, periculum tempestivè evasit.

*Herodes* morbum, gravissimis symptomatibus incrementem, medicamentis haud cedere videns, ex aliorum Medicorum consilio ad thermas Callirrhoës se vehi præcepit, quæ ultra Jordanem sitæ erant; quarum usu se tamen pejus habuit, atque redux Hierichuntem ingreditur: neque mox ejus sine luctu transiret nobiles Judæorum convocat, circa includi jubet, & quam primum animam daret statim quoque occidi. Interim Legati, quos Romam ire jussérat, ut Cæsaris sententiam de filio suo parricidâ reducerent, redeunt, & ipse literis Augusti, *Antipatrum* ejus arbitrio tradentibus, non nihil recreatur. Ast redcuntibus confestim doloribus desperabundus, semet cultro ferire, & miseram abrumpere vitam tentavit: idque efficeret, nisi aliquis, molimen animadvertisens, intercessisset: undè oborto ploratu rumor detulit Regem jam tum decedere. Hæc fama maturandæ necis *Antipatri* causa fuit: ille enim auditio rumore, extinctum jam Regem ratus, cum carceris custode de laxandis vinculis agere ausus est; quod dum custos ad Regem defert, eum ita exacerbavit, ut parricidam statim occidi, & sine pompa in Hyrcanio castello condidisset; atque ita *Antipater*, tantarum turbarum in familiâ *Herodis* auctor, quinto ante Herodis obitum die miserè perit, & promeritas infandis criminibus pœnas tulit.

Sublato Parricidâ *Herodes* testamentum suum denuò mutavit, atque *Archelao* regnum Judææ & Samariæ, *Antipæ* verò & *Philippo* Tetrarchias adscripsit, totumque illud Augusti approbationi subjecit: undè præteritis à morte Antipatri diebus quinque, ipse etiam decessit, die mensis *Cisleu* vii. Novembris xxv. Antequam Regis mors innotesceret *Salome* & *Alexas*, quasi Rex ita juberet, circa inclusos nobiles domum quemque suam dimiserunt. Deinde (sequenti ut videatur die) indicato Regis obitu congregata fuit in amphitheatrum Hierichunitum omnis militia, cui præter Regis ad milites literas ejus etiam testamentum fuit prælectum; ex quo omnes *Archelaum* audiunt regem destinatum, eique acclamantes fidem pollicentur.

His ita peractis omnem suam curam convertit *Archelaus*, ut exsequiæ Regis forent splendidissimæ, in quem finem omnia ad decus facientia conquiruntur, & universus regni exercitus ex omnibus partibus convocatur, qui funus deducat; quæ omnia, ad apparatum facientia justum dierum numerum postulasse credere fas est. Abhinc eductio cadaveris *Herodium* usque (ubi sibi monumentum paraverat Rex, atque sepeliri iusserrat, secuta fuit) in locum, ducenta stadia ab Hierichunte remotum; quorsum lecticâ portatum fuit funus regio splendore ornatum, atque cognatorum, principum, totiusque exercitus comitio deducendum. Atque hic fuit vitæ rerumque *Herodis*

F I N I S.

I N-

I N D E X  
L O C O R U M  
**S C R I P T U R A E**  
I L L U S T R A T O R U M.

- Levit.* 12: 2-6. pag. 137.  
*Mattb.* 2: 1. p. 129.  
13. p. 165.  
14. p. 166.  
16. p. 134. 161.  
22. 23. Coll. cum *Luc.* 3: 39. p. 139.  
140.  
*Luc.* 1: 26. p. 63. 202.  
36. p. 202.  
2: 22. p. 137.  
38. p. 147.  
39. p. 137.  
3: 1. 2. p. 43. 97. 190-196.  
21. p. 44.  
23. p. 97. 190-196.  
*Job.* 3: 30. p. 26.  
*A&f.* 1: 22. p. 196.

I N-

# INDEX RERUM.

A.

**A**dventus Magorum quan-  
dò acciderit ? non  
biennum post na-  
tum Christum. Pag.  
153. &c. nec post purificatio-  
nem Mariæ , sed ante eam.  
p. 154-156. quod defenditur.  
p. 158. &c. immo proximè à  
nato Christo. p. 150. &c. ad-  
ventus ille conjungitur cum die  
nati Christi primo: abitus ve-  
rò in patriam cum tertio. p.  
181: 182.

**Era** Christi nati vulgaris. au-  
torem habuit Dionysius Ab-  
batem. p. 2. Dubia ob dissen-  
sum de mente auctoris, an  
nativitatis , num conceptionis  
rationem habuerit , na-  
tumque putaverit 25 Decem-  
bris anni Jul. 45? an 46?  
p. 3. 4. Non ante octavum  
seculum admissa. p. 2. Non  
ex traditione accepta , sed ex  
falsis calculi suppositionibus.  
p. 4. Eam patres omnes an-  
ticipant. p. 5-8. Vera ut ha-  
beatur , vulgaris anticipanda  
non solum unum annum. p.  
133. aut biennum , sed ad  
minimum triennium , quod ex

anno mense , & die mortis  
Herodis evincitur. Ibid.

**A**ttica cum anno vii Her-  
odis connexa. p. 77. etiam  
cum aliis æris componitur.  
Ibid.

**F**uliana cum annis Herodis  
nectitur. p. 78.

Tiberii proconsularis refuta-  
tur pluribus. p. 46-53-213. &c.

**E**tas Christi baptizati fuit,  
cum annos 30 compleverat,  
anno trigesimo primo curren-  
te; & ad finem vergente. p.  
191 &c.

**A**nnus Julianus XLII collatus

cum anno Judaico. p. 176.

Tiberii decimus quintus , quist

p. 60.

Sabbathicus Judzorum à Tisri  
incipiebat anni U. C. 716,  
& se porrigebat ad Tisri A.

U. C. 717. exclusivè p. 75.

Herodis eniortualis , vide He-

rodes

**A**nni Imperatorum primi etiam  
in nummis signati. p. 217.

**A**ntigonus regnum à Parthis acce-  
pit , & quando ei fuerit da-  
tum ? p. 82. quamdiu dura-  
verit ? p. 76. Quo anno si-  
gnandus sit ejus exitus ? p.  
79. 80.

Kk

Anti-

I N D E X.

*Amipater* sub fineum Saturnini  
Syriz Præsidis ultimâ vice  
Romanū profectus. p. 110. 111.  
indè abiit post viii à Phero-  
ræ morte elapsos menses. ibid.  
Reus convictus patricidii. p.  
180 & dies quinque ante pa-  
tris mortem ob scelus occidi-  
tur. p. 180.

*Antipas*, *Tetrarcha Galileæ*,  
quandiu eam dignitatem te-  
nuerit? p. 91. 92. Non præ-  
fuit Galileæ, nisi à morte  
patris: contra Harduinum. p.  
93. 94. ejus nummus. p. 223.  
*Antonii triu[m]viratus & fors im-*  
perii in Oriente, unā cum  
historiâ gestorum ab anno Ju-  
liano IV ad VI inclusivè. p.  
71. 72. Ejus conciliatio cum  
*Cæsare*, quandò facta? p.  
82.

*Archelaus*, quo sensu dicatur no-  
vennium, & alibi decennium  
regnafie. p. 89. 90. Quo  
anno fuerit in *exilium* missus,  
ibid. ejus regni initium pau-  
cos dies anticipat Christi in-  
habitationem Nazarethana in.  
p. 131.

*Alexander* cum dicitur Christus,  
describitur non anni sed mu-  
neris Christi initium. p. 59.

B.

*Baptista* conceptio, statim post  
reditum Zachariæ patris  
ab officio in domum suam, po-

nenda. p. 200 &c. An. Jul.  
41. die x Septembr. nativitas  
*circa* initium mensis Sivan an-  
ni 42. p. 201.

*Baronius* moram Christi in Egyp-  
to protrahens, refutatur. p.  
188.

*Bethlehemum* post ingressum in ci-  
vitatem Nazareth iterum fuisse  
reductum Jesum figuratum  
est, omni probabilitate deſtitu-  
tum. p. 164 Quantum ea civitas  
abſet Hierolymis. p. 155.

C.

*Cajus* arbiter testamenti He-  
rodis fuit An. Jul. 43.  
p. 89. quandò Rector Ori-en-  
tis *creatus* Româ discesserit?  
p. 107.

*Capelli* *error* circa æram nati Chri-  
sti. p. 133.

*Cassii* *nummi* p. 224.

*Census* Augusti *secundus*, in quod  
tempus incidet? p. 37. non  
confundendus cum deſcriptio-  
ne Oecumenicâ. p. 59. &c.  
*Saturnini* non definit *annum*  
Christi natalem. p. 41-43.

*Clemens Alexandrinus* natum Chri-  
stum voluit anno Jul. 43. Et.  
Alexandrinæ 28. p. *sæc[u]l]e*  
mens exponit, & fons erro-  
ris detegitur. p. 210. Diem  
nati Christi ponit 25. No-  
vembrib[us]. p. 31.

*Conceptio* Baptista p. 200 &c.  
Christi p. 204.

*Cru-*

R E R U M.

*Crucifixio Christi facta An. Cr.*  
*Vulg. 33. die 3 Aprilis. p.*  
*213. &c.*

D.

**D**ies nati Christi ex traditio-  
 ne Romanâ 25 Decem-  
 bris alligatus apud gentiles  
 fuit dies solis invicti p. 13-16.  
 Assentientibus Petavio, Pa-  
 gio & Harduino. p. 15. Tra-  
 ditio illa Clementis Alexan-  
 drini tempore nondum cognita.  
 p. 30. Invaluit deinde  
 Ambrosii ætate. p. 28. Ex  
 falso calculo minis solidè ad-  
 structa. p. 25. Refutatur ex  
 tempestate hybernâ, char-  
 teribus euangelicis non con-  
 sentiente. p. 32-36.

*Verus* tantum ante diem e-  
 mortualement Herodis statuen-  
 dus, quantum temporis sibi  
 postulant Magorum mora in  
 Iudeâ & exilium Jesu Ægy-  
 piacum, simul sumpta. p.  
 136.

*Mortis* Herodis cum ultimo ex-  
 illi Christi Ægyptiaci concur-  
 rit. p. 130. 131. In diem vii  
 mensis Cisleu incidit. p. 121-  
 126. quantum temporis post  
 natum Christum vixerit? p.  
 133. 134.

— *Purificationis* Mariae fuit  
 41 à nato Christo p. 136.  
 137. ponendus post Magorum  
 adventum & post fugam in

Ægyptum, non vero inter  
 Magorum discessum & fugam  
 in Ægyptum. p. 165. inter  
 redditum Christi ex Ægypto,  
 & deductionem in urbem Na-  
 zareth. p. 137-139. Post  
 mortem Herodis, quod pro-  
 batur. p. 157. &c. præter  
 propter quatriuum ante in-  
 gressum in urbem Nazareth.  
 p. 137.

**Dionysius** Abbas auctor primus Æ-  
 ra vulgaris nati Christi p. 2.  
 de ejus mente disceptatio. p.  
 3. 4.  
**Dionis Cassii** error in consignan-  
 da anno interitus Antigoni.  
 p. 80.

E.

**E**Clipsis lunaris juxta Josephum  
 diem secuta, quo aquile  
 aureæ raptore pœnas dede-  
 runt, non definit annum He-  
 rodis emortualement p. 99. di-  
 versimodè trahitur. p. 100.  
 101. ad eam non pertinet e-  
 clipsis, quæ accidit 9 Jan.  
 anni Jul. 45. contra Scaligerum  
 p. 106. &c. nec ea fuit, quæ  
 accidit 20 Jan. anni Jul. 44.  
 contra Langium & Lansber-  
 gium. p. 106. nec quæ inci-  
 dit in 13 Martii An. Jul. 42  
 contra Keplerum. p. 104-106.  
 Haud rectè ponitur proximè  
 ante pascha. p. 111. &c. Qua-  
 lis fuerit? p. 113. 134. Re-  
 voca-

I N D E X.

vocamus sententiam, quam ex Schelstratio admiseramus. in praefatione.

Ephemeriarum calculus ad definiendum tempus nati Christi, quomodo Scaligero digestus? p. 63. &c. Quid in eo desiderant wiri doctissimi. p. 65. 66. ut variis hypothesisibus inservire possit? p. 67. Reformatur ille calculus, & neccetur cum annis Julianis. p. 199. Cum nostrâ de tempore nati Christi sententia conciliatur. p. 199. &c. imò & nostra sententia exinde confirmatur. p. 205.

Epiphanius, quid de epochâ nati Christi sentiat? p. 7. 8.

Epocha regni Herodis duplex. p. 68-84.

Euangelista cur annos regni Augusti & Herodis non apponant? p. 127 &c.

Eusebius Cesariensis, quid sentierit de anno nati Christi? p. 6. 7. Auctor turbatae Chronologiaz rerum Herodis. p. 98. 99. ejus error circa annum regni Herodis, à victo & cæto Antigono suscepit. p. 79. 80.

F.

F. Lacci nummi p. 223.  
Fuga Christi in Egyptum componitur cum die ab ejus nativitate tertio. p. 182. absolvit

potuisse intra triduum aut quatriduum ostenditur. p. 183.

184 G.

G Reges hyemali tempestate non in pascuis sub dio pernoctasse in Oriente ostenditur. p. 34. à Judæis stabulis inclusos ad primam pluviam, quæ incidebat in mensem Marchesvan. Ibid.

H.

H Arduini error, in rejectione auctoritatis Josephi, ut alios pepererit: & refutatur p. 80. 81. 93. 94 nec non in praefatione.

Herodes magnus, Rex Iudæ quo natus est Christus, fuit Ascensionis. p. 68. 69. juvenis 25 annorum Galilee præficitur. p. 225. Tetrarcha creatur. p. 228. Rex à senatu declaratur, quando Pacorinidias elapsus Romanum appulit. An. U. C. 714. p. 69-74. Regnum obtinuit ab Antigoni nece. An. U. C. 717. p. 74-79. Ejus gesta ad annales revocata. p. 225. ejus ultima in ordinem digesta. p. 177-180. infanticidium non diu ante mortem perpetratum p. 193. 196.

Mors ejus ad verum tempus revocata, omnes sententias, quæ

R E R U M.

quæ annum nati Christi post annum æræ act. 28. ponunt, confundit. p. 8. 9.

Annus ejus emortualis eruitur p. 85. 98. cum annis alterius formæ componitur. 86. 87.

Tempeſtas anni, quā mortuus est excludit vernalē & aestivam. p. 116. 118. nec non hybernā p. 118. 120. undē concludit eum sub autūnum mortuum. ibid.

Menſis & dies ex codice de jē-  
juniis eruitur, ubi VII menſis Cifleu dicitur mortuus. p. 121. 126. Dies antevertit paſchalia anni Jul. 43. p. 88. &c.

Hierosolymis; quandō illa urbs à Sofio & Herode fuerit occu-pata? p. 83.

I.

**I**nfanticidium Bethleemiticum paulò ante Herodis mor-tem perpetratum crediderunt Macrobius & Eusebius. p. 135. 136.

Initium inhabitacionis Christi Nazarethanae & regni Arche-lai paucos tantum dies diffe-runt. p. 131. &c.

Josephi in operibus niendæ cor-rectæ p. 86. 105.

Irenaeus annum nati Christi cum 41 Augusti componit. p. 5. ejus sententia. exponit & cum nostrâ conciliatur. p. 208. 209.

Judea à Sofio subacta ex Tacito & Fastis triumphalibus af-servitur. p. 78. 79.

Julia ablegatio in exilium facta An. Jul. 44. p. 109. &c. ante hanc Philippus Juliada condi-dit. p. 110.

Justinus Martyr anticipat æram nati Christi vulgarem p. 5. ejus sententia exponit & cum nostrâ conciliatur. p. 207.

K.

**K**eplerus adducitur, ejusque error circa mensem e-mortualem Herodis detegitur. p. 87. item, circa eclipsin lu-narem Josepho memoratam. p. 104. &c. malè defendit diem Christi natalem ad 25 De-cembris ponendam. p. 35. 36.

L.

**L**ucus, ubi Christus in exilio Ägyptiaco latitavit, in- certus, atque sufficit ut fuerit Judæ proximus. p. 183. &c.

Lucas euangelista non censendus est ignorante præcium tempus æ-tatis Christi: contra Keple-rum. p. 56. ejus testimonium cap. 3: 1. 21. uti vulgo ut- getur, haud definit annum Christi natalem. p. 44. &c.

Lucius, Caji frater minoren-nis, ad honores publicos elatus An. Jul. 44. p. 89.

I N D E X.

*Lydiati sententia de anno Herodis emortuali refellitur.* p. 102.  
103.

M.

**M** Agorum adventus proximè à die nati Christi ponendus p. 150. &c. imo ipso primo, Visitatio Christi secundo, & abitus tertio nati Christi die. p. 181.

*Martyrologium Romanum ex Laetantio erroris convictum.* p. 28.

*Megillath Thaānith*, liber Judaeus, mensem & diem mortis Herodis indicat p. 121-126. ejus fides contra Lamium defens in præfatione.

*Mors Herodis* indagata quoad annum. p. 85-98. anni tempore statem. p. 116-120. Mensem & diem p. 121-126.

*Muciani nummi* p. 224. 225.

N.

**N**atalis Christi indagatur quo ad annum, mensem & diem ex temporis quantitate, quā antevertit diem mortis Herodis: & Tempestatem hibernam non fert. p. 32-36.

*Nativitas Christi* componitur ab euangelistis. cun diebus regni Herodis. p. 129. 130.

*Nazareib* urbs Galileæ, cuius distantia à civitate sanctâ. Inhabitari cœpta à Christo circa initia Tetrarchiz Herod-

dis Antipæ. p. 132. & regni Archelai. p. 131. 132.

*Nicomedia* persecutio Diocletiani, ecclesiam destruens orta, non An. 301 dñe 25 Decembris, sed An. 303 ad vii Kal. martias. p. 28. 29.

*Nummi exponuntur Quint. Varii* p. 219. 220. *Silani*. p. 220. 221. *Antipæ Tetrarchz*. p. 223. *Flacci & Petronii*. p. 223. *Cassii*. p. 224. *Quadrati*, ibid. *Muciani*. p. 224. 225.

P.

**P**acorus cum Parthico exercitu Syriam & Judæam invadens anno. U. C. 714. Iterum superatur: ratioque temporum demonstratur. p. 73.

*Patres omnes* in consignatione anni nati Christi æram Dionysianam anticipant p. 5-8. ad annum 28 Ær. Alexandriæ referentes ex tempore mortis Herodis refutantur p. 9. 133. *Petronii nummi* p. 223.

*Philippus Tetrarcha*, quandiu populum suum rexerit? p. 94 &c.

Q.

**Q**uadrati nummi p. 224. *Quintilius Varus* Præses Syriae, cuius notantur tempora. p. 109. & repræsentantur numimi. p. 219. 220.

*Quintinus*, quo anno Præses Syriae

R E R U M.

riꝝ factus? & Archelai opes  
ab eo fisco addictæ sint? p.  
89.

S.

**S**Alianus, moram Christi in  
Ægypto protrahens, re-  
futatur. p. 188. 189.  
**Saturnini**, Prædisis Syriæ, præ-  
fectura non extendenda ultra  
an. 39 Julianum. p. 41.  
**Scaligeti** errores circa calculum  
hieraticum. p. 65. 66. & cir-  
ca eclipsin lunarem, à Josepho  
memorataam. p. 106. &c.  
**Sententia nostra** de tempore nati-  
Christi conciliata cum Lucæ  
3: 1. & 23. p. 190-196. cum  
calculo hieratico. p. 199 &c.  
cum antiquitate p. 206. &c.  
**Silani** nummi p. 220. 221.  
**Sosii**, Prædisis Syriæ, tempora &  
gesta. p. 76. 77.  
**Spanheimius** pater; ejus sententia  
de fugâ infantis ad redditum in  
Bethlehemum ponendâ, re-  
futatur p. 169-173.  
**Stella nova**, Magis orta, quan-  
dò primum apparuerit? p.  
157. & 161 &c.  
**Straubius**: ejus error circa an-  
num Herodis emortualem no-  
tatur. p. 190. &c. 96-98.  
**Sulpitius Severus**, quid sentiat de  
anno Christi natali? p. 8.  
Ejus sententia admittitur. p.  
206.

T.

**T**Empus exilij Christi Egyptia-  
ci ultra mensem non po-  
stulat. p. 184. &c.  
**Terra Sancta** hyeme ob vias plu-  
viis corruptas difficulter per-  
meabilis. p. 35.  
**Tertullianus** Christum natum dixit  
Ad. 41 Augusti. p. 5. ejus  
mens exponitur. p. 209.  
**Thermarum usus** tempestati bru-  
mali haud consentaneus p.  
113. Ejus annus xv quomo-  
dò putandus? p. 192. &c.  
**Tiberius** Augusti Successor: ejus  
æra proconsularis refutatur. p.  
46-53.  
**Triumphus**, Ventidii quandò ce-  
lebratus? p. 75. Sosii quan-  
dò? p. 79.  
Aliquando dilatus. p. 217.  
**Traditio** eccl. Romanæ de anno  
nati Christi nullâ fide digna.  
p. 1-10. de die ejusdem nati  
minimè apostolica p. 11-36.  
Spuriis nititur testimoniosis p.  
16-19. nec ex Romanorum ar-  
chivis hausta p. 20-25. ob  
novitatem jam seculo quarto  
à quibusdam rejecta p. 27.  
Ambrosii tempore demum ac-  
cepta in urbe. p. 28. Cle-  
mentis Alexandrini tempore  
in Oriente nondum cognita  
p. 30.

I N D E X.

V.

**V**entidii tempora & gesta in  
Syriâ p. 74.  
Via ex Bethlehelmo in Ægyptum  
p. 138.

Z.

**Z**acharias, Joh. Baptista pa-  
rens, in opere thurifi-

cationis egit sacerdotein gre-  
galem, non Pontificem p.  
26.

**Q**uoniam particula annum ætatis  
Christi apud Lucam an defia-  
nit? p. 55-60. quomodò ac-  
cipi possit? p. 144-146.

E R R A T A G R A V I O R A.

P. 80. Loco DCXIV. lege DCXIV. P. 88. l. 3. pro Sesquennium scri-  
be integer Semeſtris & P. 89. l. 8. quoque Semeſtrum, nec non p. 145. l.  
1. & 146. l. 19. & 31. pro Mercurio scribe Mercurij: acp. 153. l. 1.  
~~mercurij~~ lege nipho. p. 219. l. 5. In nummis Vari loco EM. & M.  
& ZM scribe EK. & K. & ZK. Error manemonicus est p. 222. l. 21.  
ubi loco ZK scribe ZM & l. 22. pro VARO scribe Nano.

T Y P O G R A P H I C A L E V I O R A.

Delenda p. 30. l. 4. per. Jul. p. 75. l. 11. comma. p. 117. l. 6. in  
& p. 182. l. 9. solum. Legenda. p. 7. lata. Plautio. p. 14: 6. seculorum. p. 16: 8. in memoriam p. 18: 10. V. p. 18: 19. H. Ep. p.  
20: 8. notitiam. p. 21: 16. istum. p. 21: 19. manifestum p. 22: 5.  
milliaribus. p. 27: 1. optimis p. 34: 2. educo. p. 37: 4. l. 2. p. 37:  
25. monumentum. p. 40: 21. aut. p. 43: 6. Avaris p. 44: 16. ex-  
stincte batur. p. 44: 14. 15. Per Jul. p. 47: 16. Si sc. p. 54: 15.  
Synchronismos. p. 57: 1. certitudinem p. 58: 5. Eximio. p. 60:  
7. numerare. p. 63: 14. sexta. l. 28. prodromus. p. 64: 2. Ephe-  
meriarum. p. 67: 15. Christum. l. 20. Conferamus p. 69: 6. Te-  
trarcha. p. 72: 25. atque ibi. p. 77: 27. Valerio. p. 85: 16. futulit.  
p. 92: 30. currentem. p. 98. 12. rivulos. p. 103: 24. querenda. p.  
104: 7. reclamante. l. 24. angustius. p. 107: 15. XIII. p. 116: 13.  
capitibus. p. 117: 27. æra. p. 118: 23. mensium. p. 119: 4. mini-  
mum. p. 125: 5. ut. p. 134: 8. Nazarethane. p. 141: 30. Mat-  
thæus. p. 144. putem. p. 150: 3. angustia p. 152: 15. tres. p. 157:  
17. admissi. p. 170: 6. oblati. p. 171: 32. committetur. p. 172: 2.  
infanticidii. l. 39. fingit. p. 173: 15. peregrinantes. p. 179: 29. utar.  
l. 32. fingit. p. 183: 26. Memphim. p. 192: 5. LVIII. p. 201: 17.  
hoc. p. 215: 5. juxta l. 18. resipuit. p. 221: 10. Cœlio. p. 222: 2.  
componant.

CATALOGUS  
LIBRORUM  
Principiorum, quos  
JORDANUS LUCHTMANS  
Typis editit.

A RENTIS Commentarios Novus in Historiam Tentationis Christi à Diabolo illata, in  
Locum Matth. 4: 1 -- 12. in octavo.

Admiranda Retrum admirabilium encomia, sive diserta & amena Pallas. cum fig. 12.  
ARS MAGNA & Admirabilis, specimini variis confirmata, qua Pandectarum Tituli,  
Eorumque pricipuz materiz. Ope figurarum Emblematicarum, Brevisime Jucunde, &  
renaciens, memoriae imprimi, sumptuiter Contineci, & Opportunè in usum transuersi pos-  
sunt: in maximu[m] commôdum Legum Studiosis. 8.

BLANCHARDI (STEPHANI) ANATOMIA NOVISSIMA REFORMATA, sive CONCINNA COR-  
PORIS HUMANI dissecatio, ad Neoterikorum mentem ornata plurimisque Tabulis Chal-  
cographicis illustrata, accedit ejusdem Authoris de BALSAMATIONE nova methodus à  
hemine auctae hoc modo descripta. 8.

-- Lexicon Novum Medicum Graeco-Latinum. 8.

-- Opera Medica, Theoretica, practica & Chirurgica. 2 vols. in quarto. cum fig.

-- Anatomia practica Rationalis Sive Rariorum Cadaverum Morbis Denariorum Anat-  
inspectio. duodecimo.

-- Tracté de la verole ou clavo.

BONTEKOE fundamenta Medicina sine de Alcali, & Acido, in octavo.

BARTHOLINI (THOMÆ) ANATOMIA, ex omnium Veterum Recentiorumque observatio-  
nibus, in primis Institutionib[us] B. M. parentis CASPARI BARTHOLINI ad Circulationem

Harvejanam & vas Lympathica quijutum Renovata cum Iconibus Novis & indicibus. 8.

BOCHARTI (SAMUELIS) Opera Omnia, hoc est Phaleg, Canaan & Hierozoicon; Accedunt  
varii Dissertationes Philologicæ, Geographicæ, Chronologicæ, Historicæ, &c. Ante-  
hac ineditæ. 2 vols. fol.

BUTKORTII. Epitome Grammaticæ Hebræ ex Edit. J. Leusden. 8.

BEN. BROEKHUYSEN Oeconomia Corporis Animalis sive Cogitationes succinctæ, de Mem-  
ore, Corpore, & utriusque coniunctione, juxta Methodum philosophicæ Cartesianæ De-  
ducta. in quarto.

-- Rationes Philosophico-Medicæ Theoretico-practicæ. in quarto.

GIBB. COCCORIS Hobbesianismi Anatomie, qua innumeris Assertionibus ex tractatibus de  
Homine, Civitate, Leviathan juxta seriem Locorum Theologiz Christianz Philosophi il-  
lius à Religione Christianâ Apostolâ Demonstratur, & refutatur. in octavo.

BERG: (CLEM:) Introductio in Doctrinam Politicam, secundum meliora Politicorum  
Recentiorum Principia, ad usum Academiarum adornata. 12.

JOH: JACOB: CRAMERUS de Ara Exteriore Templi secundi exercitationes Philologicæ,  
ubi ea ex anctioribus Hebreis exponitur, & cum Gentium Atis confertur, denique ad  
Christianorum Altaria tum externa, tum Mysticum, applicatur. 4.

THEODORI CRAAENEN Animadversiones Medicæ Theoretico-Practicæ, in Henrici Regii  
Praxi Medicam, quibus editio prior ejusdem emendatur ex editione Joh: Broen. 4.

GUALTERI CHARLETONI Inquisitiones Medicæ Physicæ de causis catameniorum, sive flu-  
xus menstrui; nec nos uteri Rheumatismo sive fluore albo. In qua etiam nervose pro-  
batæ sanguinem in animali fermentescere duquam. 12.

C A T A L O G U S L I B R O R U M.

FREDERICI DEKKERI Medicinæ Doctoris, & Professoris exercitationes Prædictæ, circa medendi methodum, Auctoritate, Ratione, Observationibus plutimis confirmatae, ac Medicamentorum Iudice. Editio altera priori duplo auctior. 4.

Delicior quorundam Poëtarum Daporuin, collectæ, & in II Tomis divisiæ, à Frederico Rostgaard. 12.

ESSAIS D'ANATOMIE, ou'on explique clairement la construction des Organes & leurs operations mecaniques selon les Nouvelles Hypotheses, par Mr. BEDEVILLE Docteur en Médecine, seconde Edition revue & corrigée. 12.

Die gesamtschafften an die Kœfer van Japan sol. mit Kypffer.

JOAN. AGIBIT EUTH. Med. Doct. Anatomie Umbilici curiosa, ad Calcem Carmina in Reges, Principes, & alios sunt adjecta. in octavo.

Futuorum per signa temporum Investigatio, qua Universæ Historiæ & Prophetiarum apie persicur Mosisque, exteriisque à Samuele Prophetis testa, Apocalypsi recte &c. in 4.

GUILTELM. GROTIUS Vita Jutis Consultorum quorum in Pandectis existant Nomina Conscripta, in quarto.

LILII GREGORII GYRALDI ferratiensis Opera Omnia, duobus tomis distincta; Cogitationes Historiam de Deis gentium, Musis & Hercule, Rem nauticam, Sepulcralia, & variis sepeliendi ritus, Historiam Poetarum Graecorum & Latinorum, Kalendarium Romanum & Graecum, cum libello de annis, mensibus, ac insuper alia. Quæ omnia partim tabulis æncis & nummis, partim commentario JOHANNIS FAES, & animadversionibus hæc evus in editis PAULI COLOMSSI, nec non indicibus emendationibus ac locupletioribus illustrata exhibet JOHANNES JENSTUS. in Folio.

JACOB GRONOVII Exercitationes Academicæ de pernicie & casu Jurij τΟΥ ΠΡΟΔΟΤΟΥ Habitæ autumno anni cīs 15 16 c lxxxiiii, in quibus ostenditur & tempus & ipsam ejus perniciem, quæ sub variis doctorum hominum conjecturis hactenus fluctuaverunt, clare ab ipsius Evangelistis esse indicata. in quarto.

---- Dissertations de Origine Romuli. in octavo.

---- Oratio de Ratione Studiorum suorum. in octavo.

BERN. VAN HERK HUYSEN de Wet der Schaduwen aangende den Tabernakel der Getuygenisse, des selfs Gewijde Dienaars, en Plegelijke vyer-dagen, wyls de Woorden Gods, en de Insettungen der golden opgeheldert, tot de asgebeide Genghe over gebragt, en tot offeninge van Geloof en Heylighe kunge toegepast. in quarto.

HENRICI GROENEWEGEN Oeffeningen over den Heydelbergske Catechismus. in quarto.

JOH. JACOBI MOTMANNI SS. Th. Profess. Histor. & Græc. Ling. in Academ. Basili. Lexicon Universale, Historiam Sacram & Profanam omnis ævi, omniumque Gentium; Chronologiam ad hæc usque tempora; Geographiam & Veteris & Novi; Orbis; Principum per omnes terras familiarum ab omni memoria repetitam Genealogiam; tom Mythologiam, Ritus, Ceremonias. Omnenque Veterum Antiquitatem, ex Philologic fontibus haustam; Virorum, ingenio atque eruditione Celebrium ematractionem copioissimam; præterea Animatum, Plantatum, Metallicum, Lapidum, Gemmarum, Nomina, Naturas, Vires, explanans. Editio Absolutissima. 4 voll. in Folio.

GEORG. HORNII, historia Ecclesiastica, Illustrata Notis & Observationibus, quibus Fontes Historicæ Antiquitatis aperiuntur. Accedit L. Capelli hist. Judaicæ Compendium & contingatio ad A. usque MDCLXXXVII. M. Leydecker edidit. in Duodecimo.

ABRAH. HEIDANI Corpus Theologie Christianæ in quindecim Locos divisum. 2 vol. 4.

HEM. GER. HERFELT Philosophicum hominis sive de Corporis humani machina. in octavo.

HAMERSTEDE Triumphus Ecclesiæ de BABYLON, oppositus Calvinistino convicto THOMA LEONARDI. in quarto.

HENRICI HULSIJ verba Ithiel, Uthiel, & Lemuel seu in ultima Paracelsista Salomonis Com mentarius

C A T A L O G U S L I B R O R U M.

- mentarius Propheticus. in quarto.
- Systema Theologiz & quam signat Molito Opus & Sabbathum Dci. in octavo.
- Jura Guilielmi Territ, Restauratoris & Magni, in Regna Anglia, Scotia, Hibernia, &c. ex fonte Naturali & Divine Abserta, Justi voluminis compendio. in quarto.
- de Principio ciedendi, Libri Duo. in duodecimo.

HOOTY Monarchia Ebraeorum. 24.

HORNII Epigrammata. in octavo.

HUGENII [CHRIST.] Astroscopic Compendiaria tubi Optici Molimine liberata, cum fig. 4. Index Titulorum ordine Alphabetico.

- KNIBBS [DAVID] over den Sendbrief des Apostels Pauli aan de Colossessen, 2 deelen, in quarto.
- de Leere der Gereformeerde Kerk, volgens de orde van de Heydelbergsche Katechismus verhelderd, bevestigt, en tot Offering des Godsalijckeyd toegepast, vermeerdert, en voor yder Sondag een Ontledende Tafel, en een kort Onderwijs, amers Predicatie met orde te horen, en te herhalen. in quarto.
- Katechisatie over het Kort Begrijp der Gereformeerde Religie, getrokken wyt den Heydelbergsche Katechismus, die dagelijksche Heys-oefening, Onderwijs van de Geugt, ende alle die haaren H. Avondmaal wille brengen, den agsten Druk, Verbeterd, en nu de Lessen na de Sondagen van de groote Katechismus verdeelt. in octavo.
- de Hand Gods wygefertigd in het Oordeelen en Bewaren van sijn Kerk, aange-wesen in de Uytlegging van L. eerste Petri IV: vers. 17, 18, 19. II. Jesaias Cap. IV. III. Psalm. XLVI. Nevens enige Menigstoffen over verscheide Texten der H. Schriften. Hier nevens is ook by gedaan de Wiederleging van de Dualingen der Schriften, of soo genaemde Hebrewen. 4.
- Israels Rouwbedrijf over de Dood van Jezus van Kapelle. in octavo.

KNIBBS Manuductio ad Oratorium Sacram, Doctorum praecepis, exemplis perpetuis & Concionibus quibundam paradigmatis Concinnata &c. illustrata in usum S. S. Theologiz Studiorum, Editio sexta prioribus emendator. in octavo.

Manuductio ad Oratorium Sacram pars Altera, Contineus Conclaves Paradigmatis in Prophetz Jesaias Cap. vigintimum sextum & quadragesimum, in usum S. S. Theol. Studiorum. in octavo.

in JOH. MOORNBURG Socinianismi Confutati Compendium ipsissimi Cl. Autoris verbis Concinnum, in usum S. S. Theologiz Studiorum. in octavo.

MATTH. LARROQUANI Adversariorum Sacrorum libri tres. item Diatriba de Legione fulminatrice. in octavo.

LUD. LAVATERUS de Spectris Lemuribus Magis variisque praesagitionibus Tract. vero aucteus. cum fig. 12.

JOH. LEUSDAM Philologus Hebreo Graecus. in quarto.

Compendium Biblicum Veteris Testamenti. editio tertia. in octavo.

Compendium Novi Test. Graecum. editio quarta, cui verborum formae & tempora sunt adjecta. in octavo.

Onomasticum Sacrum. in fine additamentum de vasis, pecunia, & ponderibus Sacris. 6.

Philologus Hebreus, Contineus quæstiones Hebraicas, quæ circa Verus Testam: Hebreum fore moveri solent, quarto.

Philologus Hebreo-Mixsus, una cum Spicilegio Philologico continente decem quæstionum & positionum præcipue Philologicis Hebraicarum & Judæcarum centuriis, etiam fig. 4.

Manuale Hebreum & Chaldaicum, continens omnes voces N. T. primitivas & derivatas, cum versione Latina & Belgica, 12.

LIBRI LIBER Psalmorum. 12.

JAC. DE MORTIS fundamenta Nova-Antiqua Theoria Medicæ ad Naturæ operas Renovata. Superstucta fluido Corporum exercitio, Humanam Michinam Afficiens Chymiz Nobiliti, Hoc est, Physicæ Antiquæ experientia Suffulta. in octavo.

C A T A L O G U S L I B R O R U M.

- JOH. MARKII Analysis Exegetica Capitis LIII. Iesaiæ, in octavo.  
 ---- Exercitationes Juveniles five Select. Disput. Textualium, in octavo.  
 W. MOMMA Bedenkinge over de Heydelbergsche Catechismus, in octavo.  
 P. MOLINÆI Vates de Præcognitione futurorum, & boni malisque Prophetis Libri V. 8.  
 POMPONIUS MELE Libri Tres de SITU ORBIS numinis antiquis & Novis illustrati ab JACOBO  
 GRONOVIO. JULII HONORII Oratoris Excerpta COSMOGRAPHIA ab eodem nunc pri-  
 mus ex MS. edita, COSMOGRAPHIA, sive ETHICUM antiquum præferens, cum va-  
 riis Lexionibus à MS. RAVENNA Geographus MS. Lugdunensi suppletus, in octavo.  
 ANT. NUCK Sialographia & Ductuum Aquosorum Anatomia Nova. 8.  
 ---- Adenographia curiosa & uteri feminini Anatomia Nova, cum Epist. de Invent. Novis. 8.  
 POLYMIUS Strategematum libr. octo Justo veterio interprete cum notis J: Casauboni Pancra-  
 tius Maalvicius Recensuit, Gr. Lat. 8.  
 SALMASII [CLAUDII] PLINIANÆ Exercitationes in CAJ JULII SOLINI polyhistor. Caji  
 Julii Solini polyhistor. ex veteribus Libris Emendatus. Acceserunt huic Editioni, de Ho-  
 monymis HYLES JATRICA Exercitationes antehac ineditæ, nec non de MANNA, &c.  
 SACCHARO. Fol. 2 volla.  
 SCYLACIS Geographica antiqua, sive periplas maris mediterranei. Anonymi periplus Mae-  
 tidis paludis & Ponti Euxini. Agathemerij Hypotyposis Geographiz; omnia Græco-Latina.  
 Anonymi expositi totius Mundi Latina. Cum Notis Isaci Voßii, Jac. Palmersi, Sami.  
 Teanulii. Edente JACOBO GRONOVIO, cuius accedunt emendationes. in quarto.  
 JOHANNIS SAUBERTI F. de SACRIFICIIS VETERUM Coniectanea Historico-Philologica, &  
 Miscella Critica, quibus accedit Ejusdem de SACERDOTIBUS & Sacris Hebræorum Perfor-  
 tis Commentarius singularis. Quæ Thomas Cresimus recensuit, emendavit, & præfatione,  
 notis, ac plenioribus indicibus auxit. in octavo.  
 WOLFERDI SENGUERDII, A. F. Philosophia Naturalis, quatuor partibus Primarias Corpo-  
 rum Species, affectiones, differentias, productiones, mutationes, & interitus exhibens.  
 Editio secunda priore Auctior. in quarto.  
 SCULPTORI ARMAMENARIUM Chyrgiennæ Editio Nova. in octavo.  
 C. SCHAEF Opus Arameum, complectens Grammaticam Chaldaico-Syriacam: selecta Tat-  
 guim, com verborum Latina & Annotationibus. Lexicon Chaldaicum, in octavo.  
 ERIDERICI SPANHMI: Opera Historica, quibus Antiquitas Sacra & Ecclesiastica traditur,  
 illustratur, & vindicatur. Item Geographia Sacra, cum Tabulis Geographicis, accuratissimis  
 tom. 1. Sub prælo sunt reliqua ejus opera, nōmpe Miscellanea Sacra Antiquitatis, tom. 2.  
 opera Theologica Selecta, tom. 3. in folio.  
 JOAN. BAPT. VERE Anatomia Artificialis Oculi Humani, cum fig. 12.  
 Les voyages de Mr. de Monceux, v. vall. avec fig: 12. \*
- TACITE [CORNELII] OPERA quæ extant ex refectione & cum Animadversionibus & Notis  
 THEODORI RYCKEL. 2 volla. in Duodecimo.
- ANT. VORSTER וְעַבְדֵּנִי הָרָה dat is Weg-aarwijzer voor de Troosters, of Krank-Besoekers On-  
 derwijs. Voordragende de voornaamste gevallen die daar by de Kranken voorkomen, en hoe men  
 leder na gelegenheid van saaken, en na sijn klachten, diend te ondervissen. Den tweeden Druk, en  
 vermeerdeerd met vertoog hoe men sig diend te dragen in Pestilentiæ Tijden, en ontrent Quaad-docu-  
 ders, die door 't Wereldijk Geregt ter Dood veroordeeld zjne. in octavo.
- PHIL. REINH. VITRIARII Institutiones Jutis Naturæ & Gentium, in usum Serenissimi  
 Principis Christiani Ludovici Marchionis Brandenburgici &c. &c. ad Meth. H. Grotii. 8.  
 --- Universum Jus Civile privatum ad Methodum Institutionum Justiniani Compositum. 4.  
 WALLÆI Euchitidium Religionis Reformatæ. in duodecimo.

F I N E S.

# P R I V I L E G I E.

**D**e Staten van Holland ende West-Vriesland. Doen te weeten. Also Ons vertoont is by Jordaeen Luchtmans Burger en Bockverkoper binnen de Stad Leyden , dat hy Suppliant onder de Pers had met drukken Salomonis van Til *Flosphorus Propheticus* met desselfs vervolg , behelsende een Commentarie over 't Lied Mosis , Deur. 32. over de Propheetie van Habakuk , een Dissertatione *de Anno Mensie & Die Nati Christi* , en een Commentarie over de Propheetie van Malachias , met een aanhangsel van eenige Dissertationen , alles in 't Latijn , begrepen in twee Stukken in Quarto , alwaar reets excessive onkosten en grooten arbeyt in was gedaen , en tot volvoeringe der selve , noch een groote somme van penningen souden moeten haafardeeren , soo was den Suppliant bekommert , dat de selve Wercken in 't geheel ofte ten deelen , ofte eenige van dien in 't bysonder , in 't groot ofte in 't kleyn , ofte ook in andere Taal of Taalen , bier of elders door eenige baafsoekende menschen hem mochten werden nagedrukt , en den Suppliant daarf door van sijne excessive onkosten en arbeyt tot seer merkelijke schade soude werden gefrustreert : over sulx , soo keerde den Suppliant hem aan Ons , ootmoediglyk versoekende hem Suppliant met seclusie van allen anderen te verleenen Oestroy en Privilegie voor den tijd van vijftien achter een volgende Jaaren , om de voorsz. Werken alleen te moogen drukken , doen drukken , uytgeven , en verkoopen in 't groot ofte in 't kleyn , in 't geheel , ofte ten deelen , 't zy met ofte londer Nooten , en dat voorts in al fulke Taal , of Taalen , als hy Suppliant bevinden sal oorbaارlyk te zijn , sonder dat ymand de voorz. Werken of in 't geheel of ten deele onder pretext van vermeerdert , of met Nooten , ofte onder een gefingeerde Naam soude vermoogen na te drukken , in wat Taal het ook soude mooge weelen , en in kas bewonde mogt worden deseelve elders buyten Onse Provintie mogte werden nagedrukt , dat deseelve in dese Onse Landen dan niet soude mogen werden ingevoert , en dat op sekere poene by Ons te stellen ; dog dewijle hy Suppliant wiist , dat hy het voorz. Privilegie van Ons niet konde bekommer , dan door Onse bysondere gunste , was derhalve te raade geworden hem tot Ons te keeren , ootmoediglyk versoekende , dat Wy hem hier voorgemelde Privilegie voor dien tijd van vijftien Jaren in Amplissima forma geliefde te verleenen. SOO IS 'T. Dat Wy de zake ende 't verloock voorz. overgemerkt hebbende , ende geneegen wesende ter beede van den Suppliant uyt Onse rechte wetenschap , Souveraine macht en Authorityt , den selven Suppliant geconsenteert , geaccoerteert ende geostroyeert hebben , confenteren , accorderen , Oestroijeren hem mits desen , dat hy gedurende den tijd van vijftien achter een volgende Jaren , de voorsz. Werken genaamt

\*Salomonus van Til Phosphorus Propheticus met desselfs vervolg , behel-  
sende een Commentarie over 't Lied Mosis, Deut 32. over de Pro-  
phetie van Habakuk , een Dissertatie de Aanno Mensc & die Nati  
Christi , en een Commentarie over de Prophetie van Malachias ,  
met een aanhangsel van eenige Dissertationen , alles in 't Latijn ,  
begrepen in twee stukken in Quarto , binnen de voorsz. On-  
se Lande alleen sal mogen drukken , doen drukken , vrygeven en-  
de verkoopen : Verbiedende daarom allen , ende een eygelyken de  
voorsz. Werken in 't groot , ofte in 't kleyn , in 't geheel , ofte een  
deelen , 't zy met ofte sonder Nooten , en dat voorts in al sulke Taal ,  
of Taalen , als den Suppliant bevinden sal oorbaarlijk te zyn , na te  
drukken , ofte elders nagedrukt binnien den selven Onse Lande te bren-  
gen , vyt te geven , ofte te verkoopen , op verbeurte van alle de na-  
gedrukte , ingebragte ofte verkogte exemplaren , ende een boete van  
drie honderd gulden daer en boven te verbeuren , te appliceren een  
derde part voor den Officier , die de kalange doen sal , een derde parc  
voor den Armen der plaet daer het casus voorvalen sal , en het re-  
sterende derde part voor den Suppliant , alles in dien verstande , dat  
Wy den Suppliant met desen Onsen Ostroye alleen willende gratifi-  
ceren , tot Verhoedinge van sijne schade , door het nadrukken van de  
voorsz. Werken , daar door in genigen deele verstaan den inhouden  
van dien te autoriseren , ofte te advoueren , en veel min deseelve on-  
der Onse protectie en bescherminge eenig meerder Credix , aansien ofte  
reputatie te geven ; nemast gehouden wesen het selve Ostroye in 't ge-  
heel ende sonder eenige omissie daer voor te drukken , ofte te doot  
drukken , ende dat hy gehouden sal zijn een exemplaar van de voorsz.  
Werck gebonden en wel getoondert te brengen inde Biblio-  
theek van Onse Universiteit tot Leyden , ende daer van behoorlijk te  
doen blyken , alles op poent van het effect van dien te verliefen ; En-  
de ten eynde den Suppliant desen Onsen consente ende Ostroye mo-  
ge gehieren als na behoren . Laften wy allen ende eenen eygelyken ,  
die 't aangaan mag , dat sy den Suppliant van den inhoud van desen  
doen , laten ende gedogen , rustelijc , vredelijc , ende volkomenlijc  
genieten en gebruiken , cesserende alle belets ter contrarie . Gedoen  
in den Hage onder Onsen groten Zegel hier aangehangen op den  
achsten Julii , in 't Jaar van Heeren en Saligmakers seyyentien-hun-  
dert.

A. HEINSIUS vt.  
Ter Ordonnantie van de Staten.  
SIMON VAN BEAUMONT.

INTRO-





160  
L  
20

